



R

647

De la libreria de don Carlos de
P. OVIDII VITA, *St. J. Salin*

EX EIVS IPSIVS LIBRIS

AB ALDO M. R. COL-
lecta.



VIDII NASONIS VITAM
huic operi præponere placuit,
quod & ad eruditionem facere, &
studiosis gratissimū fore vide-
batur. Fuit igitur Ovidius Sul-
monensis, quod ipse sic testatur
in Tristibus:

*Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undis,
Milia qui nouies distat ab urbe deiem.*

Et in Fastis, vbi etiam à Solemo Sulmonem
omnatum dicit:

*Huius erat Solemus Phrygia comes vnus ab Ida,
A quo Sulmonis mania nomen habent.*

Sulmonis gelidi patriæ Germanice nostræ,

Me miserum Scythico quàm procul illa solo est.

Est autem Sulmo in Pelignis, quod ipse sic in
Secundo Elegiarum:

Hæc quoq; composui Peligni natus aquosis,

Ille ego nequitie Naso Poëta meæ.

Et in tertio:

Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo,

Peligne gentis gloria dicar ego.

Fuit ex Equestri natus familia, ipso dicentis
in quarto de Tristibus:

Si quid id est, vsque à proauis vetus ordinis hæres,

Non modo fortune munere factus eques.

Et Fastorum sexto:

*

2

SANCT

Quidij

*Sancte pater patriæ tibi plebs, tibi curia nomen
Hoc dedit. hoc dedimus nos tibi nomen eques.*

Idem ait & in Ponto:

*Si genus excutias, equites ab origine prima,
Vsq; per innumeros inueniemur auos.*

Patrimonium satis amplum habuisse constat, quod ab eodem in Ponto sic ostenditur:

*Non meos amissos animus desiderat agros,
Ruraq; Peligno conspicienda solo.
Nec quos pomiferis positos in collibus hortos
Spectat Flaminie Claudia iuncta via.*

Item domum non longè à Capitolio. ait enim in primo de Tristibus:

*Hanc ego suspiciens, & ab hac Capitolia cernens,
Quæ nostro frustra iuncta fuere lari.*

Quidij frater eodem, quo ipse natus die.

Fratrem præterea habuit natu maiorem duo decim mēsisibus, & quod mirum est, eodem, quo ipse, natum die: vterq; enim quartodecimo Kalendas Aprilis Mineræ Quinquatrijs natus est. Quod sic ipse in quarto de Tristibus:

*Nec stirps prima fui, genito sum fratre creatus,
Qui tribus ante quater mensibus ortus erat.*

*Lucifer ambobus natalibus adsuit idem,
Vna celebrata est per duo liba dies.*

Hæc est armifera de festis quinque Mineræ.

Quæ fieri pugna prima cruenta solet.

Natus est autem Hircio & Pansa consulibus, qui bello Antoniano apud Mutinam perempti sunt, ut ipse in Tristibus:

Editus hinc ego sum, nec non, ut tempora nori,

Cum cecidit fato consul uterq; pari.

Cum autem Romæ una cum fratre sub clarissimis & grammaticis, & oratoribus pluri-

Vita.

plurimum profecisset, legibus, cogente patre, qui humanitatis studia inutilia esse contendebat, cepit incumbere, & profecit legibus, & honoribus functus est. Sed cum forum displiceret, quod esset maius onus eius viribus, relicta curia, & lati clavi seruitute ad mansuetiores musas rediit, poetarumque omneis illius temporis natu maiores assidue coluit, atque à maioribus æquè cultus ipse est. Quæ omnia in quarto de Tristibus ipse elegantissimè sic scribit:

*Protinus excolimur teneri, curaq; parentis
Imus ad insignes urbs ab arte viros.
Frater ad eloquium viridi tendebat ab ævo,
Fortia verbosi natus ad arma fori.
At mihi iam puero cælestia sacra placebant,
Inq; suum furtim Musa trahebat opus.
Sæpe pater dixit: Studium quid inutile tentas?
Mæonides nullas ipse reliquit opes.
Motus eram dictu, totoq; Helicone relicto,
Scribere conabar verba soluta modis.
Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos,
Quicquid conabar dicere, versus erat.
Interea tacito passu labentibus annis,
Liberior fratri sumpta mihiq; toga est.
Induiturq; humeros cum lato purpura clavo,
Et studium nobis quod fuit ante, manet.
Iamq; decem vitæ frater geminauerat annos,
Cum perit, & capî parte carere mei.
Cæpimus & tenere primos ætatis honores,
Deq; viri quondam pars tribus una fui.
Curia restabat, clavi mensura coacta est.
Maius erat nostris viribus illud onus.
Nec patiens corpus, nec mens erat apta labori,
Sollicitaq; fugax ambitionis eram.*

Ouidij

Et petere Aonia suadebant tuta sorores
 Ocia, iudicio semper amata meo.
 Temporis illius colui, foui q̃ poet̃as,
 Quotq̃ aderant vates, rebar adesse Deos.
 Sape suas volucres legit mihi grandior aeo,
 Quaeq̃ nocet serpens, quae iuuat herba, Mater.
 Sape suos solitus recitare Propertius ignes,
 Iure sodalitij qui mihi iunctus erat.
 Ponticus Heroo, Battus quoq̃ clarus Iambis,
 Dulcia conuictus membra fuere mei.
 Detinuit nostras numerosus Horatius aures,
 Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.
 Virgilium vidi tantum: nec auara Tibullo
 Tempus amicitiae fata dedere meae.
 Successor fui hic tibi Galle, Propertius illi,
 Quartus ab his serie temporis ipse fui.
 Utq̃ ego maiores, sic me coluere minores,
 Notaq̃ non tardè facta Thaleia mea est.

In secundo de Tristibus se & caufidicum fu-
 ifse scribit, & in priuatis causis arbitrum, his
 versibus:

Nec malè commissa est nobis fortuna reorum,
 Vsq̃ decem decies inspicienda viris.
 Res quoq̃ priuatis statui sine crimine iudex,
 Deq̃ mea fassa est pars quoq̃ victa fide.

Benignus etiam adeò fuit, vt nullius vuquam
 opus quod ipse composuerat, carpserit. Quod
 testatur ipse in quarto de Tristibus sic:

Nec qui detrectat praesentia liuor iniquo
 Vllum de nostris dente momordit opus.

Ouidij mo-
 res inte-
 gerrimi.

Fuit & moribus ornatissimus. nam & vi-
 num multa aqua dilutum bibebat, & à dete-
 ctando puerorum concubitu abhorrebat. erat-
 que purus omnis sceleris. Sic enim ipse primo
 de Ponto:

Paruus

Vita.

Paruus in exiles succus mihi peruenit artus,

Membraq; sunt cera pallidiora noua.

Non hæc immodico contraxi damna Lyæo,

Scis mihi quam puræ penè bibantur aquæ.

Non epulis oneror, quarum sit tangar amore,

Est tamen in Geticis copia nulla locis.

Nec vires adimit Veneris damnoſa voluptas,

Non ſolet in mæſtos illa venire toros.

Item in ſecundo de Arte amandi ait :

Odi concubitus qui non utring; reſoluunt :

Hoc eſt, cur pueri tangor amore minus.

In ſecundo autem de Ponto ſic ſcribit :

Vita prior vitio caret, & ſine labe peracta eſt,

Auxilij miſero nil tulit illa mihi.

Habuit vxores treis, quarum duas repudiauit, cum tertia verò coniunctiſſimè & amantiſſimè vixit: item filiam, & alios liberos: ſed ex filia & auus factus eſt. Quare in quarto de Triftibus ait :

Penè mihi puero nec digna, nec utilis vxor

Eſt data, quæ tempus per breue nupta fuit.

Illi ſucceſſit quamuis ſine crimine coniux,

Non tamen in noſtro firma futura toro.

Vltima, quæ mecum ſeros permanſit in annos,

Suſtinuit coniux exulis eſſe viri.

Filia me mea bis prima fœcunda iuuenta,

Sed non ex vno coniuge fecit auum.

In primo autem libro ſic :

Sæpe eadem mandata dedi, neq; ipſe feſelli,

Reſpiciens oculis pignora chara meis.

Et in tertio ſic :

Vtq; ſit exiguum pœnæ, quòd coniuge chara,

Quòd caret patria, pignoribusq; meis.

Cùm Auguſtum Cæſarem imprudenter & inſcius (vt ipſe ait) offendiffet, ad Euxinos

Ouidij

ab eo relegatus est annos natus quinquaginta.
Quare ait in quarto de Tristibus:

*Postq̃ meos ortus Pisæa vinctus oliua
Abstulerat decies præmia victor eques,
Cum maris Euxini positos ad læua Tomitæ
Quærere me læsi principis ira iubet.*

Describit autem discessum suum ex vrbe, & vxoris, & cæterorum suorum lachrymas, duramq; & periculofam nauigationem suam primo de Tristibus longa Epistola, quæ incipit: Cum subit illius turpissima noctis imago, &c. Præterea primo de Ponto in Epistola ad Rufinum, eo in loco se exulare, vbi semper maxima forent frigora, summaq; inopia honorum omnium, his quæritur versibus:

*Orbis in extremis iaceo desertus arenis,
Fert vbi perpetuus obruta terra niues.
Non ager hic pomum, non dulces educat vus,
Non salices ripa, robora monte virent.
Néue fretum laudes terra magis, æquora semper
Ventorum rabie solibus orba tument.
Quosunq; aspicias campi cultore carentes,
V' astaq; quæ nemo vendicet arua iacens.
Hostis adest dextra, læuaq; à parte timendus,
Vicinoq; metu terret vtrunque latus.
Altera Bistonis pars est sensura sagittas,
Altera Sarmatica spicula missa manu.*

Sui autem exilij duas fuisse ait causas. quarum alteram vbiq; fatetur, alteram semper sup-
primit: ait enim secundo de Tristibus:

*Perdiderint cum me duo crimina, carmen & error,
Alterius facti culpa silenda mihi est.*

Persepe igitur & libros de Arte amandi composuisse dolet, quod propterea Augusto odio esse cœperit, & aliquid vidisse per errorem, vt
ob id

Vita.

ob id in Scythiam relegatus fuerit offenso Cæ-
sare. Ait enim in secundo de Ponto:

Nēue roges, quæ sit: stultam quam scripsimus artem,

Innocuus nobis hæc vetat esse manus.

Et quid præterea peccarim, quærere noli,

Vt pateat sola culpa sub arte mea.

Et paulò inferius:

Naso parum prudens artem dum scribit amandi,

Doctrinæ precium triste magister habet.

Et in tertio ad Amorem:

Nec satis hoc fuerat, stultus quoque carmina feci,

Artibus ut posses non rudis esse meus.

Pro quibus exilium misero mihi reddita merces,

Id quoque in extremis, et sine pace locis.

In eodem sic Amorem sibi respondentem in-
ducit in somnis:

Vtq; hoc, sic utinam defendere cætera posses,

Scis aliud quod te læserit, esse magis.

Et in quarto ad Carum:

Ille quidem dixit, sed me iam Caro niuali

Sexta relegendum bruma sub axe tenet.

Carmina nil prosunt, nocuerunt carmina quondam,

Primaq; tam misere causa fuere fugæ.

Secundo item de Tristibus ait:

Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?

Cur imprudenti cognita causa mihi est?

Inscius Aëæon vidit sine veste Dianam,

Præda fuit canibus non minus ille suis.

Et in eodem:

Carminaq; edideram, cum te delicta notantem

Præterij toties irrequietus eques.

Ergo quæ inueni mihi non nocitura putavi,

Scripta parum prudens, nunc nocuere seni.

Serâ redundauit veteris vindicta libelli,

Distat et à meriti tempore pœna sui.

* §

E

Ouidij

Et in tertio:

Inscia quodd crimen viderunt lumina plestor:

Peccatumq; oculos est habuisse meum.

Non equidem totam possum defendere culpam,

Sed partem nostri criminis error habet.

Vbiq; igitur exilij causam tum libros de Arte, tum errorem fuisse commemorat. Quis verò ille error fuerit, nunquam aperuit, ne magis Augustus sibi irasceretur.

Verum quia (vt ipse ait) *Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata*, quidnam id fuerit, plurimi id scire conati sunt, & conatur semper aliquis. Quapropter suspicati sunt quidam, turpe aliquod Augusti secretum casu vidisse Ouidium. Quod non placet: quia toties obijciendo scelus: immitiorem reddidisset Cæsarem, quem lenire & placare studebat.

Alij verò, quod Augusti filiam falso Corinna nomine amauerit: quæ, vt Plinius & Tranquillus scribunt, flagrauit adulteriorum infamia, & damnata est. Qua de re sic Sidonius Poëta:

Et te carmina per libidinosa

Notum Naso tener, Tomosq; missum,

Quondam Cæsareæ nimis puellæ

Falso nomine subditum Corinnæ.

Quod non videtur: quia si ita esset, grauitè & scienter in Augusti maiestatem deliquisset Ouidius, non vt vbiq; ipse scribit, per errorem, & inscienter. Præterea, quam ficto nomine Corinnam appellauit, potitum se testatur in Amoris lib. i. dicens:

Singula quid referam? nil non laudabile vidi,

Es nudam pressi corpus ad vsq; meum.

Cætera

Vita.

*Cætera quis nescit? lassiqueuimus ambo,
Proueniant medijs sic mihi sæpe dies.*

Quare si ea vel filia, vel neptis, vel ancilla Cæsaris, vel quæcunque alia fuerit, sic illi chara, vt propterea Ouidium relegauerit, non error, sed scelus fuisset: non inscius vidisset crimen, sed sciens fecisset. Adde quòd in eum errorem incidit iam senex, Corinnam verò iuuenis amauit. Sic verò de se ipso 4. de Tristibus:

*Carmina cum populo primum iuuenilia feci,
Barba resecta mihi bisue, semelue fuit.
Mouerat ingenium totam cantata per urbem
Nomine non vero dicta Corinna mihi.*

Nec puto hic eam quasi gaudens nominasset, si eius miseræ & exilij causa fuisset. Credendum certè est aliquid ab Ouidio per errorem visum, cognitumque, vt propterea ab offenso Augusto sub artis amatoris culpa Tomos relegatus sit. Sed quidnam illud fuerit, cum sciri ipse noluerit, ne quicquam quarimus, præfertim cum, ne quærat, sic ipse iubeat:

*Et quid præterea peccarim, querere noli,
Vt pateat sola culpa sub arte mea.*

Exulans autem in locis asperissimis & perinhumanis, sæpe, vt saltem in mitiorem locum relegaretur, petiit. Quanquam vel veniam impetraturum se ab Imperatore sperabat: quapropter eo mortuo in quarto de Ponto sic dolet:

*Cæperat Augustus decepta ignoscere culpæ,
Spem nostram, terras deseruitq; simul.
Quale tamen potui de cælite Brute recenti,
Vestra procul positus carmen in ora dedi.*

Quæ

Ouidij

*Quæ proſit pietas utinam mihi, ſitq̃ malorum
Iam modus, & ſacræ mitior ira domus.*

Et in eodem numen Auguſti rogat, vt ſibi
ignoscatur, & præſertim cum de illo nouo Deo
facto libellum ſcripſerit. ait enim:

*Tu certè ſcis hæc ſuperis aſcite, videsq̃
Cæſar, vt eſt oculis ſubdita terra tuis.*

*Tu noſtras audis inter conuexa locatus
Sidera, ſollicito quædam ore, preces:*

*Peruenient illuc & carmina forſitan illa,
Quæ de te ſcripſi cælite facta nouo.*

*Auguror his igitur ſteſti tua numina, nec tu
Immeritò nomen mite parentis habes.*

Scripſit ante exilium Heroidum Epiſtolas
plurimas. De Amoribus ad Corinnam libros
quinque, quos poſtea diligentius recognitos
in treis redegit. Quod ſic ipſe in primo eorun-
dem:

*Qui modò Naſonis fueramus quinque libelli,
Tres ſumus: hoc illi prætulit autor opus.*

De arte amandi libros treis. De remedio a-
moris libros duos. Tranſmutationum libros
quindecim. quos quia non emendauerat, tum
iratus, vt ipſe ait, ſtudio, carminibusq̃ ſuis,
cùm Tomas relegaretur, ſua manu combuſſit,
cum alijs quibuſdam placituris. Sed quia ex-
ſcripti fuerant antè plurimis exemplis, propter
ea ſic ipſe primo de Triſtibus ait:

*Grata tua eſt pietas, ſed carmina maior imago
Sunt mea, quæ mando qualiacunq̃ legas.*

*Carmina mutatas hominum dicentia formas,
Infelix domini quod fuga rupit opus.*

*Hoc ego diſcedens ſicut bona multa meorum,
Ipſe mea poſui mæſtus in igne manu.*

Vtq̃

Vita.

*Utq; cremasse suum fertur sub stipite natum
 Thesius, & melior matre fuisse soror.
 Sic ego non meritos mecum peritura libellos
 Imposui rapidis viscera nostra rogis.
 Vel quod eram musas, ut crimina nostra perosus:
 Vel quod adhuc crescens & rude carmen erat.
 Quæ quoniam non sunt penitus sublata, sed extant
 Pluribus exemplis scripta fuisse reor.
 Nunc precor ut uiuant, & non ignaua legentem,
 Ocia delectent, admoneantq; mei.
 Non tamen illa legi poterunt patienter ab ullo,
 Nesciat his summam si quis abesse manum.
 Ablatum medijs opus est incudibus illud,
 Defuit & scriptis v' tima lima meis.
 Et veniam pro laude peto: laudatus abunde,
 Non fastiditus si tibi, lector ero.
 Hos quoq; sex versus in prima fronte libelli,
 Si preponendos esse putabis, habe:
 Orba parente suo quicunque volumina cernis,
 His saltem vestra detur in urbe locus.
 Quoq; magis faueas, non sunt hæc edita ab ipso,
 Sed quasi de domini funere rapta sui.
 Quicquid in his igitur vitij rude carmen habebit,
 Emendaturus, si licuisset, eram.*

Item in tertio:

*Sunt quoq; mutata ter quinque volumina formæ,
 Carmina de domini funere rapta sui.
 Illud opus potuit si non prius ipse perissem,
 Certius à summa nomen habere manu:
 Nunc incorrectum populi peruenit in ora,
 In populi quicquam sitamen ore meum est.
 Scripsit & Medeam tragediam, de qua ma-
 ximè & à Quintiliano, & à Cornelio Tacito lau-
 datus est. Ait enim Fabius: Ouidij Medea o-
 stendit, quantum vir ille præstare potuerit, si
 ingenio*

Ouidij

ingenio suo temperare, quàm indulgere ma-
luisse. Summo etiam eum fuisse iudicio o-
stendit Seneca in secundo Declamationum, sic
inquiens: Rogatus aliquando ab amicis su-
is, vt tolleret tres versus, petiuit inuicem, vt
tres exciperet, in quos illis nihil liceret. Con-
scripserat illi quos tolli vellent secreto, hic quos
tutos esse vellet. In vtrisque codicillis idem ver-
sus erant. Ex quibus primum fuisse narrabat
Albinouanus Pedito, qui inter arbitros fuit: Se-
mibouemq; virum, semiuirumq; bouem:
Secundum: Egelidum Boream, egelidumq; no-
tum. Ex quo apparet, summi ingenij viro non
iudicium defuisse ad compescendam licentiam
carminum suorum, sed animum. Aiebat item
decentiorem esse faciem, in qua aliquis nauius
inisset. De Medea Tragœdia ipse sic meminit
tertio de Tristibus.

Et dedimus Tragicis scriptum regale cothurnis,

Quæq; grauis debet verba cothurnus, habet.

Composuit & librum in malos poetas, qui
non extat. Item in exilio Epistolam consolato-
riam ad Liuiam Augusti de morte Drusi. De
Tristibus etiam libros 5. De Ponto libros 4. In
Ibin. Fastorum libros 12. ex quibus sex tantum
ad nostra tempora peruenerunt. De quibus sic
ipse tertio de Tristibus:

Sex ego Fastorum scripsi, totidemq; libellos,

Cumq; suo finem mense libellus habet.

Scripsit & Triumphum Caesaris, de quo ter-
tio de Ponto sic meminit:

Vtq; suo faueas mandat Rufine triumpho,

In vestris veniet si tamen ille manus.

Est opus exiguum, vestrisq; paratibus impar,

Quale tamen cunque est, vt tueare rogo.

Et

Vita.

Et lingua Getica libellum de laudibus Cæsaris, quem etiam recitauit. Cuius meminit quarto de Ponto ad Carum, sic scribens:

*Ah pudet, & scripsi Getico sermone libellum,
Structaq; sunt nostris barbara verba modis.*

Et placui: gratare mihi, cæpiq; poetæ

Inter inhumanos nomen habere Getas.

Materiam queris? laudes de Cæsare dixi.

*Adiuta est nouit. & numine nostra Dei.
Nam patris Augusti docui mortale fuisse
Corpus, ad æthere. & numen abisse domos.*

Esse parem virtute patri, qui fræna rogatus
Sæpè recusati ceperit imperij.

Esse pudicarum Vestam te Liua matrum,
Ambiguum & nato dignior, æne viro?

Esse duos iuuenes firma adiumenta parentis,
Qui dederint animi pignora certa sui.

Hæc ubi non patri perlegi scripta Camæna,
Venit & ad digitos ultima charta meos:

Et caput, & plenus omnes mouere pharetras,
Et longum Getico murmur in ore fuit.

Atq; aliquis, scribas hæc cum de Cæsare, dixit:
Cæsaris imperio restituendus eras.

De piscibus opus non perfecit, de quibus postea Oppianus Ouidium imitatus Græcè scripsit ad Autonium Imperatorem.

Extant præterea multa opuscula sub huius Poetæ nomine, vt de Nuce, de Medicamine faciei ac aurium, de Pulice, de Somno, de Cuculo, de Aurora, de Philomela, de Lymace, de Vetula, de quatuor humoribus, de Ludo latrunculorum. Quæ omnia, præterquam de Nuce & de Medicamine faciei, quæ fortasse puer composuit, ridicula sunt, nec digna, vt diuino Nasonis ingenio non iuuenis modò, viriue, sed

Ouidij Vita.

sed ne pueri quidem, attribuantur. Desperans
tandem ad urbem reditum impetrare à Cæsa-
re, sic ad vxorem tertio libro de Tristibus scri-
psit:

Ossa tamen facito parua referantur in urna:

Sic ego non etiam mortuus exul ero.

Non vetat hoc quisquã. fratrem Thebana peremptum

Supposuit tumulo fratre vetante soror.

Atq; ea cum folijs, & amomi puluere misce,

Atq; suburbano condita crede solo.

Quosq; legat versus oculo properante viator,

Grandibus in tumuli marmore cæde notis:

Hic ego qui taceo tenerorum lusor amorum,

Ingenio perij Naso poeta meo.

Art tibi qui transis, non sit leue, quisquis amasti,

Dicere, Nasonis molliter ossa cubent.

Missus autem fuit in exilium anno imperij
Augusti secundo & quinquagesimo, vel circiter:
quinto autem Tiberij Tomis apud Getas diem
obijt. Ex quo colligitur, exulasse annos

octo, & mensis aliquot. Sepultum eti-

am iuxta oppidum Tomos,

tradit Eusebius.

F I N I S.

Adjiciunt, alij partes assensibus implent.
 Est tamen humani generis iactura dolori
 Omnibus, & quæ sit terræ mortalibus orbæ
 Forma futura rogant, quis sit laturus in aras
 Thura, ferisne paret populandas tradere terras?
 Talia quærentes (sibi enim fore cætera cura)
 Rex superum trepidare vetat, sobolemq; priori
 Dissimilem populo promittit origine mira.
 Iamq; erat in totas sparsurus fulmina terras,
 Sed timuit, ne forte sacer tot ab ignibus æther
 Conciperet flammæ, totusq; ardesceret axis.
 Esse quoq; in fati reminiscitur, affore tempus
 Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cœli
 Ardeat, & mundi moles operosa laboret.
 Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum,
 Pœna placet diuersa: genus mortale sub vndis
 Perdere, & ex omni nimbos demittere cœlo.
 Protinus Aeolys Aquilonem claudit in antris,
 Et quæcunq; fugant inductas flamina nubes.
 Emitteritq; Notum: madidis Notus euolat alis,
 Terribilem picea tectus caligine vultum.
 Barba grauis nimbis, canis fluit vnda capillis,
 Fronte sedent nebula, rorant pennaq; sinusq;.
 Vtq; manu late pendentia nubila pressit,
 Fit fragor, & densi funduntur ab æthere nimbi.
 Nuncia Iunonis varios induta colores
 Concipit Iris aquas, alimenta q; nubibus affert.
 Ternuntur segetes, & deplorata colonis
 Ota iacent, longiq; perit labor irritus anni.

Iris nuncia
 Iunonis,

Nec

b

Nec cælo contenta suo est Iouis ira, sed illum
 Cæruleus frater iuuat auxiliaribus vndis.
 Conuocat hic amnes: qui postquam tecta tyranni
 Intrauere sui, Non est hortamine longo
 Nunc, ait, vtendum: vires effundite vestras.
 Sic opus est, aperite domos, ac mole remota
 Fluminibus vestris totas immittite habenas.
 Iusserat. hi redeunt, ac fontibus ora relaxant,
 Et defrenato voluuntur in æquora cursu.
 Ipse tridente suo terram percussit, at illa
 Intremuit, motuq; vias patefecit aquarum.
 Expatiata ruunt per apertos flumina campos,
 Cumq; satis arbuta simul, pecudesq;, virosq;,
 Tecta q;, cumq; suis rapiunt penetralia sacris.
 Si qua domus mansit, potuitq; resistere tanto
 Indeiecta malo, culmen tamen altior huius
 Vnda tegit, pressæq; latent sub gurgite turres.
 Iamq; mare & tellus nullum discrimen habebant:
 Omnia pontus erat, deerant quoq; littora ponto.
 Occupat hic collem, cymba sedet alter adunca,
 Et ducit remos illhic, vbi nuper ararat:
 Ille super segetes, aut mersæ culmina villæ
 Nauigat: hic summa piscem deprendit in vlmo,
 Figitur in viridi (sic fors tulit) anchora prato,
 Aut subiecta * terunt curuæ vineta carinæ,
 Et modo quæ graciles gramen carpsere capellæ,
 Nunc ibi deformes ponunt sua corpora phocæ.
 Mirantur sub aqua lucos, vrbesq;, domosq;
 Nereides, syluasq; tenent delphines, & altis

Diluuij de-
scriptio.

* regunt

INCUR-

Ad delubra Deæ, quorum fastigia turpi
 Squallebant musco, stabantq; sine ignibus aræ:
 Ut templi tetigere gradus, procumbit vterq;
 Pronus humi, gelidoq; pauens dedit oscula saxo.
 Atq; ita, Si precibus, dixerunt, numina iussis
 Victa remollescunt, si flectitur ira Deorum,
 Dic Themis, qua generis damnum reparabile nostri
 Arte sit, & mersis fer opem mitissima rebus.
 Mota dea est, sortemq; dedit: Discedite templo,
 Et velate caput, cinctasq; * resoluite vestes,
 Ossaq; post tergum magnæ iactate parentis.
 Obstupuere diu, rumpitq; silentia voce
 Pyrrha prior, iussisq; Deæ parere recusat,
 Detq; sibi veniam, pauido rogat ore, pauetq;
 Ledere iactatis maternas osibus umbras.
 Interea repetunt, cæcisq; obscura latebris
 Verba datæ sortis secum, inter seq; volutant.
 Inde Promethides placidis Epimethida dictis
 Mulcet, & Aut fallax, ait, est solertia nobis,
 Aut pia sunt, nullumq; nefas oracula suadent.
 Magna parens terra est, lapides in corpore terra
 Ossa reor dici, iacere hos post terga iubemur.
 Coniugis augurio quanquam Titania mota est,
 Spes tamen in dubio est: adeo cælestibus ambo
 Diffidunt monitis: sed quid tentare nocebit?
 Discedunt, velantq; caput, tunicasq; recingunt,
 Et iussos lapides sua post vestigia mittunt.
 Saxa (quis hoc credat, nisi sit pro teste vetustas?)
 Ponere duriciem cœpere, suumq; rigorem:

* resoluite

 Reparatio
 generis hu-
 mani iactu
 lapidum,

Molli-

Molliriq³ mora, mollitaq³ ducere formam:
 Mox ubi creuerunt, naturaq³ mitior illis
 Contigit, vt quadam, sic non manifesta videri
 Forma potest hominis, sed vti de marmore cœpta,
 Non exacta satis, rudibusq³ simillima signis.
 Quæ tamen ex illis aliquo pars humida succo,
 Et terrena fuit, versa est in corporis vsum:
 Quod solidum est flectiq³ nequit, mutatur in ossa,
 Quæ modo vena fuit, sub eodem nomine mansit:
 Inq³ breui spacio, superiorum numine, saxa
 Missa viri manibus faciem traxere virorum:
 Et de fœmine reparata est fœmina iactu.
 Inde genus durum sumus, experiensq³ laborum:
 Et documenta damus, qua simus origine nati.

FAB. XII. ARGVMENTVM.

E vigore Solis, quæ est caussa generationis animalium, terra post cataclysmum, inter cæteras brutorum species etiam Pythonem serpentem edidit, forma quidem ignota mortalibus. Hunc Apollo sagittis suis interemit, & ne eius nomen aboleret, instituit ludos ac certamina in perpetuam rei memoriã. Hinc & ipse Apollo Pythius, ludiq³ Pythij sunt nominati.

Cætera* diuersis tellus animalia formis
 Sponte sua peperit: postquàm vetus humor ab igne
 Percaluit Solis, cœnumq³, vdaq³ paludes
 Intumuerunt æstu, fœcundaq³ semina rerum
 Viuaci nutrita solo, ceu matris in aluo
 Creuerunt, faciemq³ aliquam cœpère morando.

* deuersis
 Post diluuium terra Pythonem serpentem peperit, innumerasque species alias atq³ si-

Sic guras.

Sideribus similes oculos : videt oscula, quæ non
 Est vidisse satis : laudat digitosq₃, manusq₃,
 Brachiaq₃, & nudos media plus parte lacertos :
 Si qua latent, meliora putat, fugit ocyor aura
 Illa leui, neq₃, ad hæc reuocantis verba resistit :
 Nympha precor Peneia mane : non insequor hostis,
 Nympha mane : sic agna lupum, sic cerua leonem,
 Sic aquilam penna fugiunt trepidante columba,
 Hostes quæq₃, suos : amor est mihi causa sequendi.
 Me miserum, ne prona cadas, indignaue ledi
 Crura notent sentes, & sim tibi causa doloris.
 Aspera quæ properas loca sunt, moderantius oro
 Curre, fugamq₃, inhibe, moderantius insequar ipse.
 Cui placeas inquire tamen : non incola montis,
 Non ego sum pastor, non hic armenta, gregesue
 Horridus obseruo, nescis temeraria, nescis
 Quem fugias, ideoq₃, fugis : mihi Delphica tellus,
 Et Claros, & Tenedos, Pataraeq₃, regia seruit,
 Iuppiter est genitor : per me quod eritq₃, fuitq₃,
 Estq₃, patet : per me concordant carmina neruis.
 Certa quidem nostra est, nostra tamen vna sagitta
 Certior, in vacuo quæ vulnera pectore fecit.
 Inuentum medicina mecum est, * opiferq₃, per orbem * opifexq₃
 Dicor, & herbarum est subiecta potentia nobis.
 Heu mihi, quod nullis amor est medicabilis herbis :
 Nec profunt domino, quæ profunt omnibus artes.
 Plura locuturum timido Peneia cursu
 Fugit, cumq₃, ipso verba imperfecta reliquit.
 Tunc quoq₃, visa decens, nudabant corpora venti,
 Obuia-

* deuersu
 Post diluui
 um terra Py
 thonem sex
 pentem pe
 perit, innu
 merasque
 species ali
 as atq₃ fi
 guras.

Molliriq³ mora, mollitaq³ ducere formam:
 Mox vbi creuerunt, naturaq³ mitior illis
 Contigit, vt quædam, sic non manifesta videri
 Forma potest hominis, sed vti de marmore cœpta.
 Non exacta satis, rudibusq³ simillima signis.
 Quæ tamen ex illis aliquo pars humida succo,
 Et terrena fuit, versa est in corporis vsum:
 Quod solidum est flectiq³, nequit, mutatur in ossa,
 Quæ modo vena fuit, sub eodem nomine mansit:
 Inq³ breui spacio, superiorum numine, saxa
 Missa viri manibus faciem traxere virorum:
 Et de sæmineo reparata est sæmina iactu.
 Inde genus durum sumus, experiensq³ laborum:
 Et documenta damus, qua simus origine nati.

FAB. XII. ARGUMENTVM.

E vigore Solis, quæ est causa generationis animalium, terra post cataclysmõn, inter cæteras brutorum species etiam Pythonem serpentem edidit, forma quidem ignota mortalibus. Hunc Apollo sagittis suis interemit, & ne eius nomen aboleret, instituit ludos ac certamina in perpetuam rei memoriã. Hinc & ipse Apollo Pythius, ludiq³ Pythij sunt nominati.

Cætera* diuersis tellus animalia formis
 Sponte sua peperit: postquàm vetus humor ab igne
 Percaluit Solis, cœnumq³, vdaq³ paludes
 Intumuerunt æstu, sæcundaq³ semina rerum
 Viuaci nutrita solo, ceu matris in aluo
 Creuerunt faciemq³ aliquam cœpère morando.

* deuersis

Post diluuium terra Pythonem serpentem peperit, innúmerasque species alias atq³ si-

Sic guras.

Sideribus similes oculos : videt oscula, quæ non
 Est vidisse satis : laudat digitosq₃, manusq₃,
 Brachiaq₃, & nudos media plus parte lacertos :
 Si qual latent, meliora putat, fugit ocyor aura
 Illa leui, neq₃ ad hæc reuocantis verba resistit :
 Nympha precor Peneia mane : non insequor hostis,
 Nympha mane : sic agna lupum, sic cerua leonem,
 Sic aquilam penna fugiunt trepidante columba,
 Hostes quæq₃ suos : amor est mihi causa sequendi.
 Me miserum, ne prona cadas, indignaue ladi
 Crura notent sentes, & sim tibi causa doloris.
 Aspera quæ properas loca sunt, moderantius oro
 Curre, fugamq₃ inhibe, moderantius insequar ipse.
 Cui placeas inquire tamen : non incola montis,
 Non ego sum pastor, non hîc armenta, gregesue
 Horridus obseruo, nescis temeraria, nescis
 Quem fugias, ideoq₃ fugis : mihi Delphica tellus,
 Et Claros, & Tenedos, Pataraq₃ regia seruit,
 Iuppiter est genitor : per me quod eritq₃, fuitq₃,
 Estq₃, patet : per me concordant carmina neruis.
 Certa quidem nostra est, nostra tamen vna sagitta
 Certior, in vacuo quæ vulnera pectore fecit.
 Inuentum medicina meum est, * opiferq₃ per orbem * opifexq₃
 Dicor, & herbarum est subiecta potentia nobis.
 Heu mihi, quod nullis amor est medicabilis herbis :
 Nec profunt domino, quæ profunt omnibus artes.
 Plura locuturum timido Peneia cursu
 Fugit, cumq₃ ipso verba imperfecta reliquit.
 Tunc quoq₃ visa decens, nudabant corpora venti,
 Obuia-

Obuiaq³ aduersas vibrabant flamina vestes,
 Et leues impulsos retrò dabat aura capillos.
 Aucta fuga forma est: sed enim non sustinet vltra
 Perdere blanditias iuuenis Deus: vtq³ monebat
 Ipse amor, admissosequitur vestigia passu.
 Vt canis in vacuo leporem cum Gallicus aruo
 Vidit, & hic prædam pedibus petit, ille salutem:
 Alter in hæfuro similis, iam iamq³ tenere
 Sperat, & extento stringit vestigia rostro:
 Alter in ambiguo est, an sit comprehensus, & ipfis
 Morsibus eripitur, tangentiq³ ora relinquit:
 Sic Deus, & virgo est: hic spe celer, illa timore.
 Qui tamen insequitur, pennis adiutus amoris,
 Ocyor est, requiemq³ negat, tergoq³ fugacis
 Imminet, & crinem sparsum ceruicibus afflat.

FAB. XIII. ARGVMENTVM.

Daphne ab Apolline diu multumq³ cursu defatigata, & ipsius conspectum strenuè fugiens, tandem Patrem inuocabat, vt ei ferret auxilium, & virginitatem, quam ipsi promiserat, conseruaret integram. Hanc ergo filiam suam, auditis precibus parens, vt vim insequentis effugeret, in laurum transmutauit.

Viribus absumptis expalluit illa, citaq³
 Victa labore fuga, spectans Peneidas vndas,
 Fer pater, inquit, opem, si flumina numen habetis:
 Qua nimum placui, tellus, ait, hisce: vel istam,
 Quæ facit vt ledar, mutando perde figuram.
 Vix prece finita, torpor grauis occupat artus,
 Mollia cinguntur tenui præcordia libro,

Daphne in
 laurum.

In

Est nemus Aemoniae, praeupta quod vndiq; claudit
 Sylua, vocant Tempe, per qua Peneus ab imo
 Effusus Pindo spumosis voluitur vndis,
 Deiectuq; graui tenues agitantia fumos
 Nubila conducit, summisq; aspergine syluis
 Influit, & sonitu plus quam vicina fatigat.
 Hæc domus, hæc sedes, hæc sunt penetralia magni
 Amnis, in his residens facto de cautibus antro,
 Vndis iura dabat, nymphisq; colentibus vndas.
 Conueniunt illhuc popularia flumina primum
 Nescia gratentur, consolenturue parentem,
 Populifer Sperchius, & irrequietus Enipeus,
 * Apidanusq; senex, lenisq; Amphrysus, & * Aëas,
 * Doxq; amnes alij, qui, qua tulit impetus illos,
 In mare deducunt fessas erroribus vndas.
 Nachus vnus abest, imoq; reconditus antro
 Letibus auget aquas, natamq; miserrimus Io
 Auget, vt amissam, nescit vitæne fruatur,
 Ne sit apud manes: sed quam non inuenit vsquam,
 Ne putat nusquam, atq; animo peiora veretur.
 Derat à patrio redeuntem Iuppiter illam
 Numine, & o virgo Ioue digna, tuoq; beatum
 Nescio quem factura toro, pete, dixerat, umbras,
 Ut horu, aut horum nemoru (& monstrauerat am-
 nam calet, & medio Solest altissimus orbe. bas)
 Quod si sola times latebras intrare ferarum,
 Reside tuta Deo nemorum secreta subibis,
 Ex de plebe Deo, sed qui cœlestia magna
 Petra manu teneo, sed qui vaga fulmina mitto.

Io Inachi fi-
 lia in vac-
 cam.

* Erida-
 nusq;
 * Adas

Ne

Ne fugeme (fugiebat enim) iam pascua Lerna,
 Constaq₃ arboribus Lynceæ reliquerat arua,
 Cum Deus inducta latas caligine terras
 Occuluit, tenuitq₃ fugam, rapuitq₃ pudorem.
 Interea medios Iuno despexit in agros,
 Et noctis faciem nebulas fecisse volucres
 Sub nitido mirata die, non fluminis illas
 Esse, nec humenti sensit tellure remitti,
 Atq₃ suus coniux ubi sit circumspicit, vt qua
 Deprensi toties bene nosset furta mariti.
 Quem postquam cælo non repperit, aut ego fallor,
 Aut ego ledor, ait. delapsaq₃ ab æthere summo
 Constitit in terris, nebulasq₃ recedere iussit.
 Coniugis aduentum præsenjerat, inq₃ nitentem
 Inachidos vultus mutauerat ille iuuentam.

Iupiter eo
 primit Io.

FAB. XVI. ARGUMENTVM.

Iouis fallaciam ubi Iuno intellexisset, petijt ab eo, vt veluti munus vaccam ipsi daret, quia formosior esset cæteris armentis. Iupiter verò, ne, si denegaret, puellam proderet, confestim vxorem petitionis ac voti sui compotem reddit, Iuno igitur, ad prohibendum Iouis cum pellice concubitum, Argum Aristoris filium, centum oculos habentem, ei præposuit.

Bos quoq₃ formosa est. speciem Saturnia vacca, Quamquam inuita, probat: nec non & cuius, & vnde, Quòue sit armento, veri quasi nescia, querit. Iuppiter è terra genitam mentitur, vt autor Desinat inquiri: petit hanc Saturnia munus.

Quid

Terraviros, vrbesq₃ gerit, syluasq₃, ferasq₃,
Fluminaq₃, & nymphas, & cætera numinaruris.

Zodiacus
circulus.

Hæc super imposita est cæli fulgentis imago,
Signaq₃ sex foribus dextris, totidemq₃ sinistris.

Quò simul accliuo Clymeneia limite proles
venit, & intrauit dubitati tecta parentis,
Protinus ad patrios sua fert vestigia vultus,
Consistitq₃ procul, neq₃ enim propiora ferebat
Lumina. purpurea velatus veste sedebat
In folio Phæbus claris lucente smaragdis.

A dextra læuaq₃ Dies, & Mensis, & Annus,
Seculaq₃ & posita spacijs æqualibus Horæ.

Comites So-
lis.

Verq₃ nouum stabat cinctum florente corona.
Stabat nuda Aestas, & spiceaserta gerebat:
Stabat & Autumnus calcatis sordidus vuis,
Et glacialis Hyems canos hirsuta capillos.
Inde loco medius rerum nouitate pauentem
Sol oculis iuuenem, quibus aspicit omnia, vidit.

Quaq₃ viæ tibi causa? quid hac, ait, arce petisti
Progenies Phaëthon, haud insitianda parenti?

Ille refert, ô lux immensi publica mundi

Phæbe pater, si das vsum mihi nominis huius,

Nec falsa Clymene culpam sub imagine celat,

Pignora da genitor, per quæ tua vera propago

Credar, & hunc animis errorem detrahe nostris.

Dixerat. at genitor circum caput omne micantes

Deposuit radios, propiusq₃ accedere iussit,

Amplexuq₃ dato, nec tu meus esse negari

Dignus es, & Clymene veros (ait) edidit ortus.

Quoq₃

Quôq, minus dubites, quod vis pete munus, & illud
 Me tribuente feres. promissi testis adesto
 Dÿs iuranda palus, oculis incognita nostris.
 Vix benè desierat, currus petit ille paternos,
 Inq, diem alipedum ius, & moderamen equorum.
 Pœnituit iurasse patrem, qui terq, quaterq,
 Concutiens illustre caput, temeraria dixit
 Vox mea facta tua est, vtinam promissa liceret
 Non dare, confiteor, solum hoc tibi nate negarem.
 Dissuadere licet, non est tua tuta voluntas.
 Magna petis Phaethon, & quæ non viribus istis
 Munera conueniunt, nec tam puerilibus annis.
 Sors tua mortalis, non est mortale quod optas.
 Plus etiam quàm quod superis contingere fas est,
 Nescius affectas. placeat sibi quisq, licebit,
 Non tamen ignifero quisquam consistere in axe
 Me valet excepto: vasti quoq, rector Olympi,
 Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra,
 Non aget hos currus: & quid Ioue maius habetur?
 Ardua prima via est, & qua vix manè recentes
 Enituntur equi, medio est altissima cœlo,
 Vnde mare, & terras ipsi mihi sæpe videre
 Fit timor, & pauida trepidat formidine pectus.
 Vltima prona via est, & eget moderamine certo.
 Tunc etiam, quæ me subiectis excipit vndis,
 Ne ferar in præceps, Tety's solet ipsa vereri.
 Adde, quòd assidua rapitur vertigine cœlum,
 Sideraq, alta trahit, celeriq, volumine torquet,
 Nitior in aduersum, nec me, qui cætera, vincit

Ipem

Impetus, & rapido contrarius euehor orbi.
 Finge datos currus, quid ages? poteris ne rotatis
 Obuius ire polis, ne te citus auferat axis?
 Forſitan & lucos illhic, vrbesq; Deorum
 Concipias animo, delubraq; ditia donis
 Eſſe, per inſidias iter eſt, formasq; ferarum:
 Vtq; viam teneas, nulloq; errore traharis,
 Per tamen aduerſi gradieris cornua Tauri,
 Aemonioſq; arcus, violentiq; ora Leonis,
 Senuq; circuitu curuantem brachia longo
 Scorpion, atq; aliter curuantem brachia Cancrum.
 Nec tibi quadrupedes * animoſos ignibus illis, *damne-
 Quos in pectore habent, quos ore & naribus efflant, ſos
 In promptu regere eſt: vix me patiuntur, vbi acres
 Incaluere animi, ceruixq; repugnat habenis.
 Artu, funeſti ne ſim tibi muneris autor,
 Nate caue: dum reſq; ſinit tua corrige vota.
 Scilicet vt noſtro genitum te ſanguine credas,
 Pignora certa petis: do pignora certa timendo,
 Et patrio pater eſſe metu probor. aſpice vultus
 Ecce meos: vtinamq; oculos in pectore poſſes
 Inſerere, & patrias intus deprehendere curas.
 Deniq; quicquid habet diues circumſpice mundus,
 Deq; tot, ac tantis cœli, terræq; marisq;
 Poſſe bonis aliquid, nullam patiere repulſam.
 Deprecor hoc vnum, quod vero nomine pœna, †
 Non honor eſt: pœnam Phaethon pro munere poſcis.
 Quid mea colla tenes blandis ignare lacertis?
 Ne dubita, dabitur, Stygias inrauimus vndas,
Quod.

Quodcunq; optaris: sed tu sapientius opta.
 Finierat monitus: dictis tamen ille repugnat,
 Propositumq; premit, flagratq; cupidine currus.
 Ergo quā licuit genitor cunctatus ad altos
 Deducit iuuenem, Vulcania munera, currus.
 Aureus axis erat, temo aureus, aurea summa
 Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo.
 Per iuga chrysolithi, positaq; ex ordine gemmæ,
 Clara repercusso reddebant lumina Phœbo.
 Dumq; ea magnanimus Phaëthon miratur, opusq;
 Perspicit, ecce vigil nitido patescit ab ortu
 Purpureas aurora fores, & plena rosarum
 Atria, diffugiunt stellæ, quarum agmina cogit
 Lucifer, & cœli statione nouissimus exit.
 Tum pater vt terras, mundumq; rubescere vidit,
 Cornuaq; extrema velut euanescere Luna,
 Iungere equos Titan velocibus imperat Horis.
 Iussa Deæ celeres peragunt, ignemq; vomentes
 Ambrosiæ succo saturos præsepibus altis
 Quadrupedes ducunt, adduntq; sonantia fræna.
 Tum pater ora sui sacro medicamine nati
 Contigit, & rapidæ fecit patientia flammæ,
 Imposuitq; comæ radios, præsagaq; luctus
 Pectore sollicito repetens suspiria, dixit:
 Si potes his saltem monitis parère parentis,
 Parce puer stimulis, & sortius vtere loris.
 Sponte sua properant, labor est inhibere volantes.
 Nec tibi directos placeat via quinq; per arcus.
 Sectus in obliquum est lato curuamine limes,

Zona-

Quod simulac sensere ruunt, tritumq; relinquunt
 Quadrijugi spaciū, nec, quo prius, ordine currunt.
 Ipse pauet, nec qua commissas flectat habenas,
 Nec scit quā sit iter, nec si sciat, imperet illis.
 Tum primū radijs gelidi caluere triones,
 Et vetito frustra tentarunt equore tingi.
 Quæq; polo posita est glaciali proxima serpens
 Frigore pigra prius, nec formidabilis vlli,
 Incaluit, sumpsitq; nouas feruoribus iras.
 Te quoq; turbatum memorant fugisse Boote,
 Quamuis tardus eras, & te tua plaustra tenebant.
 Vt verò terras despexit ab æthere summo
 Infelix Phaethon penitus, penitusq; iacentes,
 Palluit, & subito genua intremuere timore,
 Suntq; oculis tenebræ per tantum lumen abortæ.
 Et iam mallet equos nunquam tetigisse paternos,
 Iam cognosse genus piget, & valuisse rogando.
 Iam Meropis dici cupiens: ita fertur, vt acta
 Precipiti pinus Borea, cui cuncta remisit
 Frena suus rector, quam Dijs, votisq; reliquit.
 Quid faciat? multum cœli post terga relictum,
 Ante oculos plus est, animo metitur vtrung;
 Et modo, quos illi * fas tum contingere non est,
 Prospicit occasus, interdum respicit ortus.
 Quidq; agat ignarus, stupet & nec frena remittit,
 Nec retinere valet, nec nomina nouit equorum.
 Sparsa quoq; in vario passim miracula cœlo,
 Vastarumq; videt trepidus simulacra ferarum.
 Est locus, in geminos vbi brachia concauat arcus

d 2

Scor-

Scorpium, & cauda, flexisq; vtring lacertis
 Porrigit in spacium signorum membra duorum.
 Hunc puer vt nigri madidum sudore veneni
 Vulnere curuata minitanti cuspide vidit,
 Mentis inops, gelida formidine lora remisit.
 Quæ postquam summo sensere iacentia tergo,
 Expatiantur equi, nullog; inhibente per auras
 Ignotæ regionis eunt, quaq; impetus egit,
 Hac sine lege ruunt, altoq; sub æthere fixis
 Incurfant stellis, rapiuntq; per aua currum.
 Et modò summa petunt, modò per decline, viasq;
 Precipites spatio terræ propiore feruntur,
 Inferiusq; suis fraternos currere Luna
 Admiratur equos, ambustaq; nubila fumant.
 Corripitur flammis vt quæq; altissima tellus,
 Fissaq; agit rimas, & succis aret adeptis,
 Pabula canescunt, cum frondibus vritur arbor,
 Materiamq; suo præbet seges arida damno.
 Parua queror, magnæ pereunt cum mœnibus vrbes,
 Cumq; suis totas populis incendia gentes
 In cinerem vertunt, syluæ cum montibus ardent.
 Ardet Athos, Taurusq; Cilix, & Tmolus, & Oete,
 Et tum sicca, prius celeberrima fontibus Ida,
 Virgineusq; Helicon, & nondum Oeagrius Aemus.
 Ardet in immensum geminatis ignibus Aetna,
 Parnassusq; biceps, & Eryx, & Cynthus & Othrys,
 Et tandem niuib; Rhodope caritura, Mimasq;
 Dindymaq; & Mycale, natusq; ad sacra Cithæron,
 Nec prosunt Scythia sua frigora, Caucasus ardet,

Ossa-

Ossaq;
 Aëriaq;
 Tum v
 Aspicit
 Feruen
 Ore tr
 Et neq;
 Ferre
 Quoq;
 Nescit
 Sangu
 Aethi
 Tum
 Arida
 Deslu
 Argos
 Nec
 Tut
 Pene
 Et ce
 Arsu
 Qui
 My
 Arsi
 The
 Aesi
 Qu
 Et
 Flu

Ossa₃ cum Pindo, maior₃ ambobus Olympus,
 Aëria₃ Alpes, & nubifer Apenninus.
 Tum verò Phaethon cunctis è partibus orbem
 Aspicit * accensum, nec tantos sustinet * æstus,
 Feruentes₃ auras velut è fornace profunda
 Ore trahit, currus₃ suos candescere sentit,
 Et neq₃ iam cineres, eiectatam₃ fauillam
 Ferre potest, calido₃ inuoluitur vndiq₃ fumo.
 Quo₃q₃ eat, aut vbi sit, picea caligine tectus
 Nescit, & arbitrio volucrum raptatur equorum.
 Sanguine tum credunt in corpora summa vocato,
 Aethiopum populos nigrum traxisse colorem.
 Tum facta est Libye raptis humoribus æstu
 Arida, tum nymphæ passis, fontes₃, lacus₃
 Defluxere comis, querit Bæotia Dirce,
 Argos Amymonen, Ephyre Pyrenidas vndas.
 Nec sortita loco distantes flumina ripas
 Tuta manent, medijs Tanais fumauit in vndis,
 Peneus₃ senex, Teuthranteus₃ Caycus,
 Et celer Isimenos, cum Phocaico Erymantho.
 Arsurus₃ iterum Xanthus, flauus₃ Lycormas,
 Qui₃q₃ recuruat is ludit Meander in vndis,
 Mygdonius₃ Melas, & Tenareus Eurotas.
 Arsit & Euphrates Babylonius, arsit Orontes,
 Thermodoon₃ citus, Ganges₃, & Phasis, & Ister,
 Aestuat Alpheus, ripæ Sperchiades ardent.
 Quod₃q₃ suo Tagus amne vehit, fluit ignibus aurum,
 Et quæ Maonias celebrarant carmine ripas
 Flaminea volucres medio caluere Caystro.

* accendi,
 * ignes,

Nilus in extremum fugit perterritus orbem,
 Occulitq; caput, quod adhuc latet. ostia septem
 Puluerulenta vacant, septem sine flumine valles.
 Sors eadem Ismarios Hebrum cum Strymone siccet,
 Hesperiosq; amnes Rhenum, Rhodanumq;, Padumq;
 Cuiq; fuit rerum permissa potentia, Tybrim.
 Dissilit omne solum, penetratq; in tartararimis
 Lumen, & infernum terret cum coniuge regem,
 Et mare contrahitur, siccaq; est campus arena,
 Quod modo pontus erat, quosq; altū texerat æquor,
 Existunt montes, & sparsas Cycladas augent.
 Imapetunt pisces, nec se super æquora curui,
 Tollere consuetas audent delphines in auras.
 Corpora Phocarum summo resupina profundo
 Exanimata iacent. ipsum quoq; Nerea fama est,
 Doridaq;, & natas tepidis latuisse sub vndis.
 Ter Neptuneus aquis cum toruo brachia vultu
 Exerere ausus erat, ter non tulit aëris ignes.

FAB. III. ARGVMENTVM.

Cū in tam horribili Phaethontis incendio, terra profusis quasi lacrymis auxilium Iouis imploraret, & ne totus orbis absumeretur flammis obnixē peteret. Phaethon fulmine ictus, de curru præcipitatus est, quem Eridanus fluvius excepit. Itaq; liberati vinculis equi, agnito itinere, ad suam stationem reuerſi sunt.

Alma tamen Tellus, vt erat circumdata ponto
 Inter aquas pelagi, contractosq; vndiq; fontes,

Qui

Qui se considerant in opaca viscera matris,



*Sustulit omni-feros collo tenus arida vultus,
Opposuitq; manum fronti, magnoq; tremore
Omnia concutiens paulum subsedit, & infrà
Quàm solet esse, fuit, sacraq; ita voce profatur:
Si placet hoc, merniq;, quid ô tua fulmina cessant
Summe Deûm? liceat periture viribus ignis,
Igne perire tuo, clademq; autore leuare.
Vix equidem fauces hæc ipsa in verba resoluo:
(Presserat ora vapor) tostos en aspice crines,
Inq; oculis fumum, volitant super ora fauilla.
Hôsne mihi fructus? hunc fertilitatis honorem,
Officijq; refers, quod adunci vulnera aratri,
Rastrorumq; fero, totoq; exerceor anno?*

*Telluris o-
mniferæ o-
ratio.*

d 4

Quòd

Quòd pecori frondes, alimenta^q, mitia, fruges
 Humano generi, vobis quoq³, tura ministro?
 Sed tamen exitium fac me meruisse: quid vnde?
 Quid meruit frater? cur illi tradita sorte
 Aequora decrescunt, & ab æthere longius absunt?
 Quòd si nec fratris, nec te mea gratia tangit,
 At cœli miserere tui, circumspice, vtring³,
 Fumat vterq³, polus, quos si violauerit ignis,
 Atria vestra ruent. Atlas en ipse laborat,
 Vixq³, suis humeris candentem sustinet axem.
 Si freta, si terræ pereunt, si regia cœli,
 In Chaos antiquum confundimur. Eripe flammis,
 Si quid adhuc superest, & rerum consule summa.
 Dixerat hæc Tellus, neg³, enim tolerare vaporem
 Vterius potuit, nec dicere plura, suumq³,
 Rettulit os in se, propioraq³, manibus antra.

At pater omnipotens superos testatus, & ipsum,
 Qui dederat currus, nisi opem ferat, omnia fato
Interitura graui, summam petit arduus arcem,
 Vnde solet nubes latis inducere terris,
 Vnde mouet tonitrus, vibrataq³, fulmina iactat:
 Sed neg³, quas posset terris inducere nubes
 Tunc habuit, nec quos cœlo demitteret imbres,
 Intonat, & dextra * libratum fulmen ab aure
 Mist in aurigam, pariterq³, animaq³, rotisq³,
 * Exiit, & sæuis compescuit ignibus ignes.
 Consternantur equi, & saltu in contraria facto
 Colla iugo eripiunt, abruptaq³, lora relinquunt.
 Illhic fræna iacent, illhic temone reuulsus

* vibratū

* Expulit,

Axis,

*Axis, in hac radij fractarum parte rotarum,
Sparsaq; sunt late laceri vestigia currus.
At Phaëthon rutilos flamma populante capillos,
Voluitur in praeceps, longoq; in aëra tactu
Fertur: vt interdum de cælo stella sereno,
Quæ si non cecidit, potuit cecidisse videri.
Quem procul à patria diuerso maximus orbe
Excipit Eridanus, fumantiaq; abluit ora.*

Phaethon
praeceps in
Eridanum.

FAB. IIII. ARGVMENTVM.

Sorores Phaëthontis Heliades, miserabilem fratris sui casum deflentes, Deorum benignitate ac misericordia in arbores populeas mutatae, lacrymae autem earum (vt & Hesiodus & Euripides fabulantur) de ramis effluentes, atq; calore Solis induratae, in Electrum conuersae sunt. Item rex Liguriae Cynus, Phaethonti propinquitate coniunctus, ad Padi ripas casum amici deflens, in auem sui nominis euasit.


Phaethontis
sorores
in arbores.

*Naiades Hesperiae trifida fumantia flamma
Corpora dant tumulo, signat quoq; carmine saxum:
Hic situs est Phaethon, currus auriga paterni,
Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.
At pater obductos luctu miserabilis agro
Condiderat vultus, & si modo credimus, vnum
Isse diem sine Sole ferunt. incendia lumen
Præbebant, aliquisq; malo fuit vsus in illo.
At Clymene postquam dixit, quæcunq; fuerunt
In tantis dicenda malis, lugubris, & amens,*

d s

Es

Et laniata sinus totum percensuit orbem,



*Exanimēsq; artus primo, mox ossa requirens.
Repperit ossa tamen peregrina condita *ripa.
Incubuitq; loco, nomēq; in marmore lectum
Persudit lacrymis, & apertō pectore fouit.
Nec minus Heliades lugent, & inania morti
Munera dant lacrymas, & cesa pectora palmis
Non auditurum miseras Phaethonta querelas
Nocte dieq; vocant, a sternunturq; sepulcro.
Luna quater iunctis impleat cornibus orbem,
Illa more suo (nam morem fecerat vsus)
Plangorem dederant, è quēis Phaethusa sororum
Maxima cū vellet terra procumbere, quēsta est
Diriguisse pedes: ad quam conata venire*

* terra

Phaethon-
tis sorores
in arbores
mutantur.

Can-

Candida Lampetie, subita radice retenta est.
 Tertia cum crinem manibus laniare pararet,
 Auellit frondes: hac stipite crura teneri,
 Illa dolet fieri longo sua brachia ramos.
 Dum ea mirantur, complectitur inguina cortex,
 Perq; gradus vterum, pectusq; humerosq;, manusq;
 Ambit, & extabant tantum ora vocantia matrem.
 Quid faciat mater? nisi quod trahit impetus illam,
 Huc eat, atq; illuc, & dum licet oscula iungat?
 Non satis est, truncis auellere corpora tentat,
 Et teneros manibus ramos abruptit: at inde
 Sanguinea manant tanquam de *vulnere guttae. *corpore
 Parce precor mater, quaecumq; est saucia, clamat,
 Parce precor, nostrum laceratur in arbore corpus.
 Iamq; vale, cortex in verba nouissima venit.

Inde fluunt lacrymae, stillataq; Sole rigescunt
 Deramis electra nouis, quae lucidus amnis
 Excipit, & nuribus mittit gestanda Latinis.

Affuit huic monstro proles Stheneleia Cycnus,
 Qui tibi materno quamuis à sanguine iunctus,
 Mente tamen Phaethon propior fuit. ille relicto
 (Nam Ligurum populos, & magnas rexerat vrbes)
 Imperio, ripas virides, amnemq; querelis
 Eridanum implerat, syluamq; sororibus auctam,
 Cum vox est tenuata viro, canaq; capillos
 Dissimulant plume, collumq; à pectore longe
 Porrigitur, digitosq; ligat iunctura rubentes.
 Penna latus velat, tenet os sine acumine rostrum,
 Fit noua Cycnus auis, nec se caeloq;, Ioui^{q;}

Electrū ex
 lacrymis so-
 rorū Phae-
 thontis.


Cycnus
 Stheneli fi-
 lius Ligu-
 rex in aue
 sui nomi-
 nis.

Cre-

*Credit, vt iniuste missi memor ignis ab illo.
Stagna petit, patulosq; lacus, ignemq; perosus,
Quæ colat, elegit contraria flumina flammis.*

FAB. V. ARGVMENTVM.

Phœbus ob casum Phaethontis filij sui magnopere contristatus, eundemq; animo indigno ferens, præbendæ posthac lucis officium mundo denegat. Cæterum à Ioue, ac reliquis Cœlicolis, tandem multis precibus exoratus, amentes equos colligit, & verberibus in eos antè grassatur.



*Squallidus interea genitor Phaethontis & expers
Ipse sui decoris, qualis, cum deficit orbi,
Esse solet, lucemq; odit, seq; ipse, diemq;
Datq; animum in luctus, & luctibus adijcit iram,*

offi-

Officiūq; negat mundo. Satis, inquit, ab eui
 Sors mea principijs fuit irrequieta, pigetq;
 Actorum sine fine mihi, sine honore laborum.
 Quilibet * alter agat portantes lumina currus. * autor
 Si nemo est, omnesq; Dei non posse fatentur,
 Ipse agat, vt saltem dum nostras tentet habenas,
 Orbatura patres aliquando fulmina ponat.
 Tunc sciat ignipedum vires expertus equorum
 Non meruisse necem, qui non benè rexerit illos.
 Talia dicentem circumstant omnia Solem
 Numina, néue velit tenebras inducere * terris, * rebus
 Supplice voce rogant, missus quoq; Iuppiter ignes
 Excusat precibusq; minas regaliter addit.
 Colligit amentes, & adhuc terrore pauentes
 Phæbus equos, stimuloq; dolens & verbere sæuit.
 Sæuit enim, natumq; obiectat, & imputat illis.

FAB. VI. ARGVMENTVM.

Iupiter cū circa montem Arcadiæ, vbi ge-
 nitus existimatur, vagaretur, in Calistū Lyc-
 onis filiæ amorem incidit: Cui cū preces de
 expletione desiderij sui admouisset, frustratasq;
 suas voces intellexisset, astu eam subit. in Dia-
 næ nanq; sexum se commutauit, eiq; fatigatæ
 ornatus pharetra & sagittis occurrit, tum veste
 deposita virgo Iouem experta est.

At pater omnipotens ingentia mœnia cœli
 Circuit, & ne quid labefactum viribus ignis
 Corruat, explorat: quæ postquam firma, suiq;
 Roboris

Ingressus in
 amores Io-
 uis.

Roboris esse videt, terras, hominumq; labores



Perspicit. Arcadie tamen est impensior illi
 Cura sue, fontesq; & nondum audentia labi
 Flumina restituit, dat terræ gramina, frondes
 Arboribus, læsasq; iubet reuirescere sylvas
 Dum redit, itq; frequens, in virgine Nonacrina
 Hæsit, & accepti caluere sub osibus ignes.
 Non erat huius opus lanam mollire trahendo,
 Nec positas variare comas: sed fibula vestem,
 Vitta coercuerat neglectos alba capillos,
 Et modo leue manu iaculū, modò sumpserat arcum.
 Miles erat Phebes, nec Menalon attigit vlla
 Grator hac Triuia. Sed nulla potentia longa est.

Vltre-

Vltre-
 Cūm si
 Exuit
 Arcus,
 Et pib
 Iuppit
 Hoc ce
 Aut si
 Protin
 Atq; a
 In qui
 Se leu
 Audia
 Et fib
 Nec m
 Quav
 Impe
 Illa q
 (Aspi
 Illa q
 Quis
 Iuppi
 *Vn
 Tolle
 Ecce
 Men
 Aspi
 Et ri
 Sed p

Vltcrius spaciū medio Sol altus habebat,
 Cū subit illa nemus, quod nulla ceciderat etas.
 Exiit hic humero pharetram, lentosq; tetendit
 Arcus, inq; solo, quod texerat herba, iacebat,
 Et pictam posita pharetram ceruice premebat.
 Iuppiter vt vidit fessam, & custode * vacantem,
 Hoc certè furtum coniunx mea nesciet, inquit:

* carentē,

Iupiter in
Dianam.

Aut si rescierit, sunt ò sunt iurgia tanti?
 Protinus induitur faciem cultumq; Diane,
 Atq; ait ò comitum virgo pars vna mearum,
 In quibus es venata iugis? de cespite virgo
 Se leuat, & salue numen me iudice dixit,
 Audiat ipse licet, maius Ioue. ridet, & audit,
 Et sibi præferri se gaudet, & oscula iungit,
 Nec moderata satis, nec sic à virgine danda.
 Quæ venata foret sylua narrare parantem
 Impedit amplexu, nec se crimine prodit.
 Illa quidem contrà, quantum modò fœmina posset,
 (Aspiceres vrinam Saturnia, mitior esses)
 Illa quidem pugnat, sed quæ superare puella,
 Quisue Iouem poterat? superùm petit æthera victor
 Iuppiter: huic odio nemus est, & conscia sylua.

* Vnde pedem referens, penè est oblita pharetram * Inde

Tollere cum telis, & quem suspenderat arcum.
 Ecce suo comitata choro Dictynna per altum
 Menalon ingrediens, & cæde superba ferarum.
 Aspicit hanc, visamq; vocat: clamata refugit,
 Et timuit primò, ne Iuppiter esset in illa.
 Sed postquam pariter Nymphas incedere vidit,

Sensit

Sensit abesse dolos, numerumq; accessit ad harum.
 Heu quàm difficile est crimen non prodere vultu.
 Vix oculos attollit humo, nec, vt ante solebat,
 Iuncta Deæ lateri, nec toto est agmine prima,
 Sed silet & læsi dat signa rubore pudoris.
 Et, nisi quòd virgo est, poterat sentire Diana
 Mille notis culpam. Nymphæ sensisse feruntur.
 Orberesurgebant lunaria cornua nono,
 Cùm Dea venatu fraternis languida flammis,
 Nacta nemus gelidum, de quo cum murmure labens
 Ibat, & attritas versabat riuus arenas.
 Vt loca laudauit, summas pede contigit vndas,
 His quoq; laudatis, procul est, ait, arbiter omnis:
 Nuda superfusis tingamus corpora lymphis.
 Parrhasis erubuit, cuncta velamina ponunt.
 Vna moras querit: dubitandi vestis adempta est,
 Qua posita, nudo patuit cum corpore crimen.
 Attonita, manibusq; vterum celare volenti
 I procul hinc, dixit, nec sacros pollue fontes
 Cynthia, deq; suo iussit secedere cœtu.

FAB. VII. ARGVMENTVM.

Cum Iupiter Calisto inuitam, & præter om-
 nem eius voluntatem ac meritum vitiaffet, à
 Iunone immerenti delictum hoc minimè re-
 mittebatur: Nam cùm inter lauandum ferre
 vterum ipsam animaduerneret, confestim pel-
 licatu eius incensa est, & ne amplius pulchritu-
 dine coniugem suum caperet, in vrsam Cali-
 sto, post sobolem procreatam, Saturnia trans-
 figurauit.

Sensè-

*Senserat hoc olim magni matrona Tonantis,
Distuleratq; graues in idonea tempora pœnas.
Causa moræ nulla est, & iam puer Arcas (idipsum
Indoluit Iuno) fuerat de pellice natus.*



*Quò simul obuertit seuam cum lumine mentem,
Scilicet hoc etiam restabat adultera, dixit:
Vt sæcunda fores, fieretq; iniuria partu
Nota, Iouisq; mei testatum dedecus esset:
Haud impune feres, adimam tibi nanq; figuram,
Quatibi, quaq; places nostro importuna marito.
Dixit, & arreptam prensis à fronte capillis
Strauit humi pronam, tendebat brachia supplex.
Brachia cœperunt nigris horrescere villis,*

*Calisto in
vrsam.*

e

Cur-

Curuariq₃ manus, & aduncos crescere in vngues,
Officiog₃ pedum fungi, laudatq₃ quondam
Ora Ioui lato fieri deformia rictu.

Néue preces animos, & verba precantia flectant,
Posse loqui eripitur: vox iracunda, minaxq₃,
Plenag₃ terroris rauco de gutture fertur.

Mens antiqua manet, facta quog₃ mansit in vrsa,
Assiduog₃ suos gemitu testata dolores,

Qualescunq₃ manus ad cælum & sidera tollit,
Ingratumq₃ Iouem nequeat cum dicere, sentit.

Ah quoties sola non ausa quiescere sylua,
Ante domum, quondamq₃, suis errauit in agris.

Ah quoties per saxa canum latratibus acta est,
Venatrixq₃ metu venantum territa fugit.

Sæpe feris latuit visis, oblita quid esset,
Vrsag₃ conspectos in montibus horruit vrsos,
Pertimuitq₃ lupos, quamuis pater esset in illis.

Ecce Lycaoniæ proles ignara parentis
Arcas adest, ter quinque ferens natalibus annos.

Dumq₃ feras sequitur, dum saltus eligit aptos,
Nexilibusq₃ plagis syluâs Erymanthidos ambit,

Incidit in matrem, quæ restitit Arcade viso,
Et cognoscenti similis fuit. ille refugit,


Immotosq₃ oculos in se sine fine tenentem
Nescius extimuit, propiusq₃ accedere * fugit.

* tentat.

F A B. VIII. ARGVMENTVM.

Calisto cum Arcade filio suo, quem è Iouis
concubitu fuit enixa, in cælum à Ioue trans-
lata, inter astra ambo collocantur, quæ à Græ-
cis

cis Helices, ac Cynosuræ nomen accepere. A Tethy autem & Oceano, ob iram Iunonis, inter cætera sidera hæc liquore non tinguntur. Hinc Ovidius alibi: Magnæ minorq; feræ, quarum regu altera Graia, Altera Sidonias utraque sicca rates.



Vulnifico fuerat fixurus pectora telo,
Arguit omnipotens, pariterq; ipsos, nefasq;
Sustulit, & celeri raptos per inania vento
Imposuit cælo, vicinâq; sidera fecit.
Intumuit Iuno postquam inter sidera pellex
Fulsit, & ad canam descendit in æquora Tethym,
Oceanumq; senem, quorum reuerentia mouit
Sepe Deos, caussamq; via scitantibus inquit:
Queritis æthereis quare regina Deorum

Arcas filius
Calistonis
in Arcto-
phylaca.

c 2

Sedi-

Sedibus hîc adsim : pro me tenet altera cœlum.
 Mentiâr , obscurum nisi nox cùm fecerit orbem,
 Nuper honorat as summo mea vulnera cœlo
 Videritis stellas illhic , vbi circulus axem
 Vltimus extremum , spacioq³ breuissimus ambit.
 Est verò cur quis Iunonem ludere nolit,
 Offensamq³ tremat, quæ prosum sola nocendo?
 O ego quantum egi, quàm vasta potentia nostra est :
 Esse hominem vetui, facta est Dea : sic ego pœnas
 Sontibus impono : sic est mea magna potestas.
 Vindicet antiquam faciem, vultusq³ ferinos
 Detrahat , Argolica quod in antè Phoronide fecit.
 Cur non expulsa ducit Iunone, meoq³
 Collocat in thalamo, socerumq³ Lycaona sumit?
 At vos si læsæ tangit contemptus alumna,
 Gurgite ceruleo septem prohibete Triones,
 Sideraq³ in cœlum stupri mercede recepta
 Pellite, ne puro tingatur in aquore pellex.

Dîj maris annuerant, habili Saturnia curru
 Ingreditur liquidum pavonibus * aëra pictis,
 Tam nuper pictis caso pavonibus Argo,
 Quàm tu nuper eras, cùm candidus antè fuisses,
 Corue loquax subitò nigrantes versus in alas.
 Nam fuit hæc quondam niueis argentea pennis
 Ales , vt equaret totas sine labe columbas,
 Nec seruaturis vigili Capitolia voce
 Cederet anseribus, nec amanti flumina cygno.
 Lingua fuit damno, lingua faciente loquaci,
 Qui color albus erat, nunc est contrarius albo.

Pul-

* æthera
 Coruus can-
 didus ini-
 tio, dein ni-
 ger factus.

Coronis in
cornicem.

*Pulchrior in tota, quàm Larissæa Coronis
Non fuit Aemonia. placuit tibi Delphice certè
Dum vel casta fuit, vel inobseruata: sed ales
Sensit adulterium Phœbeius, vtq; latentem
Detegeret culpam non exorabilis index,
Ad dominum tendebat iter, quem garrula motis
Consequitur pennis, scitetur vt omnia cornix,
Auditaq; via caussa, non vtile carpis
Inquit, iter, ne sperne meæ præfagia lingua.*

FAB. IX. ARGVMENTVM.

Minerua Erichthonium Vulcani filium, ex eo, quòd è complexu ipsius in terram ceciderat, natum sustulit, & comitibus suis Pandroso, Hersæ, Aglauroq; Cecropis filiabus, cistella viminea inclusum, custodiendum tradidit, seuere præcipiens, ne quis quod intus esset, inspiceret: Cæterum à custodibus cistula laxata, & infans, partim homo, partim serpens, conspectus est.

Quid fuerim, quid simq; vide, meritūq; require,

Inuenies nocuisse fidem. nam tempore quodam

Pallas Erichthonium prolem sine matre creatam

Clauserat Aëteo texta de vimine cista,

Virginibusq; tribus gemino de Cecrope natis

*Seruandam dederat, * sed enim incōfessa quid esset,*

** Et legem dederat, sua ne secreta viderent.*

Abdita fronde leui densa speculabar abvlmo,

Quid facerent. commissa duæ sine fraude tuentur,


Pandrosos, atq; Herse. timidas vocat vna sorores

Aglauros, nodosq; manu diducit, & intus

Coronis Co
ronci filia
in auem
cornicem.

* sic incon
fessa
* Hanc

Infantemq; vident, apporrecit unq; draconem.



FAB. X. ARGVMENTVM.

Postquam Coronis, Regis Coronei filia, Cecropidarum in aperienda cista, diuulgaret audaciam, eamq; ad Palladem referret, protinus à Mineruæ comitatu fuit repulsa. Cùm igitur, in solitudinem se conferens, oblectaretur littore, Neptunus procul ea conspecta, antore virginis incaluit, cui cùm vim afferre conaretur, ab eadem Dea, propter virginitatem retinendam, in auiculam cornicem est transmutata.

*Acta Deæ refero, pro quo mihi gratia talis
Redditur, vt dicar tutela pulsa Mineruæ.
Et ponar post noctis auem. mea pœna volucres
Admonuisse potest, ne vocis pericula quarant.*

At

At puto non vltrò, nec quicquam tale rogantem
 Me petijt, licet hoc ex ipsa Pallade queras:
 Quamuis irata est, non hoc irata negabit.
 Nam me Phocaica clarus tellure Coroneus



(Nota loquor) genuit, fueramq; ego regia virgo,
 Diuitibusq; procis (ne me contemne) petebar.
 Forma mihi nocuit. nam cum per littora lentis
 Passibus, vt soleo, summa spaciarer arena,
 Vidit, & incaluit pelagi Deus: vt q; precando
 Tempora cum blandis assumpsit inania verbis,
 Vim parat, & sequitur: fugio, densumq; relinquo
 Littus, & in molli nequicquam lassor arena.
 Inde Deos, hominesq; voco, nec contigit vllum
 Vox mea mortalem, mota est pro virgine virgo,

*Auxiliumq; tulit. tendebam brachia cælo:
 Brachia cæperunt leuibus nigrescere pennis:
 Reijcere ex humeris vestem molibar, at illa
 Pluma erat, inq; cutem radices fixerat imas.
 Plangere nuda meis conabar pectore palmis:
 Sed neq; iam palmas, nec pectora nuda gerebam,
 Currebam, nec, vt antè, pedes retinebat arena,
 Sed summa tollebar humo. mox acta per auras
 Euehor, & data sum comes inculpata Mineruæ.
 Quid tamen hoc prodest, si diro facta volucris
 Crimine Nyctimene nostro successit honori?*

FAB. XI. ARGUMENTVM.

Coruus volucris initio naturæ candidis pen-
 nis plumatus fuit, is Coronidem Phlegiæ fili-
 am (seu vt alij volunt, Leucippi) indicauit Apol-
 lini, cum Elati filio, cui nomen Ischis erat, con-
 cubuisse, vnde flagrantis Dei sagittis puella con-
 fixa est. Phœbus autem cùm facti eum pœnite-
 ret, coruo garrulitatis ergò nigrum colorem in-
 didit. Ex hac & Apolline natus est Aesculapi-
 us, quem pater exciso vtero matris ad Chiro-
 nem in Pelion montem detulit, vt ab eo incre-
 mentum, simulq; scientiam medendi, addisce-
 ret.

*An, quæ per totam res est notissima Lesbon,
 Non audita tibi est, patrium temerasse cubile
 Nyctimene? auis illa quidem, sed conscia culpa
 Conspectum lucemq; fugit, tenebrisq; pudorem
 Celat, & à cunctis expellitur æthere toto.*

Talia dicenti tibi, ait, reuocamina coruus

Sint

Nyctimene
 in noctuâ.

Sint precor ista mala, * nos vanum spernimus omen. * non
 Nec cœptum dimittit iter, dominoq₃ iacentem
 Cum iuvene Aemonio vidisse Coronida narrat.
 Laurea delapsa est audito crimine amantis,
 Et pariter vultusq₃ Deo, plectrumq₃ colorq₃
 Excidit: utq₃ animus tumida feruebat ab ira,
 Arma assueta capit, flexumq₃, à cornibus arcum
 Tendit, & illa suo toties cum pectore iuncta
 Indeuatato traiecit pectora telo.
 Icta dedit gemitum, tractoq₃, à vulnere ferro



Candida puniceo persudit membra cruore.
 Et dixit: Potui pœnas tibi Phœbe dedisse,
 Sed peperisse prius, duo nunc moriemur in vna.
 Hactenus, & pariter vitam cum sanguine fudit.

Coronis
 trāsfixa te-
 lo ab Apol-
 line.

e s

Corpus

Corpus inane animæ frigus letale secutum est.


Pœnit et heu serò pœnæ crudelis amantem,
 Seq̃, quod audierit, quod sic exarserit, odit.
 Odit auem, per quam crimen, caussamq̃, dolendi
 Scire coactus erat, nec non arcumq̃, manumq̃,
 Odit, cumq̃, manu temeraria tela, sagittas,
 Collapsamq̃, fouet, seraq̃, ope vincere fata
 Nititur, & medicas exercet inaniter artes.
 Quæ postquam frustra tentata, rogumq̃, parari
 Vidit, & arsueros supremis ignibus artus,
 Tum vero gemitus (neq̃, enim cœlestia tingi
 Ora licet lachrymis) alto de corde petitos
 Edidit, haud aliter, quàm cùm spectante iuuenca
 Lactentis vituli dextra libratus ab aure
 Tempora discussit claro caua malleus ictu.
 Ut tamen ingratos in pectora fudit odores,
 Et dedit amplexus, iniusta q̃, * iusta peregit,
 Non tulit in cineres labi sua Phœbus eosdem
 Semina, sed natum flammis, vterog̃, parentis
 Eripuit, geminiqũ, tulit Chironis in antrum,
 Sperantemq̃, sibi non falsæ præmia linguae,
 Inter aues albas vetuit consistere coruum.

* busta

FAB. XII. ARGUMENTVM.

Ocyrhoe Chironis filia, contemptis patris
 sui artibus, futura præcinit, infantiq̃, Aescula-
 pio prædixit, quod medicina mortuos ad supe-
 ros educturus esset, & ab auo fulminis ictum ex-
 perturus: Patrem quoque sagittis cruciandum,
 cupidumq̃, mortis ex Deo mortalem futurum,
 prænun-

prænuñciauit. Quæ vaticinia cùm esset elocuta, in equi
cessit figuram, ne aduersantibus fati, plura ederet, quàm
prædicta Apollinis largirentur.



*Semifer interea diuinæ stirpis alumno
Latus erat, mistoq; oneri gaudebat honore.
Ecce venit rutilus humeros protecta capillis
Filia Centauri, quam quondam Nympha Caici
Fluminis in rapidi ripis enixa vocauit
Ocyroën. non hæc artes contenta paternas
Edidicisse fuit. fatorum arcana canebat.
Ergo ibi vaticinos concepit mente furores,
Incaluitq; Deo, quem clausum pectore habebat.
Aspicit infantem, toti q; salutifer orbi*

Ocyroe Chi-
ronis Cen-
tauri filia
in equam.
Ocyroe va-
tes.

Cresce

Cresce puer, dixit: tibi se mortalia sepe
 Corpora debebunt: animas tibi reddere ademptas
 Fas erit: idq; semel Dijs indignantibus ausus,
 Posse dare hoc iterum flamma prohiberis auita,
 Eiq; Deo corpus fies exangue, Deusq;
 Qui modo corpus eras, & bis tua fata nouabis.
 Tu quoq; chare pater non iam mortalis, & auis
 Omnibus vt maneat, nascendi lege creatus,
 Posse mori cupies tum, cum cruciabere dira
 Sanguine serpentis per saucia membra recepto,
 Teq; ex aeterno patientem numina mortis
 Efficiant, triplicesq; Dea tua fila resoluent.
 Restabat fati aliquid, suspirat ab imis
 Pectoribus, lachrymaq; genis labuntur oborta,
 Atq; ita praeuertunt, inquit, me fata, vetorq;
 Plura loqui, vocisq; mea *praecluditur vsus.
 Non fuerant artes tanti, quae numinis iram
 Contraxere mihi: mallem nescisse futura.
 Iam mihi subduci facies humana videtur,
 Iam cibus herba placet, iam latis currere campis
 Impetus est: in equam, cognataq; pectore vertor.
 Tota tamen quare? pater est mihi nempe bisformis.

Talia dicenti, pars est extrema querela
 Intellecta parum, confusaq; verba fuerunt.
 Mox nec verba quidem, nec equae sonus ille videtur,
 Sed simulantis equam, paruq; in tempore certos
 Edidit hinnitus, & brachia mouit in herbas.
 Tum digiti coeunt, & quinos alligat vngues
 Perpetuo cornu leuis vngula. crescit & oris

* praeuertitur

Ocyrhoe in equam.

Et

*Et colli spaciū longè pars maxima palla
Cauda sit, vtiq; vagi crines per colla iacebant,
In dextrās abiēre iūbas, pariterq; nouata est
Et vox, & facies, nomen quoq; monstra dederunt.*

FAB. XIII. ARGVMENTVM.

Mercurius Apollini, boues Admeti Pheretis filij, pascenti, in Pylæ agris auertit: & in sylua occulit: Batto autem hoc videnti, vaccam, ne furtum indicaret, dono dedit: quam ille accipiens, proximum lapidem citius, quàm se aliquid ea de relocuturum affirmauit. Statim igitur Mercurius mutata figura reuersus, se amissos boues quærere simulat, ac Batto duplex præmium promit-



tit, qui cui cum ei montem, vbi pascerentur, mox ostendisset, propter perfidiam in saxum transmutatus est.

Flebat

Flebat, opemq³ tuam frustra Philyreius heros
 Delphice poscebat: nam nec rescindere magni
 Iussa Iouis poteras: nec, si rescindere posses,
 Tunc aderas, Elim, Messeniâq³ arua colebas.
 Illud erat tempus, quo te pastoria pellis
 Texit, onusq³ fuit baculus sylvestris oliua,
 Alterius, dispar septenis fistula cannis.
 Dumq³ amor est cura, dum te tua fistula mulcet,
 Incustodita Pylios memorantur in agros
 Processisse boues. videt has Atlantide Maia
 Natus, & arte sua syluis occultat abactas.
 Senferat hoc furtum nemo, nisi natus in illo
 Rure senex, Battum vicinia tota vocabat.
 Diuitis hic saltus, herbosaq³ pascua Nelei,
 Nobiliumq³ greges custos seruabat equarum.
 Hunc timuit, blandâq³ manu seduxit, & illi
 Quisquis es hospes, ait, si forte armenta requireret
 Hæc aliquis, vidisse nega. neu gratia facta
 Nulla rependatur, miridam cape præmia vaccam.
 Et dedit: accepta, voces has reddidit hospes,
 Tutus eas, lapis iste prius tua furtâ loquetur,
 Et lapidem ostendit. simulat Ioue natus abire.
 Mox redit, & versa pariter cum voce figura,
 Rustice vidisti si quas hoc limite, dixit,
 Ire boues, ser opem, furtôq³ silentia deme:
 Iuncta suo pariter dabitur tibi fœmina tauro.
 At senior postquam est merces geminata, sub illis
 Montibus, inquit, erant, & erant sub montibus illis.
 Risit Atlantiades, & me mihi perfide prodis?

Battus Ne-
 lei filius ru-
 ricola in sa-
 xum.

Apollo pa-
 ster.

Me

*Me mihi produs, ait? periuráq, pectora vertit
In durum, silicem qui nunc quoq, dicitur Index,
Inq, nihil merito vetus est infamia saxo.*

Batus mu-
tatus in si-
licem.

FAB. XIII. ARGVMENTVM.

Athenis virgines per solenne sacrificium canistris Mi-
neruæ ferebant pigmenta. Inter quas à Mercurio con-
specta est Herse, Cecropis filia. Quamobrem aggres-
sus sororem eius Aglauron, precatus est eam, vt se Her-
sæ, sorori suæ, coniungeret: Quæ cum ab eo pro mini-
sterio aurum poposcisset: Pallas grauiter ei offensa est,
cùm ob cistulam, quam aperuit, tum ob auariciæ flagi-
tium, quòd auro tam turpiter inhiaret.



*Hinc se sustulerat paribus Caducifer alis,
Munychiosq, volans agros, gratamq, Mineruæ*

Aglauros
Cecropis fi-
lia in lap-
Despi-dem.

Despiciebat humum, cultiq; arbuscula Lycæi.
 Illa fortè die casta de more puellæ
 Vertice supposito festas in Palladis arces
 Pura coronatis portabant sacra canistris.
 Inde reuertentes Deus aspicit ales, iterq;
 Non agit in rectum, sed in orbem curuat eundem.
 Vt volucris visis rapidissima miluius extis,
 Dum timet, & densi circumstant sacra ministri,
 Flectitur in gyrum, nec longius audet abire,
 Spemq; suam motis avidus circumuolat alis:
 Sic super Actæas agilis Cyllenius arces
 Inclinat cursus, & easdem circinat auras.
 Quanto splendidior, quàm cetera sidera fulget
 Lucifer, & quanto, quàm Lucifer, aurea Phœbe,
 Tanto virginibus præstantior omnibus Herse
 Ibat, eratq; decus pompæ, comitumq; suarum.
 Obstupuit forma Ioue natus, & ethere pendens
 Non secus exarsit, quàm cum Balearica plumbum
 Funda iacit, volat illud, & incandescit eundo,
 Et quos non habuit, sub nubibus inuenit ignes.
 Vertit iter, cælog; petit diuersa relicto:
 Nec se dissimulat: tanta est fiducia formæ:
 Quæ quanquam iusta est, cura tamen adiuvat illam,
 Permulcetq; comas, chlamydemq; vt pendeat aptè
 Collocat, vt limbus, totumq; appareat aurum:
 Vt teres in dextra, qua somnos ducit, & arcet,
 Virga sit, vt ter sis niteant talaria plantis.
 Pars secreta domus ebore, & testudine cultos
 Tres habuit thalamos, quorū tu Pandrose dextrum,
Aglau-

Aglauros leuū, medium possederat Herse.
 Quæ tenuit leuū, venientem prima notauit
 Mercurium, nomenq; Dei scitarier ausa est,
 Et causam aduentus: cui sic respondit Atlantis
 Pleionesq; nepos: ego sum qui iussa per auras
 Verba patris porto: pater est mihi Iuppiter ipse.
 Nec fingam caussas, tu tantum fida sorori
 Esse velis, prolisq; meæ matertera dici.
 Herse caussa viæ est, faueas oramus amanti.
 Aspicit hunc oculis iisdem, quibus abdita nuper
 Viderat Aglauros flauæ secreta Minerue,
 Proq; ministerio magni sibi ponderis aurum
 Postulat, interea tectis excedere cogit.
 Vertit ad hanc torui Dea bellica luminis orbes,
 Et tanto penitus traxit suspiria motu,
 Ut pariter pectus, positamq; in pectore forti
 Aegida concuteret: subit hanc arcana profana
 Detexisse manu tum cum sine matre creatam
 Lemniacam stirpem contra data fœdera vidit,
 Ingratamq; Deo fore iam, ingratamq; sorori,
 Et ditem sumpto, quod auara poposcerat, auro.

FAB. XV. ARGVMENTVM.

Aglauros, vna ex Cecropis filiabus, cum ob
 arcanorum reuelationem, tum ob auaritiâ, in-
 iuidia & liuore correpta fuit. Antequam verò
 singulas rei circumstantias accuratè descri-
 bit Poeta, inuidiæ *μεσσηνογαφία*, domusque
 eius luculentam designationem, vnâ cum pro-
 prietatibus huius sceleris, præmittit, vt ex se-
 quentibus patet versiculis.

f

Pro-

*Protinus inuidia nigro squalentia tabo
Tecta petit: domus est imis in vallibus antri
Abdita, sole carens, non ulli peruia vento,
Tristis, & ignaui plenissima frigoris, & qua
Igne vacet semper, caligine semper abundet.
Huc ubi peruenit bello metuenda virago*

*Inuidiz des-
criptio.*

*Domus inuidiz
descriptio.*



*Constitit ante domum (neq; enim succedere tectis
Fas habet) & postes extrema cuspide pulsat.
Concussa patuere fores, videt intus edentem
Fipereas carnes, vitiorum alimenta suorum,
Inuidiam, visaq; oculos auertit, at illa
Surgit homo pigre, semesarumq; reliquit
Corpora serpentum, passuq; incedit inerti.*

Vtq;

Utq; Deam vidit, formaq; armisq; decoram,
 Ingemuit, vultumq; Dea ad suspiria duxit.
 Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,
 Nusquam recta acies, liuent rubigine dentes,
 Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno,
 Risus abest, nisi quem visi mouere dolores,
 Nec fruitur somno vigilantibus excita curis,
 Sed videt ingratos, intabescitq; videndo,
 Successus hominum, carpitq; & carpitur vna,
 Suppliciumq; suum est quamuis tamen oderat illam,
 Talibus affata est. breuiter Tritonia dictis:
 Infice tæbe tua natarum Cecropis vnam,
 Sic opus est, Aglauros ea est. haud plura locuta,
 Fugit, & impressa tellurem reppulit hasta.
 Illa Deam obliquo fugientem lumine cernens
 Murmura parua dedit, successorumq; Minerua
 Indoluit, baculumq; capit, quem spinea tortum
 Vinculi cingebant, adopertaq; nubibus atris
 Quacumq; ingreditur, florentia proterit arua,
 Exuritq; herbas, & summa * papauera carpit,
 Afflatuq; suo populos, vrbesq; domosq;
 Polluit, & tandem Tritonida conspicit arcem,
 * Ingenijsq; opibusq;, & festa pace virentem, (nit. fisq;
 Vixq; * tenes lachrymas, quia nil lachrymabile cer- * tenes


* cacumi-
na

* immen-

FAB. XVI. ARGVMENTVM.

Cùm Pallas iam Aglauro, Cecropis filia,
 Stimulos inuidiæ addidisset, ea quidem diu mul-
 tumq; ob felicitatem sororis, luore crucia-
 batur, & Mercurio magnoperè repugnabat, no-
 f 2 amata

amata Herse potiretur. Tandem cū de suo proposito Aglauros non desisteret, & ingressu Mercurium (limine ante fores insidens) prohiberet, ab ipso in lapidem conuersa est.



*Sed postquam thalamos intrauit Cecrope nata,
Iussa facit, pectusq, manu ferrugine tincta
Tangit, & hamatis praeordia sentibus implet,
Inspiratq, nocens virus, piceumq, per ossa
Dispat, & medio spargit pulmone venenum.
Neue mali causae spacium per latius errent,
Germanam ante oculos, fortunatumq, sororis
Coniugium, pulchraq, Deum sub imagine ponit,
Cunctaq, magna facit, quibus irritata dolore
Cecropis occulto mordetur, & anxia nocte,*

Anxia

Anxia luce gemit, lentaq₃ miserrima tabe
 Liquitur, vt glacies incerto saucia Sole.
 Felicisq₃ bonis * aliter non vritur Herfes,
 Quàm cum spinosis ignis supponitur herbis,
 Quæ neq₃ dant flammæ, leniq₃ tepore cremantur.
 Sæpe mori voluit, ne quicquam tale videret:
 Sæpe velut crimen rigido narrare parenti.
 Deniq₃ in aduerso venientem limine sedit
 Exclusura Deum: cui blandimenta, precesq₃,
 Verbaq₃ iactanti mitissima, desine, dixit,
 Hinc ego me non sum nisi te motura repulso.
 Stemus, ait, pacto velox Cyllenius isto,
 Cælataq₃ fores virga patefecit, at illi
 Surgere conanti partes quasq₃ sedendo
 Flectitur, ignaua nequeunt grauitate moueri.
 Illa quidem pugnat recto se tollere trunco:
 Sed genuum iunctura riget, frigusq₃ per vngues
 Labitur, & pallent amisso sanguine venæ.
 Vtq₃ malum latè solet immedicabile cancer
 Serpere, & illæsas vitiat is addere partes:
 Sic lethalis hyems paulatim in pectora venit,
 Vitalesq₃ vias, & respiramina clausit.
 Nec conata loqui est, nec si conata fuisset,
 Vocis habebat iter, saxum iam colla tenebat,
 Oraq₃ duruerant, signumq₃ ex angue sedebat.
 Nec lapis albus erat, sua mens infecerat illam.

* leuius

 Aglauros
 in lapidem.

FAB. XVII. ARGVMENTVM.

Mercurio iussu patris in Phœnicia regione armenta ad littus compellente, Iupiter in

taurum conuersus est, qui dum se iuuenis Agenoris immiscebat, in amorem sui spaciantes in arena virgines allexit, & cum singulis paulatim ludens, tandem Europam, Agenoris filiam, infidentem sibi tergo, per mare in Cretam insulam detulit, ibiq; concubitu eius est potitus.



*Has vbi verborum pœnas, mentisq; profane
Cœpit Atlantiades, dictas à Pallade terras
Linqvit, & ingreditur iactatis * æthera pennis.
Seuocat hunc genitor, nec caussam fassus amoris,
Fide minister, ait, iussorum nate meorum,
Pelle moram, subitôq; celer delabere cursu,
Quæq; tuam matrem tellus à parte sinistra
Suspicit (indigenæ Sidonida nomine dicunt)*

Iupiter Saturni Opisque filius
ob Europam Agenoris filiam in taurum.
* æra

Hanc

Hanc pete, quodq, procul montano gramine pasci
 Armentum regale vides, ad littora verte.
 Dixit, & expulsi iam dudum monte inuenci
 Littora iussa petunt, vbi magni filia regis
 Ludere virginibus Tyrijs comitata solebat.
 Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur
 Maestas, & amor. sceptri gravitate relictæ
 Ille pater, rectorq, Deum, cui dextra trifidis
 Ignibus armata est, qui nutu concutit orbem,
 Induitur faciem tauri, mistusq, iuuentis
 Mugit, & in teneris formosus obambulat herbis.
 Quippe color niuis est, quam nec vestigia duri
 Calcauere pedis, nec soluit aquaticus Auster.
 Colla toris extant, armis palearia pendent.
 Cornua parua quidem, sed * quæ contendere posses * vt
 Facta manu, puraq, magis pellucida gemma.
 Nulle in fronte minæ, nec formidabile lumen,
 Pacem vultus habet. miratur Agenore nata
 Quod tam formosus, quod prælia nulla minetur.
 Sed qua muīs mitem metuit contingere primò,
 Mox adit, & flores ad candida porrigit ora.
 Gaudet amans: & dum veniat sperata voluptas,
 Oscula dat manibus (vix ah, vix cetera differt)
 Et nunc alludit, viridig, exultat in herba,
 Nunc latus in suluis niueum deponit arenis,
 Paulatimq, metu dempto, modò pectora præbet
 Virginea palpanda manu, modò cornua fertis
 Impedienda nouis ausa est quoq, regia virgo,
 Nescia quem premeret, tergo considerare tauri.

f +

Tum

*Tum Deus à terra, siccoq₃ à littore sensim
Falsapedum primò vestigia ponit in vndis,
Inde abit vltèrius, medijsq₃ per aquora Ponti
Fert prædam, pauet hæc, littusq₃ ablata relictum
Respicit, & dextra cornu tenet, altera dorso
Imposita est, *tenuēs sinuantur flamine vestes.*

Europa à Io
ne abducta
& vitiata.

* tremulæ

P. OVIDII NASO NIS METAMORPHO- seon Liber III.

FAB. I. ARGUMENTVM.

Cadmus, Agenoris regis Phœnicia: filius, à patre ablegatus, Europam sororem fraude Ioue surreptam, in omnibus terræ partibus quæsiuit: ateam cum nusquam inueniret, ab Apolline admonitus, Bœotiam condere (nam in patris prodire conspectum verebatur) in animo habet: Ioui autem prius sacrificaturus, socios è vicino Martis fonte, ad hauriendam aquam dimittit, qui ab horrendo quodam Dracone ad locum istum interfecti sunt.

IAmq₃ Deus posita fallacis imagine Tauri,
Se confessus erat, Dictæaq₃ rura tenebat,
Cum pater ignarus *natam perquirere Cadmo
Imperat, & pœnam, si non inuenerit, addit
Exilium, facto pius, & sceleratus eodem.
Orbe pererrato (quis enim deprendere posset
Furta Iouis) profugus, patriamq₃, iramq₃ parentis
Vitat

* raptam

Vitat Agenorides, Phœbiq³ oracula supplex
Consult, & quæ sit tellus habitanda, requirit.



Bos tibi, Phœbus ait, solis occurret in aruis,
Nullum passaiugum, curuiq³ immunis aratri:
Hac duce carpe vias, & quæ requieuerit herba,
Mœnia fac condas, Bœotiaq³ illa vocato.

Vix benè Castalio Cadmus descenderat antro,
Incustoditam lentè videt ire iuuentam,
Nullum seruitij signum ceruice gerentem:
Subsequitur, pressoq³ legit vestigia gressu,
Autoremq³ via Phœbum taciturnus adorat.
Iam vada Cephisi, Panopesq³ euaserat arua,
Bos stetit, & tollens speciosam cornibus altis
Ad cœlum frontem, mugitibus impulit auras,

f s


Atq³

Atq; ita respiciens comites sua terga sequentes
 Procubuit, tenerasq; latus submitit in herbas.
 Cadmus agit grates, peregrinaq; oscula terra
 Figit, & ignotos montesq; agrosq; salutat.
 Sacra Ioui facturum erat, iubet ire ministros,
 Et petere e viuis libandas fontibus vndas.
 Sylua vetus stabat nulla violata securi.
 Et specus in medio virgis ac vimine densus,
 Efficiens humilem lapidum compagibus arcum,
 Vberibus fecundus aquis, vbi conditus antro
 Martius anguis erat, cristis præsignis, & auro,
 Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno,
 Tresq; * micant linguae, triplici stant ordine dentes. * vibrant
 Quem postquam Tyria locum de gente profecti
 Infausto tetigere gradu, demissaq; in vndas
 Vrna dedit sonitum, longo caput extulit antro
 Cæruleus serpens, horrendaq; sibila misit.
 Effluxere vnda manibus, sanguisq; reliquit
 Corpus, & attonitos subitus tremor occupat artus,
 Ille volubilibus squamosos nexibus orbes
 Torquet, & immenso saltu sinuat in arcus,
 Ac media plus parte leues erectus in auras
 Disspicit omne nemus, tantoq; est corpore, quanto,
 Si totum spectes, geminas qui separat arctos.
 Nec mora Phœnicas, siue illi tela parabant,
 Siue fugam, siue ipse timor prohibebat vtrunq;
 Occupat hos morsu, longis amplexibus illos,
 Hos necat afflatu, funesta hos tabe veneni.

FAB.

FAB. II. ARGVMENTVM.

Cadmus socios suos ad fontem ablegatos, per aliquot horas sollicito animo expectans, quærere tandem incipit: ac nemus ingrediens, eminus horrendum Draconem illorum viscera deglutire videt. ad quem ipse pelle leonis indutus probeq; armatus accedit, & monstrum illud solus, magnis cum laboribus & extremo vitæ periculo, deuincit.



*Fecerat exiguas iam Sol altissimus umbras,
Quamora sit socijs, miratur Agenore natus,
Vestigatq; viros, tegimen direpta leoni
Pellis erat, telum splendenti lancea ferro,
Et iaculum, teloque animus praestantior omni.*

Vt

Vt nemus intrauit, letataq; corpora vidit,
 Victoremq; supra spacioli corporis hostem,
 Tristia sanguinea lambentem vulnera lingua,
 Aut ultor vestra fidissima corpora mortis,
 Aut comes, inquit, ero. dixit, dextraq; molarem
 Sustulit, & magnum magno conamine misit.
 Illius impulsu cum turribus ardua celsis
 Mœnia mota forent, serpens sine vulnere mansit,
 Loricæq; modo squamis defensus, & atra
 Duritia pellis, validos cute reppulit ictus.
 At non duritia iaculum quoq; vicit eadem,
 Quod medio lentæ spinæ curuamine fixum
 Constitit, & totum descendit in ilia ferrum.
 Ille dolore ferox caput in sua terga retorfit,
 Vulneraq; aspexit, fixumq; hostile momordit.
 Idq; ubi vi multa partem labefecit in omnem,
 Vix tergo eripuit, ferrum tamen ossibus hæsit.
 Tum verò postquam solidas accessit ad iras
 Causa recens, plenis tumuerunt guttura venis,
 Spumâq; pestiferos circumfluit albida rictus,
 Terrâq; rasa sonat squamis, quiq; halitus exit
 Ore niger Stygio vitiatas inficit herbas.
 Ipse modò immensum spiris facientibus orbem
 Cingitur, interdum longa trabe rectior * extat :
 Impete nunc vasto, ceu concitus imbris amnis,
 Fertur, & obstantes perturbat pectore sylvas.
 Cedit Agenorides paulum, spoliâq; leonis
 Sustinet incursum, instantiaq; ora retardat
 Cuspide pratenta, furit ille, & inania duro

Cadmi con-
 gressus cum
 serpente.

* astat :

Vulne-

Vulnere dat ferro, figitq₃ in acumine dentes.
 Iamq₃ venenifero sanguis manare palato
 Cœperat, & virides aspergine * tinxerat herbas, * texerat
 Sed leue vulnus erat, quia se retrahabat abictu,
 Laſaq₃ colla dabat retro. plagamq₃ sedere
 Cedendo arcebat, nec longius ire sinebat.
 Donec Agenorides coniectum in guttura ferrum
 Vsq₃ sequens preſſit, dum retro quercus eunti
 Obſtitit, & fixa eſt pariter cum robore ceruix.
 Pondere ſerpentis curuata eſt arbor, & imæ
 Parte flagellari gemuit ſua robora caudæ.
 Dum ſpaciū victor victi conſiderat hoſtis,
 Vox ſubito audita eſt, neq₃ erat cognoſcere promptū
 Vnde, ſed audita eſt: Quid Agenore nate peremptum
 Serpentem ſpectas? & tu ſpectabere ſerpens.
 Ille diu pauidus pariter cum voce colorem
 Perdiderat, gladioq₃ comæ terrore rigeabant.

FAB. III. ARGVMENTVM.

Poſtquā Cadmus magnum illum Draconem
 interfecit, dentes ipſius, monitu Mineruæ, hu-
 mo ſparſit, ex quibus armatorum hominum
 ingens multitudo progenita eſt, quæ inter ſeſe
 domeſtico conſtigens bello, vniuerſa deletur,
 quinque viri tantum exceptis, qui deinceps è
 prælio ſuperſtites, Cadmo ſocij condendæ vr-
 bis extiterunt.

Ecce viri ſautrix ſuperas delapſa per auras
 Pallas adeſt, motaq₃ iubet ſupponere terra
 Vipereos dentes, populi incrementa futuri.
 Paret, & impreſſo ſulcum patefecit aratro.

Spar-

Spargit humi iussos mortalia semina dentes.



*Inde (fide manus) gleba cœpere moueri,
 *Primaq̃ de sulcis acies apparuit hasta,
 Tegmina mox capitum picto nutantia cono,
 Mox humeri pectusq̃, onerataq̃, brachia telis
 Existunt, crescitq̃, seges clypeata virorum.
 Sic vbi tolluntur festis aulea theatris,
 Surgere signa solent, primumq̃, ostendere vultus,
 Cetera paulatim, placidoq̃, educta tenore
 Tota patent, imoq̃, pedes in margine ponunt.
 Territus hosie nouo Cadmus capere arma parabat:
 Ne capé, de populo, quem terra creauerat, vnus
 Exlamat, nec te ciuilibus insere bellis.
 Atq̃, ita terrigenis rigido de fratribus vnum*

* Parnaq̃

Ex dêtibus
 serpentinis
 homines.

Coni-

Com
 Hic q
 Viuit
 Exem
 Mar
 Iamq
 Sang
 Quin
 Is sua
 Frate
 Hos c
 Cùm

D
 re as
 font
 filius
 se &
 in co
 ipsa
 conu
 Ia
 Exili
 Coni
 Tot r
 Hos
 Expe
 Ant
 P
 Cau

Comminus ense ferit, iaculo cadit eminus ipse.
 Hic quoq₃ qui dederat letho, non longius illo
 Viuit, & expirat modo quas acceperat, auras:
 Exemploq₃ pari furit omnis turba, suôq₃
 Marte cadunt subiti per mutua vulnera fratres.
 Iamq₃ brevis vita spacium sortita iuuentus
 Sanguineam tepido plangebant pectore matrem,
 Quinq₃ superstitibus, quorum fuit vnus Echion,
 Is sua iecit humi monitu Tritonidis arma,
 Fraternaq₃ fidem pacis perijt q₃, dedit q₃,
 Hos operis comites habet Sidonius hospes,
 Cum posuit iussam Phœbeis sortibus urbem.

FA B. II. ARGVMENTVM.

Diana cùm in valle Gargaphiæ, æstiuo tēpo-
 re assiduò venationis labore defatigata, se ad
 fontem perlueret, Actæon Aristæi & Autonoes
 filius, eundem locum petens, ad refrigerandum
 se & canes, quas exercuerat feras persequendo,
 in conspectum eiusdem Dææ incidit, qui ne hæc
 ipsam rem diuulgare possit, in ceruum ab ea
 conuersus est.

Iam stabant Thebæ: poteras iam Cadme videri
 Exilio felix: soceri tibi Marsq₃, Venusq₃
 Contigerant, huc adde genus de coniuge tanta,
 Tot natos, natasq₃, & pignora chara nepotes,
 Hos quoq₃ iam iuuenis. Sed scilicet vltima semper
 Expectanda dies homini est, diciq₃ beatus
 Ante obitum nemo, supremâq₃ funera debet.

Prima nepos inter res tot tibi Cadme secundas
 Causa fuit luctus, alienaq₃ cornua fronti

Thebæ à
 Cadmō.

Actæon Ari-
 stæi, Auto-
 noesq₃ fili-
 us in cera-
 uum.

Addita

Addita, vosq̃, canes satiati sanguine herili.



At benè si queras, fortunæ crimen in illo,
 Nec scelus inuenies. quod enim scelus error habebat? Egressio ad
 Actæonis
 casum
 Mons erat infectus variarum cæde ferarum,
 Iamq̃, dies medius rerum contraxerat umbras,
 Et solex æquo meta distabat vtraq̃,
 Cum iuuenis placido per deua lustra vagantes
 Participes operum compellat Hyantius ore:
 Lina madent comites, ferrumq̃, cruore ferarum,
 Fortunaq̃, dies habuit satis: altera lucem
 Cum croceis inuecta rotis Aurora reducet,
 Propositum repetemus opus: nunc Phæbus vtraq̃,
 Distat idem terra, finditq̃, vaporibus arua.
 Sistite opus præsens, nodo saq̃, tollite lina.

Iussa

Iussa v
 Vallis
 Nomi
 Cuius
 Arte l
 Ingen
 Et leu
 Fons
 Marg
 Hic D
 Virgin
 Quò p
 Armig
 Alter
 Vinc
 Ismen
 Collig
 Excip
 Et Ps
 Dum
 Ecce
 Per r
 Peru
 Qui
 Sicut
 Perc
 Impl
 Corp
 Ipsa

Iussa viri faciunt, intermittuntq³ laborem.
 Vallis erat piceis, & acuta densa cupressu
 Nomine Gargaphia, succinctæ * cura Dianæ,
 Cuius in extremo est antrum nemorale recessu,
 Arte laboratum nulla, simulauerat artem
 Ingenio natura suo: nam pumice viuo,
 Et leuibus tophis natiuum duxerat arcum.
 Fons sonat à dextra, tenui pellucidus vnda,
 Margine gramineo patulos succinctus hiatus.
 Hic Dea sylvarum venatu fessa solebat
 Virgineos artus liquido perfundere rore.
 Quò postquam subiit, Nympharum tradidit vni
 Armigeræ iaculum, pharetramq³, arcusq³ retentos.
 Altera depositæ subiecit brachia pallæ.
 Vincla duæ pedibus demunt: nam doctior illis
 Ismenis Crocale sparsos per colla capillos
 Colligit in nodum, quamuis erat ipsa solutis.
 Excipiunt laticem * Niphég³, Hyalég³, Rhanisq³,
 Et Pssecas, & Phiale, funduntq³ capacibus urnis.
 Dumq³ ibi perluitur solita Titania lymp^ha,
 Ecce nepos Cadmi dilata parte laborum
 Per nemus ignotum non certis passibus errans
 Peruenit in lucum, sic illum fata ferebant.
 Qui simul intrauit rorantia fontibus antra,
 Sicut erant nude, viso sua pectora Nymphæ
 Percussere viro, subitisq³ vlulatibus omne
 Impleuere nemus, circumfusaq³ Dianam
 Corporibus texere suis, tamen altior illis
 Ipsa Dea est, collóq³ tenus supereminet omnes.

* sacra

* Nym-
phæq³

g

Qui

Qui color infectis aduersi solis ab ictu
 Nubibus esse solet, aut purpureæ Aurora,
 Is fuit in vultu visa sine veste Diana,
 Quæ quanquam comitum turba est stipata suarum,
 In latus obliquum tamen astitit, oraq; retro
 Flexit: & vt vellet * promptas habuisse sagittas
 Quas habuit, sic hausit aquas, vultumq; virilem
 Persudit, spargensq; comas vlticibus vndis,
 Addidit hæc cladis prænuncia verba futura:
 Nunc tibi me posito visam velamine narres,
 Si poteris narrare, licet, nec plura minata est:
 Dat sparsa capiti viuacis cornua cerui,
 Dat spaciū collo, summasq; cacuminat aures:
 Cum pedibusq; manus, cum longis brachia mutat
 Cruribus, & velat maculoso vellere corpus.
 Additus, & pauidus est, fugit Autonoeius heros,
 Et se tam celerem cursu miratur in ipso.

*positas

Aetion in
ceruum.

FAB. V. ARGVMENTVM.

Aetion à Diana in ceruum mutatus, sylvas
 hinc inde rationis ad huc compos vagabatur,
 sed voce destitutus humana, suspirijs modò do-
 lorem & luctum innuebat, neque ad regna pa-
 tris se recipere aususerat, neque in syluis habi-
 tandi locum sibi tutum æstimabat. Dubius
 igitur cùm esset quid rerum ageret, eius canes
 gregatim in dominum suum, pro fera habi-
 tum, irruentes, eum violentis moribus dis-
 cerpsere.

Vt verò vultus, & cornua vidit in vnda,
 Me miserum dicturus erat, vox nulla secuta est.

Inge-

Ingemuit, vox illa fuit, lacrymæq; per ora
Non sua fluxerunt: mens tantum pristina mansit.



Quid faciat? repetâtne domum, & regalia tecta?
An lateat sylvis? timor hoc, pudor impedit illud.
Dum dubitat, videre canes, primusq; Melampus,
Ichnobatesq; sagax latratu signa dedere,
Gnosius Ichnobates, Spartana gente Melampus.
Inde ruunt alij, rapida velocius aura
Pamphagus, & Dorceus, & Oribasus Arcades omnes,
Nebrophonosq; valens, & trux cum Lalape Theron,
Et pedibus Pterelas, & naribus vtilis Agre,
Hylæusq; ferox nuper percussus ab apro,
Dæq; lupo concepta Nape, pecudesq; secuta
Pæmenis, & natis comitata Harpyia duobus,

Et substricta gerens Sicyonius ilia Ladon,
 Et Dromas, & Canache, Stictég, & Tigris, & Alce,
 Et niueis Leucon, & villis Asbolus atris,
 Praualidusq, Lacon, & cursu fortis Aello,
 Et Thous & Cyprio velox cum fratre Lycisca,
 Et nigram medio frontem distinctus ab albo
 Harpalos, & Melaneus, hirsutaq, corpore Lachne,
 Et patre Dictæo, sed matre Laconide nati
 Labros, & Aglaodos, & acutæ vocis Hylætor.
 Quosq, referre mora est. ea turba cupidine præda
 Per rupes, scopulosq, adituq, carentia saxa,
 Quaq, est difficilis, quaq, est via nulla, sequuntur.
 Ille fugit, per quæ fuerat loca sæpe secutus.
 Heu famulos fugit ille suos. clamare libebat,
~~Actæon ego sum, dominum cognoscite vestrum.~~
 Verba animo desunt. resonat latratibus æther.
 Prima Melanchates in tergo vulnera fecit.
 Proxima Theridamas, Oresitrophus hæsit in armis.
 Tardius exierant, sed per compendia montis
 Præcipitata via est. dominum retinentibus illis
 Cætera turba coit, confertq, in corpore dentes.
 Iam loca vulneribus desunt, gemit ille, sonumq,
 Et si non hominis, quem non tamen edere possit
 Cæruus, habet, mæstisq, replet iuga nota querelis,
 Et genibus pronis supplex, similisq, roganti
 Circumfert tacitos, tanquam sua brachia, vultus.
 At comites rapidum solitis * hortatibus agmen
 Ignari instigant, oculisq, Actæona quærunt,
 Et velut absentem certatim Actæona clamant.

Ad

*clamori-
bus

*Ad nomen caput illè refert, & abesse queruntur,
Nec capere oblatæ segnem spectacula prædæ.
Vellet abesse quidem, sed adest, velletq; videre,
Non etiam sentire canum fera facta suorum.
Vndiq; circumstant, mersisq; in corpore rostris
Dilacerant falsi dominum sub imagine cerui.
Nec nisi finita per plurima vulneravita,
Ira pharetrata fertur satiata Diane.*

*Asteon à ca-
nibus dilaa-
ceratur.*

FAB. VI. ARGVMENTVM.


Iuno suspectam Semelen Cadmi & Hermio-
nis filiam habens, quòd cum Ioue concubuiſſet,
in anum conuerſa, ipſam aggreditur: poſtq; va-
rios ſermones, tandem ei perſuadet, ne poſthac
alio Iouem apparatu admittat, quam quo Iu-
noni apparere ſoleret. Quod cum Semele à Io-
ue impetratſſet, inſtructus tonitribus, fulmini-
busq; ad eam accedit: ædesq; vnà cum puella
flaminis abſumit: infantem tamen Liberum
vtero materno exemptum ſuo femori inſuit.

*Rumor in ambiguo eſt, alijs violentior aquo
Viſa Dea eſt. alij laudant, dignamq; ſeuera
Virginitate vocant. pars inuenit vtraq; cauſſas,
Sola Iouis coniunx non tam culpetur, probetur
Eloquitur, quàm clade domus ab Agenore ducta
Gaudet, & à Tyria collectum pellice transfert
In generis ſocios odium. ſubit ecce priori
Cauſſa recens, grauidamq; dolet de ſemine magni
Eſſe Iouis Semelen. tum linguam ad iurgia ſoluit.
Proſeci quid enim toties per iurgia, dixit?*

*Semele ex
Ioue gra-
uida.*

Ipſa

*Ipsa petenda mihi est: ipsam, si maxima Iuno
Ritè vocor, perdam. si me gemmantia dextra*



*Sceptra tenere decet, si sum regina, Iouisq;
Et soror, & coniunx, certè soror, at puto furto est
Contenta, & thalami brevis est iniuria nostri.
Concipit, id deerat, manifesta q; crimina pleno
Fert utero, & mater, quod vix mihi contigit vni,
De Ioue vult fieri, tanta est fiducia formæ.
Fallat eam saxo, nec sim Saturnia, si non*

** Ab Ioue mersa suo Stygias penetrabit ad vndas.*

*Surgit ab his solio, fuluaq; recondita nube
Limen adit Semeles, nec nubes antè remouit,
Quàm simulauit anum, posuitq; ad tempora canos,
Sulcauitq; cutem rugis, & curua * trementi*

** De
Iuno in Be-
roen.*

** rigenti*

Mem-

Membra tulit * gressu, vocem quoq; fecit anilem, * p^qsu
 Ipsaq; erat Beroë Semeles Epidauria nutrix.
 Ergo vbi captato sermone, diuq; loquendo
 Ad nomen venere Iouis, suspirat: & opto,
 Iuppiter vt sit, ait, metuo tamen omnia. multi
 Nomine diuorum thalamos iniere pudicos.
 Nec tamen esse Iouem satis est. det pignus amoris,
 Si modo verus is est, quantusq; & qualis ab alta
 Iunone excipitur, tantus, talisq; rogato
 Det tibi complexus, suaq; ante insignia sumat.

Talibus ignaram Iuno Cadmeida dictis
 Formarat. rogat illa Iouem sine numine munus.
 Cui Deus, Elige, ait, nullam patiére repulsam.
 Quoq; magis credas, Stygij quoq; conscia sunt
 Numina torrentis: timor, & Deus ille Deorum est.
 Leta malo, nimiumq; potens, perituraq; amanti
 Obsequio Semele, qualem Saturnia, dixit,
 Se solet amplecti, Veneris cum fœdus initis.
 Da mihi te talem. voluit Deus ora loquentis
 Opprimere, exierat iam vox properata sub auras,
 Ingemuit: neq; enim non hæc optasse, neq; ille
 Non iurasse potest ergo mœstissimus altum
 Aethera conscendit, vultumq; sequentia traxit
 Nubila, queis nimbos, immistaq; fulgura ventis
 Addidit, & tonitrus, & ineuitabile fulmen.
 Quatamen vsq; potest vires sibi demere tentat:
 Nec quo centimanum deiecerat igne Typhoea,
 Nunc armatur eo: nimium feritatis in illo est.
 Est aliud leuius fulmen. cui dextra Cyclopi

Styx Deo-
 rum timor.

Scuitia flammâq₃ minus, minus addidit iræ.
 Tela secunda vocant superi. capit illa, domumq₃
 Intrat Agenoream. corpus mortale tumultus
 Non tulit æthereos, donisq₃ iugalibus arsit.
 Imperfectus adhuc infans genitricis ab aluo
 Eripitur. patrioq₃ tener (si credere dignum est)
 Insuitur femori, maternaq₃ tempora complet.
 Furtim illum primis Ino mater tera cunis
 Educat: inde datum nymphæ Nyseidis antrû
 Occuluere suis, lactisq₃ alimenta dedere.
 Dumq₃ ea per terras fatali lege geruntur,
 Tutâq₃ bis geniti sunt incunabula Bacchi,
 Forte Iouem memorant diffusum nectare curas
 Seposuisse graues, vacuâq₃ agitasse remissos
 Cum Iunone iocos, & maior vestra profectò est,
 Quàm quæ contingit maribus, dixisse voluptas.
 Illa negat. placuit quæ sit sententia docti
 Querere Tiresia. Venus huic erat vtrâq₃ nota.
 Nam duo magnorum viridi coëuntia sylua
 Corpora serpentum baculi violauerat ictu,
 Deq₃ viro factus, mirabile, sœmina septem
 Egerat autumnos, octauo rursus eosdem
 Vidit, & est vestre si tanta potentia plagæ,
 Dixit, vt autoris sortem in contraria mutet,
 Nunc quoq₃ vos feriam, percussis anguibus iisdem,
 Forma prior redijt, genitiuâq₃ venit imago.
 Arbiter hic igitur sumptus de lite iocosa
 Dicta Iouis firmat, grauius Saturnia iusto,
 Nec pro materia fertur doluisse, suiq₃

Secunda ful
minâ.

Bacchus in-
sultur sœmo
ri Ionis.

Tiresias E-
uoris filius
in sœminâ
itô in virû
augurem.

Iudi-

Iudici
Atq
Facta
Scire f

I
creab
qui cu
ellas,
sui q
flam
aliqu
hauri
tierg
tus ef

Illu
Irrepr
Prima
Ceru
Impli
Vim t
Infan
Narc
Temp
Fatic
Vana
Resq
Nam
Addi

Iudicis æterna damnauit lumina nocte.

*At pater omnipotēs (neq₃ enim licet irrita cuiquā
Facta Dei fecisse Deo) pro lumine adempto
Scire futura dedit , pœnamq₃ leuauit honore.*

FAB. VII. ARGVMENTVM.

Liriope Nympha , ex amne Cephiso procreabat Narcissum , insigni forma iuuenem , qui cum Echo, aliasq₃ multas contempnisset puellas, Nemesis vltix fastidientium, ei amorem sui φιλαυτίαν dictum inspirauit, vt suipsius flamma exureretur. Proinde cūm ex nimia aliquando venatione fatigatus, aquam è fonte hauriret, imaginem sui conspexit, & præ ardentia erga seipsum amore extabescens, vita priuatus est, & in florem sui nominis euasit.


*Ille per Aonias fama celeberrimus vrbes
Irreprehensa dabat populo responsa petenti.
Prima fidem, vocisq₃ * ratæ tentamina sumpsit
Cærule Liriope, quam quondam flumine curuo
Implicuit, clausæq₃ suis Cephisus in vndis
Vim tulit. enixa est vtero pulcherrima pleno
Infantem Nymphe, iam tunc qui posset amari.
Narcissumq₃ vocat, de quo consultus, an esset
Tempora maturæ visurus longa senectæ,
Fatidicus vates, si se non nouerit, inquit.
Vana diu visa est vox auguris: exitus illam,
Resq₃ probat, letiq₃ genus, nouitasq₃ furoris.
Nam quater ad quinos vnum Cephisus annos
Addiderat, poteratq₃ puer, iuuenisq₃ videri.*

Echo Iuno-
nis filia in
vocem.

* datæ

Narcissus

Multi illum iuuenes, multa petiere puella,
Sed fuit in tenera tam dura superbia forma,
Nulli illum iuuenes, nulla tetigere puella.



Aspicit hunc trepidos agitans in retia ceruos
Vocalis Nymphe, quæ nec reticere loquenti,
Nec prior ipsa loqui didicit resonabilis Echo.
Corpus adhuc Echo, non vox erat, & tamen vsum
Garrula non alium, quàm nunc habet, oris habebat,
Reddere de multis vt verba nouissima posset.
Fecerat hoc Iuno, quia cùm deprendere posset
Sub Ioue sæpe suo Nymphas in monte iacentes,
Illa Deam longo prudens sermone tenebat,
Dum fugerent Nympha, postq̃ hac Saturnia sensit,
Huius ait lingua, qua sum delusa, potestas

Echo in ve
cem.

Parua

Parua
Reg,
Ingen
Er
Vidit
Quoq
Non
Ad n
O qu
Et m
Nec j
Expe
Fort
Dixe
Hic j
Voc
Resp
Me j
Pers
Huc
Resp
Et v
Ibat
Ille j
Ant
Ret
Spr
Pro
Sea

Parua tibi dabitur, vocisq; breuissimus vsus.
 Req; minas firmat, tamen hæc in fine loquendi
 Ingeminat voces, auditaq; verba reportat.

Ergo vbi Narcissum per deuia rura vagantem
 Vidit, & incaluit, sequitur vestigia furtim.

Quoq; magis sequitur, flamma propiore calescit,
 Non aliter, quam cum summis circumlita tadis
 Ad notas rapiunt viuacia sulphura flammæ,
 O quoties voluit blandis accedere dictis,

Et molles adhibere preces: natura * repugnat,

* recusat

Nec finit incipiat, sed quod finit, illa parata est
 Expectare sonos, ad quos sua verba remittat.

Fortè puer comitum seductus ab agmine fido
 Dixerat, * hic quis adest? Et adest, responderat Echo. + ecquis

Hic stupet, vtq; aciem partes dimisit in omnes,
 Voce, veni, magna clamat: vocat illa vocantem,

Respicit, & rursus nullo veniente, Quid, inquit,
 Me fugis, & totidem quot dixit verba, recepit.

Perstat, & alterna deceptus imagine vocis,
 Huc coëamus, ait, nulliq; libentius vnquam

Responsura sono, coëamus rettulit Echo.

Et verbis fauet ipsa suis, egressaq; sylua

Ibat, vt inijceret sperato brachia collo.

Ille fugit, fugiensq; manus complexibus aufert,

Antè, ait, emoriar, quàm sit tibi copia nostri.

Rettulit illa nihil, nisi: Sit tibi copia nostri.

Spreta latet syluis, pudibundaq; frondibus ora

Protegit, & solis ex illo viuunt in antris:

Sed tamen heret amor, crescitq; * dolore repulsa. * pudore

Et

Et tenuant vigiles corpus miserabile cura,
 Adducitq; cutem macies, & in aëra succus
 Corporis omnis abit: vox tantum atq; ossa supersunt:
 Vox manet, ossa ferunt lapidis traxisse figuram.
 Inde latet syluis, nulloq; in monte videtur.
 Omnibus auditur, sonus est qui viuit in illa.

Echo in syl

ui s.

* syluus

Sic hanc, sic alias* vndis aut montibus ortas
 Luserat hic Nymphas, sic cætus antè viriles.
 Inde manus aliquis despectus ad æthera tollens,
 Sic amet ipse licet, sic non potiatur amato.
 Dixerat: assensit precibus Rhamnusia iustus.

Fons erat illimis nitidis argenteus vndis,
 Quem neq; pastores, neq; pasta monte capellæ
 Contigerant, aliudue pecus, quem nulla volucris,
 Nec fera turbarat, nec lapsus ab arbore ramus.
 Gramen erat circà, quod proximus humor alebat,
 Syluaq; sole locum passura tepecere nullo.
 Hic puer, & studio venandi lassus & aestu
 Procubuit, faciemq; loci, fontemq; secutus.
 Dumq; sitim sedare cupit, sitis altera creuit.
 Dum bibit, & visa correptus imagine forme
 Spē sine corpore amat, corpus putat esse q; vmbra est:
 Ac stupet ipse sibi, vultuq; immotus eodem
 Hæret, vt è Pario formatum marmore signum.
 Spectat humi positus, geminum ceu lumina sidus,
 Et dignos Baccho digitos, & Apolline crines,
 Impubesq; genas, & eburnea colla, decusq;
 Oris & in niueo mistum candore ruborem.
 Cunctaq; miratur, quibus est mirabilis ipse.

Narcissus
 Cephissi &
 Liriope filius in florē
 sui nomi-
 nis muta-
 tus.

Se

Se cupit imprudens, & qui probat, ipse probatur.

Dumq; petit, petitur: pariterq; accendit, & ardet.

Irrita fallaci quoties dedit oscula fonti:

In medias quoties visum captantia collum

Brachia mersit aquas, nec se deprehendit in illis,

Quid videat, nescit: sed quod videt, vritur illo:

Atq; oculos idem, qui decipit, incitat error.

Credule quid frustra simulacra fugacia captas?

Quod petis, est nusquam: quod amas, auertere, perdes.

Ista re percussæ, quam cernis, imaginis vmbra est.

Nil habet ista sui, tecum venitq;, manetq;,

Tecum discedet, si tu discedere possis.

Non illum Cereris, non illum cura quietis

Abstrahere inde potest, sed opaca fusus in herba

Speçtat in expleto mendacem lumine formam.

Perq; oculos perit ipse suos, paulumq; leuatus

Ad circumstantes tendens sua brachia sylvas,

Ecquis id sylvæ crudelius, inquit, amavit?

Scitis enim & multis latebra opportuna fuistis:

Ecquem, cum vestre tot agantur secula vita,

Qui sic tabuerit, longo meministis in ævo?

Et placet, & video: sed quod videóq;, placetq;.

Non tamen inuenio, tantus tenet error amantem.

Quóq; magis doleam, non nos mare separat ingens.

Nec via, nec montes, nec clausis mœnia portis,

Exigua prohibemur aqua, cupit ipse teneri.

Nam quoties liquidis porreximus oscula lymphis,

Hic toties ad me resupino nititur ore.

Posse putes tangi, minimū est quod amantibus obstat.

Quis

Quisquis es huc exi. quid me puer vnice fallis?
 Quoue petitus abis? certe nec forma, nec etas
 Est mea quam fugias, & amarunt me quoq; Nympha.
 Spem mihi, nescio quam, vultu promittis amico.
 Cumq; ego porrexi tibi brachia, porrigis vltro.
 Cum risi, arrides: lacrymas quoq; sepe notavi
 Me lacrymante tuas, nutu quoq; signa remittis,
 Et quantum motu formosi suspicor oris,
 Verba refers aures non peruenientia nostras.
 Ille ego sum, sensi, nec me mea fallit imago.
 Vror amore mei flammis moueoq; seroq;
 Quid faciam? roger anne rogem? quid deinde rogabo?
 Quod cupio, mecum est, inopem me copia fecit.
 Ovtinam a nostra secedere corpore possem.
 Votum in amante nouum est, vellem, quod amamus,
 Iamq; dolor vires adimit, nec tempora vitæ (abesset.
 Longa mea superant, primoq; extinguior in æuo.
 Nec mihi mors grauis est posituro morte dolores,
 Hic qui diligitur, vellem diuturnior esset.
 Nunc duo concordēs anima moriemur in vna.
 Dixit, & ad faciem redijt male sanus eandem,
 Et lacrymis turbauit aquas, obscuraq; moto
 Reddita forma lacu est: quam cum vidisset abire,
 Quò refugis? remane: nec me crudelis amantem
 Desere, clamauit: liceat quod tangere non est,
 Aspicere, & misero præbere alimenta furori.
 Dumq; dolet, summo vestem diduxit ab ore,
 Nudaq; marmoreis percussit pectora palmis,
 Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem.

Non

Non aliter, quàm poma solent, quæ candida parte,
 Parte rubent. aut vt varijs solet vna racemis
 Ducere purpureum nondum matura colorem.
 Quæ simul aspexit liquefacta rursus in vnda,
 Non tulit vltcrius: sed intabescere flaua
 Igne leui cera, matutinaq; pruina
 Sole tepente solent: sic attenuatus amore
 Liquitur, & tecto paulatim carpitur igni:
 Et neq; iam color est misto candore rubori,
 Nec vigor, & vires, & quæ modò visa placebant,
 Nec corpus remanet, quondã quod amauerat Echo.
 Quæ tamen vt vidit, quamuis irata, memorq;
 Indoluit: quotiesq; puer miserabilis eheu,
 Dixerat, hæc resonis iterabat vocibus, eheu.
 Cumq; suos manibus percusserat ille lacertos,
 Hæc quoq; reddebat sonitum plangoris eundem.
 Vltima vox solitam fuit hæc spectantis in vndam,
 Heu frustra dilecte puer: totidemq; remisit
 Verba locus: dictoq; vale, vale inquit & Echo.
 Ille caput viridi fessum submisit in herba.
 Lumina mors clausit domini mirantia formam.
 Tum quoq; se, postquam est inferna sede receptus,
 In Stygia spectabat aqua, planxere sorores
 Naiades, & sectos fratri imposuere capillos.
 Planxerunt Dryades, plangentibus assonat Echo:
 Iamq; rogũ, quassasq; facies, pheretrumq; parabant,
 Nusquam corpus erat. croceum pro corpore florem
 Inueniunt, folijs medium cingentibus albis.

Narcissus
 amoris im-
 patientia
 moritur.

FAB.

FAB. VIII. ARGVMENTVM.

Pentheus, Echionis & Agaues filius, Tiresiæ vaticinium aspernatus, cum in aduentu Liberi patris Thebani hedera redimiti obuiam ei procederent, suos ire prohibet, & illud spectaculum omnino pro nihilo ducit, negans ex Semele Bacchum Deum esse procreatum. Illic etiam famulis suis imperat, vt Liberum ad se vinctum attrahant, eidemq; mortis discrimen intentat.



Cognita res vatis meritam per Achaidas vrbes
Contulerat famam, nomenq; erat auguris ingens.
Spernit Echionides tamen hunc ex omnibus vnus
Contemptor superum Pentheus, præfagag; ridet
Verba senis, tenebrasq;, & cladem lucis adempta
Obijcit. ille mouens albertia tempora canis,

Quam

Bacchus Semeles, & Iouis filius in
Acoetem.

Quàm felix esses, situ quoq³ luminis huius
 Orbis, ait, fieres, nec Bacchica sacra videres.
 Nang³ dies aderit, quam non procul auguror esse,
 Qua nouus huc venies proles Semeleia Liber,
 Quem nisi templorum fueris dignatus honore,
 Mille lacer spargere locis, & sanguine syluas
 Fœdabis, matremq³ tuam, matrisq³ sorores.
 Et veniet, neq³ enim dignabere numen honore,
 Meq³ sub his tenebris nimium vidisse querêris.
 Talia dicentem perturbat Echione natus.
 Dicta fides sequitur, respoⁿsãq³ vatis aguntur.
 Liber adest, festisq³ fremunt vlulatibus agri.
 Turbaruit, mistaq³ viris matresq³, nurusq³,
 Et vulgus, proceresq³ ignota ad sacra feruntur.
 Quis furor anguigenæ proles Mauortia vestras
 Attollit mentes? Pentheus ait, ærânè tantum
 Aere repulsa valent? & aduncotibia cornu?
 Et magicæ fraudes? vt quos non bellicus ensis,
 Non tuba terruerit, non strictis agmina telis,
 Fœmineæ voces, & mota insania vino,
 Obscœniq³ greges, & inania tympana vincant?
 Vósne senes mirer, qui longa per aquora vecti
 A Tyro hac profugos posuistis sede penates,
 Nunc finitis sine Marte capi? vósne acrior etas
 Oiuuenes propiorq³ meæ, quos arma tenere
 Non thyrsos, galeaq³ tegi, non fronde decebat?
 Este precor memores, qua sitis stirpe creati,
 Illiusq³ animos, qui multos perdidit vnus,
 Sumite serpentis, pro *fontibus ille, lacuq³

Pentheica-
sus.

Orgia de-
scribit.

*frōdibus

Inter

h

Interijt: at vos pro fama vincite vestra.
 Ille dedit letho fortes: vos vincite molles.
 Et patrium retinete decus, si fata vetabunt
 Stare diu Thebas, vtinam tormenta, viriq;
 Mœnia diruerent, ferrumq;, ignisq;, sonaret:
 Essemus miseri sine crimine, sorsq;, querenda,
 Non celanda foret, lacrymaq;, pudore carerent.
 At nunc à puero Thebae capientur inermi,
 Quem neq; bella iuuant, nec tela, nec vsus equorum,
 Sed madidi myrrha crines, mollesq;, corona,
 Purpuraq;, & pictis intextum vestibus aurum.
 Quem quidem ego actutū, modè vos absistite, cogam
 Assumptumq;, patrem, commentaq;, sacra fateri.
 An satis Acrisio est animi contemnere vanum
 Numen? & Argolicas venienti claudere portas?
 Penthea torrebit cum totis aduena Thebis?
 Ite citi (famulis hoc imperat) ite, ducemq;
 Attrahite huc vinctum: iussis mora segnis abesto.
 Hunc auus, hunc Athamas, hunc cetera turba suorū
 Corripiunt dictis, frustra q; inhibere laborant.
 Acrior admonitu est, irritaturq;, retenta,
 Et crescit rabies, moderaminaq;, ipsa nocebant.
 Sic ego torrentem, quā nil obstabat eunti
 Lenius, & modico strepitu decurrere vidi:
 At quacunq;, trabes, obstructaq;, saxa iacebant,
 Spumeus, & feruens, & ab obice sauior ibat.
 Ecce cruentati redeunt, & Bacchus vbi esset,
 Quarenti domino, Bacchum vidisse negarunt.
 Hunc, dixere, tamen comitem, famulumq;, sacrorum

Cepi-

Cepimus, & tradunt manibus post terga * ligatis, * reuinctis,
 Sacra Dei quondam Tyrrhena gente secutum.

Liber Pater
 in puerum.

Aspicit hunc Pentheus oculis, quos ira tremendos
 Fecerat, & quanquam pœnæ vix tempora differt

O periture, tuâq; alijs documenta dature
 Morte, ait, ede tuum nomen, nomenq; parentum,

Et patriam, morisq; noui cur sacra frequentes.

Ille metu vacuus: nomen mihi, dixit, * Acœtes.

* Acestes

Patria Mœonia est, humili de plebe parentes.

Non mihi quæ duri colerent pater arua iuueni,

Lanigerosue greges, non vlla armenta reliquit.

Pauper & ipse fuit, linoq; solebat & hamis

Decipere, & calamo salientes ducere pisces,

Ars illi sua census erat. cum traderet artem,

Accipe quas habeo studij successor, & heres,

Dixit, opes: moriensq; mihi nihil ille reliquit

Præter aquas: num hoc possum appellare paternum.

Mox ego, ne scopulis harerem semper in iisdem,

Addidici regimen dextra moderante carina

Electere, & Oleniæ sidus pluuiæ capellæ,

Taygetenq; Hyadasq; oculis, Arctonq; notavi,

Ventorumq; domos, & portus puppibus aptos.

Fortè petens Delon Chiæ telluris ad oras

Applicor, & dextris adducor littora remis,

Doq; leues saltus, vdaq; immittor arena.

Nox ubi consumpia est, Aurora rubescere primò

Cœperat, exurgo, laticesq; inferre recentes

Admoneo, monstróq; viam, quæ ducit ad vndas:

Ipse quid aura mihi tumulo promittat ab alto

b 2

Pro-

Prospicio, comitésq₃ voco, repetōq₃ carinam.
 Adsumus en, inquit sociorum primus Opheltēs,
 Utq₃ putat prædam deserto nactus in agro
 Virginea puerum ducit per littora forma,
 Ille mero somnoq₃ grauis titubare videtur,
 Vixq₃ sequi. specto cultum, faciemq₃ gradūmq₃,
 Nil ibi quod credi posset mortale videbam.
 Et sensi, & dixi socijs, quod numen in isto
 Corpore sit dubito, sed corpore numen in isto est.
 Quisquis es o faueas, nostrisq₃ laboribus adsis,
 His quoq₃ des veniam. pro nobis mitte precari,
 Dictys ait, quo non alius conscendere summas
 Ocyor antennās, prensōq₃ rudente relabi.
 Hoc Libys, hoc flauus proræ tutela Melanthus,
 Hoc probat Alcimedon, & qui requiemq₃ modūmq₃
 Voce dabat remis animorum hortator Epopeus.
 Hoc omnes alijs. præda tam cæca cupido est.
 Non tamen hanc sacro violari pondere pinum
 Perpetiar, dixi. pars hîc mihi maxima iuris.
 Inq₃ aditu obfisto. furit audacissimus omni
 De numero Lycabas, qui Thusca pulsus ab vrbe
 Exilium dira pœnam pro cade luebat.
 Is mihi dum resto, iuuenili guttura pugno
 Rupit, & excussum misisset in aquora. si non
 Hæsissem, quamuis amens in fune retentus.

FAB. IX. ARGVMENTVM.

Liber aliquando Naxum insulam petens,
 in Tyrrhenos incidit, à quibus propter exi-
 miam formæ pulchritudinem captus, pro
 præda

præda nauigio impositus est. Qui vt vidit, se nō in Naxon,
ad quam vehi pactionis ratione cupiebat, sed in aliam
duci regionem, armenta nauis in feras, ac serpentes con-
uertit. quo prodigio Tyrrheni statim exterriti, in pelagus
se præcipientes dedere, ac in Delphinos mutati sunt.



*Impia turba probat factum. tum denig³ Bacchus
(Bacchus enim fuerat) veluti clamore solutus
Sit sopor, aq³ mero redeant in pectora sensus,
Quid facitis? quis clamor, ait? quæ dicite nautæ
Huc ope peruenit? quò me deferre paratis?
Pone metum Proreus, & quos contingere portus
Ede velis, dixit, terra sistere petita.
Naxon, ait Liber, cursus aduertite vestros:
Illa mihi domus est, vobis erit hospita tellus.*

*Tyrrheni
nautæ in
delphinos.*

h 3

Per

Per mare fallaces, perq₃ omnia numina iurant,
 Sic fore, meq₃ iubent picta dare vela carina.
 Dextera Naxos erat, dextra mihi linteæ danti,
 Quid facis ô demens? quis te furor inquit * Opheltēs? * Acestes?
 Pro se quisq₃ timet: leuam pete, maxima nutu
 Pars mihi significat, pars quid velit, aure susurrat.
 Obstupui, capiatq₃ aliquis moderamina, dixi.
 Méq₃ ministerio scelerisq₃, artisq₃, remoui.
 Increpor à cunctis, totumq₃ immurmurat agmen.
 E quibus Ethalion: Te scilicet omnis in vno
 Nostra salus posita est, ait: & subit ipse meumq₃
 Explet opus, Naxoq₃, petit diuersa relicta.

Tum Deus illudens tanquam modò deniq₃ fraudē
 Senferit, è puppi pontum prospectat adunca,
 Et flenti similis, Non hæc mihi littora nauta
 Promisistis, ait, Non hæc mihi terra rogata est:
 Quo merui pœnam facto? quæ gloria vestra est,
 Si puerum iuuenes, si multi fallitis vnum?
 Iam dudum flebam, lacrymas manus impia nostras
 Ridet, & impellit properantibus æquora remis.
 Per tibi nunc ipsum (neq₃ enim præsentior illo
 Est Deus) adiuro, tam me tibi vera referre,
 Quàm veri maiora fide, stetit æquore puppis
 Haud aliter, quàm si siccum nauale teneret.
 Illi admirantes remorum in verbere perstant,
 Velâq₃ deducunt, geminâq₃ ope currere tentant.
 Impediunt hedera remos, nexuq₃ recuruo
 Serpunt, & grauidis distinguunt vela corimbis.
 Ipse racemiferis frontem circumdatus vuis

Pam-

Pampineis agitat velatam frondibus hastam.
 Quem circa tigres, simulacraq; inania lyncum,
 Pictarumq; iacent fera corpora pantherarum.
 Exiliere viri, siue hoc insania fecit,
 Siue timor, primusq; Medon nigrescere pinnis,
 Corpore depresso, & spinæ curuamine flecti
 Incipit. huic Lycabas, in quæ miracula, dixit,
 Verteris? & latirictus, & panda loquenti
 Naris erat, squamamq; cutis durata trahebat.
 At Libys, obstantes dum vult obuertere remos,
 In spaciū resilire manus breue vidit, & illas
 Iam non esse manus, iam pinnas posse vocari.
 Alter ad intortos cupiens dare brachia funes,
 Brachia non habuit, truncoq; repandus in vndas
 Corpore desiluit, falcata nouissima cauda est,
 Qualia dimidia sinuantur cornua Luna.
 Vndiq; dant saltus, multaq; aspergine rorant,
 Emerguntq; iterum, redeuntq; sub aquora rursus.
 Inq; chori ludunt speciem, lasciuiaq; iactant
 Corpora, & acceptum patulis mare naribus efflant.
 De modo viginti (tot enim ratis illa ferebat)
 Restabam solus, pavidum, gelidumq; trementi
 Corpore vixq; animum firmat Deus, excute dicens
 Corde metum, * Diamq; tene. delatus in illam
 Accessi * sacris, Baccheaq; sacra frequento.
 Præbuimus longis Pentheus ambagibus aures,
 Inquit, vt ira mora vires absumere posset.
 Præcipitem famuli rapite hunc, cruciataq; duris
 Corpora tormentis Stygia demittite morti.

* Chiamq;

* terris

*Protinus abstractus solidis Tyrrhenus * Acætes
 Clauditur in tectis, & dum crudelia iussæ
 Instrumenta necis, ferrumq³, ignesq³, parantur,
 Sponte sua patuisse fores, lapasq³, lacertis
 Sponte sua fama est, nullo solvente catenas.*

* Acestes

FAB. X. ARGUMENTVM.

Cùm rex Pentheus Bacchum denuò custodia clauderet, fores sua sponte patefactæ, & vincula manibus eius defluerunt. Tum rex in montem Cithærona ad sacra se recepit, ibiq³ Agaiuen matrem (quæ propter ipsius furorem animum a filio gerebat alienum, vna cum foro-



ribus adiuuantibus Ino & Autonoe) incitauit, vt eum sacra proterentem sua manu interimerent, cruentisq³ lacerarent morfibus.

Perstat

Pentheus à
Bacchis dif-
cerptus.

Perstat Echionides, nec iam iubet ire, sed ipse
Vadit, ubi festus facienda ad sacra Citheron
Cantibus, & clara bacchantum voce sonabat.
Ut fremit acer equus, cum bellicus ære canoro
Signa dedit tubicen, pugnaq; assumit amorem,
Pentheia sic ictus longis vlulatus ether
Mouit, & audito clamore recanduit ira.
Monte ferè medio est cingentibus vltima syluis
Purus ab arboribus spectabilis vndiq; campus.
Hic oculis illum cernentem sacra profanis
Prima videt, prima est insano concita cursu,
Prima suum misso violauit Penthea thyrsò
Mater, & ò gemina, clamauit, adeste sorores.
Ille aper in nostris errat qui maximus agris,
Ille mihi feriendus aper. ruit omnis in vnum
Turba furens, cunctæ coeunt, trepidumq; sequuntur,
Iam trepidum, iam verba minus violenta loquentem,
Iam se damnantem, iam se peccasse fatentem.
Saucius ille tamen, fer opem, mater tera, dixit,
Autonoë: moueant animos Actæonis vmbra.
Illa quis Actæon nescit, dextramq; precantis
Abstulit: Inoo lacerata est altera raptu.*
Non habet infelix, quæ matri brachia tendat,
Trunca sed ostendens deiectis vulnera membris,
Aspice mater, ait. visis vlulauit Agaue,
Collaq; iactauit, crinemq; per aëra mouit.
Auulsumq; caput digitis complexa cruentis
Clamat, Io comites opus hoc victoria nostra est.
Non citius frondes autumnæ frigore tactas,

* Aliquot co-
dices habēt
hoc carmē:
Ille etiam
matri quæ
brachia tē-
dere vel-
let.

h 5

Iamq;

*Iamq; malè herentes alta rapit arbore ventus,
Quam sunt membra viri manibus direpta nefandis.
Talibus exemplis monita noua sacra frequentant,
Thurag, dant, sanctasq; colunt Ismenides aras.*

P. OVIDII NASO
NIS METAMORPHO
seon Liber III.

AT non Alcithoë Mineias Orgia censet
Accipienda Dei, sed adhuc temeraria Bacchum Dercetis in
piscem.
Progeniem negat esse Iouis, sociasq; sorores
Impietatis habet, festum celebrare sacerdos,
Immunesq; operum famulas, dominasq; suorum,
Pectora pelle tegi, criminales soluere vittas,
Serta comis, manibus frondentes sumere thyrsos
Iusserat, & seuam læsi fore numinis iram,
Vaticinatus erat, parent matresq; nurusq;
Telas & calathos, insectaq; pensa reponunt, (umq;
Thurag, dant, Bacchumq; vocant, Bromiumq; Lya-
Ignigenamq; satumq; iterum, solumq; bimatrem.
Additur his Nyseusq;, indetonfusq;, Thyoneus,
Et cum Lenao genialis consitor vna,
Nyctileusq;, Eleusq; parens, & Iacchus, & Euan,
Et qua praterea per Graias plurima gentes
Nomina Liber habes. tibi enim inconsumpta iuuenta,
Tu puer aternus, tu formosissimus alto
Conspiceris cælo: tibi, cum sine cornibus astas,

Virgi=

Virgineum caput est. Oriens tibi victus ad vsq;
Decolor extremo qua cingitur India Gange.
Pentheas tu venerande, bipenniferumq; Lycurgum
Sacilegos mactas, Tyrrhenaq; mittis in equor
Corpora. tu bijugum pictis insignia frenis
Colla premis lyncum, Bacche, Satyriq; sequuntur,
Quiq; senex ferula titubantes ebr. us artus
Sustinet, & pando non fortiter heret a sello.
Quacumq; ingrederis, clamor iuuenilis, & vna
Femineæ voces, impulsaq; tympana palmis,
Concauaq; æra sonant, longoq; foramine buxus,
Placatus, mitisq;, rogant Ixmenides, adsis.
Iussaq; sacra colunt: sola Mineides intus
Intempestiua turbantes festa Minerua,
Aut ducunt lanas, aut stamina pollice versant,
Aut herent telæ, famulasq; laboribus vrgent.

Silenus.

E quibus vna leui deducens pollice * filum,
Dum cessant aliæ, commentaq; sacra frequentant,
Nos quoq;, quas Pallas melior Dea detinet, inquit,
Vtile opus manuum vario sermone leuemus:
Perq; vices aliquid, quod tempora longa videri
Non sinat, in medium vacuas referamus ad aures.
Dicta probant, primamq; iubent narrare sorores,
Illa quid è multis referat, nam plurima norat,
Cogitat, & dubia est de te Babylonia narret
* Decreti, quam versa squamis velantibus artus.
Stagna Palestini credunt coluisse figura.

* fusum

An magis vt sumptis illius filia pennis,
Extremos altis in turribus egerit annos.

* Dirce
Semiramis
in colum-
bam.

Nais.

*Nais an vt cantu, nimiumq₃ potentibus herbis
Verterit in tacitos iuuenilia corpora pisces,
Donec idem passa est. an quæ poma alba ferebat,
Vt nunc nigra ferat contactu sanguinis arbor.
Hæc placet, hæc quoniam vulgaris fabula non est.*

Nais in pi-
scem.

FAB. I. ARGVMENTVM.

Pyramus & Thisbe, tam forma quàm æta-
te pares, cum contiguis habitarent ædibus,
per rimam parietis sæpe colloquentes, amo-
ris fundamenta iecerunt. Tandem etiam in-
ter se pacti sunt, vt matutino tempore ad mo-
numentum Nini regis sub arbore moro con-
uenirent. Cùm autem celerius Thisbe ad de-
stinatum se reciperet locum, conspectu leæ-
næ exterrita, abiecto amictu, in syluam refu-
git. At fera à recenti præda ad fontem vicinum
decurrrens, vestem virginis relictam ore cruen-
to lacerauit.


*Talibus orsa modis lana sua fila sequente:
Pyramus & Thisbe, iuuenum pulcherrimus alter,
Altera, quas oriens habuit, prælata puellis,
Contiguas habuere domos, vbi dicitur altam
Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.
Noticiam, primosq₃ gradus vicinia fecit.
Tempore creuit amor, tædæ quoq₃ iure coissent,
Sed vetuere patres, quòd non potuere vetare.
Ex æquo captis ardebant mentibus ambo.
Consciis omnis abest, nutu, signisq₃ loquuntur,
Quoq₃ magis* regitur, tanto magis aestuat ignis.
Fissus erat tenui rima, quam duxerat olim,*

Arboris mo-
ri poma al-
bi coloris
in sangui-
nem.

*tellus,

Cùm

Cùm fieret paries, domui communis vtrig³.



Idvitiū nulli per secula longa notatum,
 (Quid non sentit amor?) primi vidistis amantes,
 Et vocis fecistis iter, tutaq³ per illud
 Murmure blanditiæ minimo transire solebant.
 Sæpe vbi constiterant hinc Thisbe, Pyramus illhinc,
 Inq³ vices fuerat captatus anhelitus oris,
 Inuide, dicebant, paries quid amantibus obstat?
 Quantum erat vt sineres toto nos corpore iungi?
 Aut hoc si nimium est, vel ad oscula danda pateres,
 Nec sumus ingrati, tibi nos debere fatemur,
 Quòd datus est verbis ad amicas transitus aures.
 Talia diuersa nequicquam sede locuti

Sub

Sub noctem dixere vale, partiq₃ dedere
 Oscula quisq₃ sua non peruenientia contrà.

Postera nocturnos Aurora remouerat ignes,
 Solq₃ pruinosas radijs siccauerat herbas,
 Ad solitum coiere locum: tum murmure paruo
 Multa prius questi, statuunt in nocte silenti
 Fallere custodes, foribusq₃ excedere tentent.
 Cùmq₃ domo exierint, vrbs quoq₃ tecta relinquunt.

Néue sit errandum lato spartiantibus aruo,
 Conueniant ad busta Nini, lateantq₃ sub vmbra
 Arboris. Arbor ibi niueis vberima pomis

Ardua morus erat, gelido contermina fonti.

Pacta placent, & lux tardè discedere visa.

Præcipitatur aquis, & aquis nox* exit ab iisdem. * surgit

Callida per tenebras versato cardine Thisbe

Egreditur, fallitq₃ suos, adopertaq₃ vultum

Peruenit ad tumultum, dictaq₃ sub arbore sedit.

Audacem faciebat amor. venit ecce recenti

Cæde leæna bovm spumantes oblita rictus,

Depositura sitim vicini fontis in vnda.

Quam procul ad Lunæ radios Babylonia Thisbe

Vidit, & obscurum timido pede fugit in antrum.

Dumq₃ fugit, tergo velamina lapsa relinquit.

Vt lea seua sitim multa compescuit vnda,

Dum redit in sylvas: inuentos fortè sine ipsa

Ore cruentato, tenues laniauit amictus.

FAB. II. ARGVMENTVM.

Post Thisbes abitum, Pyramus ad locum
 destinatum aliquanto serius amictum sangui-
 ne con-

ne conspersum reperit. Existimans igitur eam à fera deuorata, sibimetipsi suo gladio mortem consciscit. Deinde Thisbe deposito metu, ad eundem reuerfa locum, cum videret se causam necis adollescenti præbuisse, ne diutius in mœrore sola existeret, eodem ferro se transfixit, quorum cruore morus arbor aspersa albos suos fructus in sanguineum colorem conuertit.



*Serius egressus vestigia vidit in alto
Pulvere certa fera, totoq, expalluit ore
Pyramus vt verò vestem quoq, sanguine tinctam
Repperit, Vna duos, inquit, nox perdet amantes,
E quibus illa fuit longa dignissima vita,
Nostra nocens anima est. ego te miseranda peremi,
In loca plena metus, qui iussi nocte ven. res,*

Nec

Nec prior huc veni. nostrum diuellite corpus,
 Et scelerata fero consumite viscera morsu,
 O quicumq₃ sub hac habitatis rupe leones.
 Sed timidi est optare necem. velamina Thisbes
 Tollit. & ad pacta se* confert arboris umbram.
 Utq₃ dedit notæ lachrymas, dedit oscula vesti,
 Accipe nunc, inquit, nostri quoq₃ sanguinis haustus.
 Quôq₃ erat accinctus, demisit in ilia ferrum.
 Nec mora, feruenti moriens è vulnere traxit,
 Et iacuit resupinus humo. cruor emicat altè,
 Non aliter, quàm cum vitiato fistula plumbo
 Scinditur, & tenui stridente foramine longas
 Ei aculatur aquas, atq₃ ictibus aëra rumpit,
 Arborei fœtus aspergine cadis in atram
 Vertuntur faciem, madefactaq₃ sanguine radix
 Purpureo tingit pendentia mora colore.
 Ecce metu nondum posito, ne fallat amantem,
 Illa redit, iuuenemq₃ oculis, animoq₃ requirit,
 Quantaq₃ vitarit narrare pericula gestit.
 Utq₃ locum, & visam cognoscit in arbore formam,
 Sic facit incertam pomi color, hæret an hæc sit.
 Dum dubitat, tremebunda videt pulsare cruentum
 Membra solum, retroq₃ pedem tulit, oraq₃ buxo
 Pallidiora gerens. exhorruit equoris instar,
 Quod fremit, exigua cum summum stringitur aura.
 Sed postquam remorata suos cognouit amores,
 Percutit indignos claro plangore lacertos,
 Et laniata comas, amplexaq₃ corpus amantis.
 Vulnusa suppleuit lachrymis, fletumq₃ cruori

Miscu-

*secū fert
 Pyramus a-
 moris impa-
 tientia sibi
 manus in-
 fert.


Misceat, & gelidis in vultibus oscula figens,
 Pyrame, clamauit, quis te mihi casus ademit?
 Pyrame responde, tua te charissima Thisbe
 Nominat. exaudi, vultusq³, attolle iacentes.
 Ad nomen Thisbes oculos in morte grauatos
 Pyramus erexit, visaq³, recondidit illa.
 Quæ postquam vestemq³, suam cognouit, & ense
 Vidit ebur vacuum, Tua te manus, inquit, amorq³
 Perdidit infelix: est & mihi sortis in vnum
 Hæc manus, est & amor, dabit hic in vulnera vires.
 Persequar extinctum, letiq³, miserrima dicar
 Causa, comesq³, tui, quiq³, à me morte reuelli
 Heu sola poteris, poteris nec morte reuelli.
 His tamen amborum verbis estote rogati
 O multum miseriq³, mei, illiusq³, parentes,
 Ut quos certus amor, quos hora nouissima iunxit,
 Componi tumulo non inuideatis eodem.
 At tu quæ ramis arbor miserabile corpus
 Nunc tegis vnus, mox es tectura duorum,
 Signa tene cædis, pullosq³, & luctibus aptos
 Semper habe fœtus, gemini monumenta cruoris.
 Dixit, & aptato pectus mucrone sub imum
 Incubuit ferro, quod adhuc à cæde tepebat.
 Vota tamen tetigere Deos, tetigere parentes,
 Nam color in pomo est, vbi permaturuit, ater.
 Quodq³, rogis superest, vna requiescit in vrna.

Thisbe fero
 ro incubit.

FAB. III. ARGVMENTVM.

Sol postquam Martem olim cum Venere
 coeuntem cerneret, ad Vulcanum eius ma-
 ritum

ritum hoc facinus detulit, qui supra modum indignatus, catenis tenuissimis, instar retium, cubile circumdedit, quibus Martem cum Venere rem habentem sic implicauit, vt alter ab altera diuelli nullo modo posset. Patrefacto deinde cubiculo, ambos omnium Deorum oculis spectandos subiecit, & eorum maliciam apertè hoc pacto retexit.



Desierat, mediumq; fuit breue tempus, & orsa est
 Dicere Leucothoë, vocem tenuere sorores.
 Hunc quoq; fiderea qui temperat omnia luce
 Cepit amor Solem. Solis referamus amores.
 Primus adulterium Veneris cum Marte putatur
 Hic vidisse Deus: videt hic Deus omnia primus.
 Indoluit factò, Iunonigenaq; marito
 Farta tori, furtiq; locam monstrauit. at illi

Et

Et mens, & quod opus fabrilis dextra tenebat,
 Excidit. extemplo graciles ex ere catenas,
 Retiaq;, & laqueos, quæ lumina fallere possent,
 Elimat: non illud opus tenuissima vincant
 Stamina, nec summo quæ pendet aranea tigno.
 Utq; leues tactus, momentaq;, parua sequantur,
 Efficit, & lecto circumdata collocat aptè.
 Ut venère torum coniux & adulter in vnum,
 Arte viri, vinclisq; noua ratione paratis,
 In medijs ambo deprensi amplexibus hærent.
 Lemnius extemplo valuas patefecit eburnas,
 Admisitq; Deos. illi iacuerè ligati
 Turpiter: atq; aliquis de Dijs non tristibus, optat
 Sic fieri turpis. Superi risere, diuq;
 Hæc fuit in toto notissima fabula cælo.

Vulcanus
 Mulciber.

Venus cum
 Marte de-
 prehensa in
 adultærio.

FAB. IIII. ARGVMENTVM.


Venus propter adulterium suum, à Sole di-
 uulgatum, ei Leucothoes, filia Orchami Achæ-
 menia principis & Eurynomes amorem im-
 misit, qui ut commodius ea potiretur, se in
 matris Eurynomis formam transmutauit.
 Cum verò pater Orchamus eam vitiatam esse,
 indicio Clytiæ Solis amicæ cognouisset, filiam
 sub terram defodit, quæ deinceps misericor-
 dia Phœbi, in virgam seu arborem thuris est
 conuersa.

Exigit indicij memorem Cythereia pœnam,
 Inq; vices illum, tectos qui læsit amores,
 Lædit amore pari. quid nunc Hyperione nate

i 2

Forma,

Forma, colorq; tibi, radiatq; lumina profunt?
 Nempe tuis omnes qui terras ignibus vris,
 Vreris igne nouo: quiq; omnia cernere debes,
 Leucothoën spectas, & virgine figis in vna,
 Quos mundo debes oculos. modo surgis Eoo
 Temporius cælo, modo serius incidis vndis,
 Spectandiq; mora brumales porrigis horas.
 Desicis interdum, vitiumq; in lumina mentis



Transit, & obscurus mortalia pectora terres.
 Nec tibi quod Luna terris propioris imago
 Obstiterit, palles: facit hunc amor ipse colorem.
 Diligis hanc vnam, ne te Clymenéq; Rhodósq;
 Nec tenet Aëæ genitrix pulcherrima Circes,
 Quaq; tuos Chytie, quamuis despecta, *petebat

*tenebat

Con-

Concubis
 Tempore
 Gentis o
 Edidit E
 Quam m
 Rexit A
 Septim
 Axe sub
 Ambros
 Membr
 Dumq;
 Noxq;
 Versus
 Bis sex
 Leuiav
 Ergo v
 Res, ait
 *Eripi
 Paruer
 Ille ego
 Omnia
 Mund
 Et col
 Ipse ti
 Inver
 At vir
 Victa
 Inuid
 Solis a

Apollinis amor
erga
Leucothoë.

Concubitus, ipsoq; illo graue vulnus habebat
Tempore: Leucothoë multarum obliuia fecit
Gentis odorifera, quam formosissima partu
Edidit Eurynome, sed postquam filia creuit,
Quam mater cunctas, tam matrem filia vicit.
Rexit Achemenias vrbes pater Orchamus, isq;
Septimus à prisco numeratur origine Belo.
Axe sub Hesperio sunt pascua Solis equorum,
Ambrosiam pro gramine habent. ea fessa diurnis
Membra ministerijs nutrit, reparatq; labori.
Dumq; ibi quadrupedes coelestia pabula carpunt,
Noxq; vicem per agit, thalamos Deus intrat amatos,
Versus in Eurynomes faciem genetricis, & inter
Bis sex Leucothoën famulas ad lumina cernit
Leuia versato ducentem stamina * fuso.
Ergo vbi ceu mater chara dedit oscula nata,
Res, ait, arcana est, famule discedite, néue
* Eripite arbitrium matri secreta loquendi.
Paruerant, thalamoq; Deus sine teste relictus,
Ille ego sum, dixit, qui longum metior annum,
Omnia qui video, per quem videt omnia tellus,
Mundi oculus. mihi crede places. pauet illa, metuq;
Et colus, & fusus digitis cecidère remissis.
Ipse timor decuit. nec longius ille moratus
In veram redijt speciem, solitumq; nitorem.
At virgo quamuis inopino territa visu,
Victa nitore Dei, posita vim passa querela est.
Inuidit Clytie (neq; enim moderatus in illam
Solis amor fuerat) stimulataq; pellicis ira

* filo

* Arripite

Vulgat adulterium, diffamatumq₃ parenti
 Indicat. ille ferox, immanis uetusq₃ precantem,
 Tendentemq₃ manus ad lumina Solis, & ille
 Vim tulit inuita dicentem, defodit alta
 Crudus humo, tumulumq₃ super grauis addit arena.
 Dissipat hunc radijs Hyperione natus, iterq₃
 Dat tibi, quo possis defossos promere vultus.
 Nec tu iam poteras enectam pondere terra
 Tollere nympha caput, corpusq₃ exangue iacebas.
 Nil illo fertur volucrum moderator equorum
 Post Phaethonteos vidisse dolentius ignes.
 Ille quidem gelidos radiorum viribus artus,
 Si queat, in vinum tentat reuocare calorem.
 Sed quoniam tantis satum conatibus obstat,
 Nectare odorato sparsit corpusq₃, locumq₃,
 Multaq₃ * praequæstus, tanges tamen athera, dixit.
 Protinus imbutum cælesti nectare corpus
 Delicuit, terramq₃ suo madefecit odore.
 Virgaq₃ per glebas sensim radicibus actis
 Turea surrexit, tumulumq₃ cacumine rupit,
 At Clytien, quamuis amor excusare dolorem,
 Indiciumq₃ dolor poterat, non amplius auctor
 Lucis adit, Venerisq₃ modum sibi fecit * in illa.
 Tabuit ex illo dementer amoribus vrsa
 Nympharum impatiens, & sub Ioue nocte, dieq₃,
 Sedit humo nuda, * madidis incompta capillis.
 Perq₃ nouem luces expers vndeq₃, cibiq₃,
 Rore mero lachrymisq₃ suis ieiunia paut.
 Nec se mouit humo, tantum spectabat euntis

Leucothoe
 defoditur
 viuâ.

* conquæ-
 stus

Clytienym
 pha in her-
 bam helio-
 tropium.
 * ab

* nudis

Ora

Ora Dei
 Membra
 Lurida
 Est in p
 Flos te
 Vertit

Dix
 Pars fi
 Posse D
 Poscitu
 Quera
 Vulga
 Daphn
 Contu
 Nec lo
 Ambig
 Te qu
 Celm
 Et Cr
 Prate

lius,
 catu
 cis &
 gress
 tus,
 petr
 mu

*vertebat

Ora Dei, vultusq; suos *flectebat ad illum.
Membra ferunt hæsisse solo, partemq; coloris
Luridus exangues pallor conuertit in herbas:
Est in parte rubor, violaq; simillimus ora
Flos tegit: illa suum, quamuis radice tenetur,
Vertitur ad solem, mutataq; seruat amorem.

Clytie in
heliotropi-
um. Daph-
nis in saxu.

Dixerat: & factum mirabile reparat aures.
Pars fieri potuisse negant, pars omnia veros
Posse Deos memorant: sed non est Bacchus in illis.
Poscitur Alcithoë, postquam siluere sorores,
Quæ radio stantis percurrens stamina tela,
Vulgatos taceo, dixit, pastoris amores
Daphnidis Idæi, quem Nymphæ pellicis ira
Contulit in saxum. tantus dolor vrit amantes.

Nec loquar, vt quondam natura iure nouato
Ambigens fuerit modò vir, modò fœmina, Scython.
Te quoq; nunc Adamas, quondam fidiſſime paruo
Celme Ioui, largog; satos Curetas ab imbri.
Et Crocon in paruos versum cum Smilace flores
Prætereo, dulciq; animos nouitate tenebo.

Scython in
fœminam.


FAB. V. ARGVMENTVM.

Hermaphrodius, Mercurij & Veneris fi-
lius, à Naiadibus Nymphis in monte Ida edu-
catus, relictis earum sedibus, ad fontem Salma-
cis & Nymphæ peruenit, eumq; tandem in-
gressus, statim complexibus Naiadis colliga-
tus, nec antè ab ea dimissus est, quàm à Dijs im-
petraſſet, vt in vnâ eandemq; speciem ambo
mutarentur, ita duobus coniunctis corporibus

i 4

Herma-

Hermaphroditus tam masculinum quam fœmininum
sexum est adeptus.



Vndesit infamis, quare male fortibus vndis
Salmacis eneruet, tactosq; remolliat artus
Discite: caussa latet, vis est notissima fontis.
Mercurio puerum diua Cythereide natum
Naiades Ideis enutriuere sub antris:
Cuius erat facies, in qua materq; paterq;
Cognosci possent, nomen quoq; traxit ab illis.
Is tria cùm primum fecit quinquennia, montes
Deseruit patrios, Idaq; altrice relicta
Ignotis errare locis, ignota videre
Flumina gaudebat, studio minuente laborem.
Ille etiam Lycias vrbes, Lyciaq; propinquos.

Salmacis
fons.

CAYAS

Caras ad
Vsq; solu
Nec ster
Perspicu
Cespite
Nymph
Flectere
Solaq; D
Sape sua
Salmaci
Et tua c
Nec iac
Nec sua
Sed mo
Sape C
Et quid
Nunc p
Mollib
Sape le
Cùm p
Nec ta
Quam
Et sinx
Tunc s
Esse De
Siue e
Et ma
Si qua
Sed lon

Caras adit: videt hic stagnum lucentis ad imum
 Vsq; solum lymphæ. non illhic canna palustris,
 Nec steriles vlæ, nec acuta cuspide iunci:
 Perspicuus liquor est: stagni tamen vltima viuo
 Cespite cinguntur, semperq; virentibus herbis,
 Nympha colit, sed nec venatibus apta, nec arcus
 Flectere quæ soleat, nec quæ contendere cursu:
 Solaq; Naiadum celerim non nota Diane.
 Sape suas illi fama est dixisse sorores,
 Salmaci veliaculum, vel pictas sume pharetras,
 Et tua cum duris venatibus oia misce.
 Nec iaculum sumit, nec pictas illa pharetras,
 Nec sua cum duris venatibus oia miscet.
 Sed modo fonte suo formosos perluit artus,
 Sape Citoriaco deducit pectine crines.
 Et quid se deceat, spectatas consulit vndas.
 Nunc perlucenti circumdata corpus amictu,
 Mollibus aut folijs, aut mollibus incubat herbis,
 Sape legit flores, & tunc quoq; fortè legebat,
 Cum puerum vidit, visumq; optauit habere.
 Nec tamen antè adiit, & si properabat abire,
 Quàm se composuit, quàm circumspexit amictus,
 Et finxit vultum, & meruit formosa videri.
 Tunc sic orsa loqui: Puer ô dignissime credi
 Esse Deus: seu tu Deus es, potes esse cupido:
 Siue es mortalis, qui te genuere beati:
 Et mater felix, & fortunata profectò
 Si qua tibi soror est, & quæ dedit * vbera nutrix.
 Sed longè cunctis, longeq; beatior illa est,

Salmacis a-
 mat Herma-
 phroditum

* oscula

i s

Siquæ

Si qua tibi sponsa est, si quam dignabere tæda.
 Nunc tibi siue aliqua est, mea sit furtiua voluptas:
 Seu nulla est, ego sim, thalamumq; ineamus eundem,
 Nais ab his tacuit: pueri rubor ora notauit,
 Nescit quid sit amor, sed & erubuisse decebat.
 Hic color aprica pendentibus arbore * malis,
 Aut ebori tincto est, aut sub candore rubenti,
 Cum frustra resonant æra auxiliaria Luna.
 Poscenti Nymphæ sine fine sororia saltem
 Oscula, iamq; manus ad eburnea colla ferenti
 Desinis, aut fugio, tecumq; ait, ista relinquo.
 Salmacis extimuit, locaq; hæc tibi libera trado
 Hospes, ait: simulatq; gradu discedere verso.
 Tum quoq; respiciens fruticumq; recondita sylua
 Delituit, flexumq; genu summisit, at ille,
 Ut puer, & vacuus, & inobseruatus in herbis
 Huc it, & hinc illhuc, & in alludentibus vndis
 Summa pedum, taloq; tenus vestigia tingit.
 Nec mora, temperie blandarum captus aquarum
 Mollia de tenero velamina corpore ponit,
 Tum verò stupuit, nudeq; cupidine formæ
 Salmacis exarsit, flagrant quoq; lumina Nymphæ,
 Non aliter, quam cum puro nitidissimus orbe
 Opposita speculi referitur imagine Phœbus.
 Vixq; moram patitur, vix iam sua gaudia differt,
 Iam cupit amplecti, iam se male continet amens.
 Ille cauis velox applauso corpore palmis
 Desilit in latices, alternaq; brachia iactans
 In liquidis translucet aquis, ut eburnea siquis

*ipomis

Signa

Signa tegat, claro vel candida lilia vitro.
 Vicinus, & meus est, exclamat Nais, & omni
 Veste procul iacta, medijs immittitur vndis,
 Pugnantiq; tenet, luctantiaq; oscula carpit,
 Subiectatq; manus, * inuitaq; pectora tangit,
 Et nunc hac iuueni, nunc circumfunditur illhac,
 Deniq; nitentem contrà, elabiq; volentem
 Implicat vt serpens, quem regia sustinet ales.
 Sublimemq; rapit, pendens caput illa, pedesq;
 Alligat, & cauda spaciantes implicat alas:
 Virq; solent edera longos intexere truncos.
 Vtue sub aquoribus deprensus polypus hostem
 Continet, ex omni demissis parte flagellis.
 Perstat Atlantiades, sperataq; gaudia Nympha
 Denegat, illa premit, demissaq; corpore toto
 Sicut inharebat, pugnes licet improbe dixit.
 Non tamen effugies, ita Dij inbeatis, & istum
 Nulla dies à me, nec me diducat ab isto.
 Vota suos habuere Deos: nam mista duorum
 Corpora iunguntur, faciesq; inducitur illis
 Vna, velut si quis conducat cortice ramos,
 Crescendo iungi, pariterq; adolescere cernat.
 Sic vbi complexu coierunt membra tenaci,
 Nec duo sunt, sed forma duplex, nec sœmina dici.
 Nec puer vt possit, neutrumq; & vtrunq; videtur.
 Ergo vbi se liquidas, quò vir descenderat, vndas
 Seminare fecisse videt, mollitaq; in illis
 Membra manus tendens, sed iam non voce virili
 Hermaphroditus ait, nato date munera vestro,

* inuitaq;

Ex Hermaphrodito &
 Salmacide
 vnum cor-
 pus.

Et

Et pater & genitrix, amborum nomen habenti:
 Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde
 Semiur, & tactis subito mollescat in undis.
 Motus uterq; parens, nati rata verba biformis
 Fecit, & incerto fontem medicamine tinxit.

Finis erat dictis, & adhuc Mineia proles
 Urget opus, spernitq; Deum, festumq; profanat,
 Tympana cum subito non apparentia raucis
 Obstrepuere sonis, & adunco tibia cornu.
 Tinnulaq; æra sonant, & olent myrrhæq; crociq;
 Resq; fide maior, cœpere virescere tele,
 Inq; hedera faciem pendens frondescere vestis.
 Pars abit in *vites, & quæ modo fila fuerunt,
 Palnite mutantur, de stamine pampinus exit.
 Purpura fulgorem pictis accommodat vuis.
 Iamq; dies exactus erat, tempusq; subibat,
 Quod tu nec tenebras, nec posses dicere lucem,
 Sed cum luce tamen dubia consinia noctis.
 Tecta repente quati, pinguesq; ardere videntur
 Lampades, & rutilis collucent ignibus ædes,
 Falsaq; seuarum simulacra vlulare ferarum.
 Fumida iam dudum latitant per tecta sorores,
 Diuersæq; locis ignes, ac lumina vitant.
 Dumq; *petunt tenebras, paruos mēbrana per artus *tenent
 Porrigitur, tenuesq; includunt brachia penne.
 Nec qua perdiderint veterem ratione figuram
 Scire sinunt tenebræ. non illas pluma leuauit,
 Sustinuere tamen se perlucetibus alis.
 Conataq; loqui, minimam pro corpore vocem

Salmacis
 fons effe-
 minar

Mineides
 Thebanæ
 vespertilio-
 ues.

* frondei

* tenent

Emit-

Emittu
 Testag
 Nocte v

Lun
 chi nu
 liberis
 prom
 Erin
 nomi



preci
 gem
 mini
 statin

*Emittunt, peraguntq³ leues stridore querelas.
Tectaq³ non syluas celebrant, lucemq³ perosa
Nocte volant, seroq³ tenent à vespere nomen.*

*Velpertilio
nesa vespere.*

FAB. VI. ARGVMENTVM.

Ino (grauiter ferens, quòd Ino, Cadmi filia, Bacchi nutrix, sororibus punitis, cum duobus remaneret liberis in vita, contemtrix numinis sui) per Tænarum promontorium Peloponnesi inferorum sequens iter ad Erinnyes vltices impiorum descendit, & vnam è furijs nomine Tifiphonem excitauit, eidemq³ adiunctis tam



precibus quàm minis seriò institit, vt Athamanta regem Thebarum vnà cum Ino coniuge aduersarios numinis sui, vlcisceretur. cuius imperium Dea Tartarea statim expediuit.

Tum

Tum verò totis Bacchi memorabile Thebis
 Numen erat, magnasq; noui matertera vires
 Narrat vbiq; Dei, de totq; sororibus expers
 Vna doloris erat, nisi quem fecere sorores.
 Aspicit hanc natis, thalamoq; Athamantis habentem
 Sublimes animos, & alumni numine Iuno,
 Non tulit, & secum: potuit de pellice natus
 Vertere Maonios, pelagóq; immergere nautas,
 Et laceranda sue nati dare viscera matri,
 Et triphces operire nouis Mineidas alis,
 Nil poterit Iuno, nisi inultos flere dolores,
 Idq; mihi satis est: hac vna potentia nostra est.
 Ipse docet quid agam, fas est & ab hoste doceri.
 Quidq; furor valeat Pentheia cede, satisq;
 Ac super ostendit, cur non stimuletur, eatq;
 Per cognata suis exempla sororibus Ino?
 Est via decliuis funesta nubila taxo,
 Ducit ad infernas per * multa silentia sedes,
 Styx nebulas exhalat iners, ymbráq; recentes
 Descendunt illhac, simulacráq; functa sepulchris.
 Pallor, hyemsq; tenent latè loca senta: nouiq;
 Quà sit iter, manes, Stygiam quod ducat ad urbem,
 Ignorant, vbi sit nigri fera regia Ditis.
 Mille capax aditus, & apertas vndiq; portas
 Vrbs habet, vtq; fretum de tota flumina terra,
 Sic omnes animas locus accipit ille, nec vlli
 Exiguus populo est, turbamue accedere sentit.
 Errant exangues sine corpore, & osibus ymbra.
 Parsq; forum celebrant, pars imi tecta tyranni,

Ino, & Me-
 licites Dii
 maris facti,
 Leucothea
 Pelamona;
 disti.

* muta

Infectorum
 descriptio.

Pars

Pars a
 Exerce
 Sustin
 (Tant
 Quò si
 Intren
 Et tres
 Noctē
 Carcer
 Deq; si
 Quam
 Surrex
 Viscer
 Iugeri
 Depres
 Aut pe
 Voluit
 Moliri
 Asidu
 Quos o
 Vidit,
 Sisyph
 Perpet
 Regia
 Spreu
 Quig;
 Staret
 Imper
 Sollicit

Pars aliquas artes antiquæ imitamina vitæ
 Exercent, aliam partem sua pœna coërcet.
 Sustinet ire illuc cœlesti sede relicta,
 (Tantum odijs, iræq; dabat) Saturnia Iuno.
 Quò simul intrauit, sacroq; à corpore pressum
 Intremuit limen, tria Cerberus extulit ora,
 Et tres latratūs simul edidit. illa sorores
 Noctē vocat genitas, graue & implacabile numen.
 Carceris ante fores clausas adamante sedebant,
 Deq; suis atros pectebant crinibus angues:
 Quam simul agnorunt inter caliginis vmbas,
 Surrexere Deæ. sedes scelerata vocatur.
 Viscera præbebat Tityus lanianda, nouemq;
 Iugibus distractus erat. tibi Tantale nulla
 Deprenduntur aquæ. quæq; imminet, effugit arbor.
 Aut petis, aut vrges ruiturum Sisyphæ saxum.
 Voluitur Ixion, & se sequiturq;, fugitq;.
 Moliriq;, suis letum patrue libus ausæ
 Assidue repetunt, quas perdunt Belides vndas.
 Quos omnes facie postquam Saturnia torua
 Vidit, & ante omnes Ixiona, rursus ab illo
 Sisyphon aspiciens, cur hic è fratribus, inquit,
 Perpetuas patitur pœnas? Athamanta superbum
 Regia diues habet, qui me cum coniuge semper
 Spreuit, & exponit causas odiq; viq;.
 Quicq; velit, quod vellet, erat, nec regia Cadmi
 Staret, & in facinus traherent Athamanta *furores *sorores
 Imperium, promissa, preces confundit in vnum,
 Solicitatq; Deas. sic hæc Iunone locuta,

Cerberus
triceps.

Tityus
Tantalus.

Sisyphus.
Ixion.

Danaides.

Tisi-

Tisiphone canos, vt erat turbata, capillos
 Mouit, & extantes deiecit ab ore colubros,
 Atq; ita, non longis opus est ambagibus, inquit:
 Facta puta, quacung; iubes. inamabile regnum
 Desere, teq; refer cœli melioris ad auras.

FAB. VII. ARGVMENTVM.

Tisiphone vna ex Eumenidibus Iunonis imperio
 parens, relicta Ditis regia, sese ad superos recepit. Quæ
 postquam ad aulam Athamantis peruenit, in sinum
 eius & coniugis horribiles angues, & virus effudit,
 quibus animi eorum corporibus haud infectis, gra-



uissimè sunt læsi: tantòque furore perciti, vt sensus
 amborum prorsus à pristinis moribus alienati fue-
 rint,

rint, &
 mos cru

Lata
 Rotatis l
 Nec mon
 Importu
 Induitu
 Egredit
 Et pauon
 Limine
 Aeolij, p
 Solq; loc
 Territu
 Obstuti
 Nexaq;
 Casarie
 Parsq;
 Sibila d
 Inde du
 Pestifer
 Inoosq;
 Inspira
 Vlla fen
 Attrulen
 Oris Ca
 Errores
 Et scelu
 Omnia
 Coker.

rint, & ipsi tandem vnà cum liberis miserri-
mos cruciatus pertulerunt.

Lata redit Iuno, quam cœlum intrare parantem
Roratis lustrauit aquis Thaumantias Iris.

Nec mora, Tisiphone madefactam sanguine sumit

Importuna facem, fluidoq; cruore rubentem

Induitur pallam, tortoq; incingitur angue,

Egrediturq; domo, luctus comitatur euntem,

Et pavor, & terror, trepidôq; insania vultu.

Limine confiterat, postes tremuisse feruntur

Aeoli, pallorq; fores infecit acernas,

Solq; locum fugit, monstris exterrita coniux,

Territus est Athamas, tectôq; exire parabant.

Obstitit infelix, aditumq; obsedit Eriunys,

Nexaq; vipereis distendens brachia nodis

Cæsariem excussit, motæ sonuere colubræ.

Parsq; iacent humeris, pars circum pectora lapsæ

Sibila dant, saniemq; vomunt, linguisq; coruscant.

Inde duos medijs abruptit crinibus angues,

Restiferaq; manu raptos immisit. At illi

Inoosq; sinus, Athamantheosq; pererrant,

Inspirantq; graues animos, nec vulnera membris

Vlla ferunt: mens est, quæ * diros sentiat ictus.

* duos

Attulerat secum liquidi quoq; monstra veneni,

Oris Cerberei spumas, & virus Echidnæ,

Errorosq; vagos, cæcæq; obliuia mentis,

Et scelus, & lachrymas, rabiemq; & cædis amorem,

Omnia trita simul, quæ sanguine * mista recenti

* iuncta

Coxerat ere cauo viridi versata cicuta.

k

Dumq;

*Dumq; pauent illi, vertit furiale venenum
 *Pectus in amborum, præcordiaq; intima mouit.
 Tum face iactata per eundem sapius orbem,
 Consequitur motis velociter ignibus ignes,
 Sic vixitrix, iussiq; potens ad mania magni
 Regna redit Ditis, sumptumq; recingitur anguem.*

* Vultus

FAB. VIII. ARGVMENTVM.

Athamas à Tisiphone Dea infernali vnà cum
 vxore ad infaniam redactus, Learchum filium
 suum, quasi in venatione pro fera, interficit.
 Ino autem Melicertam filium è scopulo secum
 in profundū æquor præcipitauit. Qui Veneris
 precibus pro nepote factis, à Neptuno pelagi
 rectore, in Deorum celsère numerū, ita vt Meli-
 certa Palamon, & Ino Leucothoe inter maxi-
 mos Deos nuncuparentur. Comites verò Inus
 partim lapides, partim volucres euasere.

*Protinus Aeolides media furibundus in aula
 Clamat Io comites, his retia tendite syluis:
 Hic modò cum gemina visa est mihi prole leana,
 Vtq; fera, sequitur vestigia coniugis amens,
 Deq; sinu matris ridentem, & parua Learchum
 Brachia tendentem rapit, & bis terq; per auras
 More rotat funda, rigidog; infantia saxo
 Discutit ora ferox, tum deniq; concita mater,
 Seu dolor hoc fecit, seu sparsi caussa veneni,
 Exululat, sparsisq; fugit male sana capillis:
 Teq; ferens paruum nudis Melicerta lacertis,*


Athamas fa-
 rens vxorē
 & filium Le-
 archum in-
 terfecit.

Euohē

Euohē B
Risit, &

Innum
 Fluctib
 Summ
 Occup
 Seq; su
 Mittit
 At Ven
 Sic pat
 Proxi
 Magna
 Iactar
 Et Dy

*Euobæ Bacche sonat. Bacchi sub nomine Iuno
Risit, & hos usus præstet tibi, dixit, alumnus.*



*Imminet æquoribus scopulus, pars ima cauatur
Fluctibus, & tectas defendit ab imbris vnda,
Summarigent, frontemq; in apertū porrigit æquor.
Occupat hunc (vires insania fecerat) Ino,
Seq; super pontum nullo tardata timore
Mittit, onusq; suum: percussa recanduit vnda.
At Venus immerita neptis miserata labores,
Sic patruo blandita suo est: ô numen aquarum,
Proxima cui cælo cessit Neptune potestas,
Magna quidem posco, sed tu miserere meorum,
Iactari quos cernis in Ionio immenso,
Et Djs adde tuis: aliqua & mihi gratia ponto est,*

k 2

S6

Si tamen in medio quondam concreta profundo
 Spuma fui, gratumq; manet mihi nomen ab illa.
 Annuit oranti Neptunus, & abstulit illis
 Quod mortale fuit, maiestatemq; verendam
 Imposuit, nomenq; simul, faciemq; nouauit.
 Leucotheaq; Deum cum matre Palemona dixit.

Sidonie comites quantum valuere secuta
 Signapedum, primo videre nouissima saxo.
 Nec dubium de morte rata, Cadmeida palmis
 Deplanxere domum, scissis cum veste capillis.
 Utq; parum iusta, nimiumq; in pellice saue
 Inuidiam fecere Dee, conuicia Iuno
 Non tulit, & faciam vos ipsas maxima, dixit,
 Sautiae monumenta mea, res dicta secuta est.
 Nam qua precipue fuerat pia, persequar, inquit,
 In freta reginam, saltumq; datura, moueri
 Haud nusquam potuit, scopuloq; affixa cohaesit.
 Altera dum solito tentat plangore ferire
 Pectora, tentatos sensit riguisse lacertos.
 Illa manus, ut forte tetenderat in maris vndas,
 Saxeafacta manus in easdem porrigit vndas.
 Huius ut arreptum laniabat vertice crinem,
 Duratos subito digitos in crine videres.
 Quo quaq; in gestu deprensa est, haesit in illo.
 Pars volucres facta, quae nunc quoq; gurgite in illo
 Aequora distringunt summis * Cadmeides alis.

FAB. IX. ARGVMENTVM.

Cadmus Agenoris filius, varijs suorum
 calamitatibus & infortunijs vexatus, The-
 barum

Inus comites
 Sidonia
 in saxa, &
 aucs.

Matrons
 Thebanas
 in saxa &
 volucres.

* Minerva
 des

barum
 neris fil
 tulit, v
 tebatur
 re, & r
 laedend



Ne
 Aequo
 Victus
 Condi
 Non s
 Contr
 Iamq;
 Fata

barum sedem perosus, vnâ cum Hermione, Martis & Veneris filia, coniuge sua inde recessit, sêq; in Illyriam contulit, vbi cum vxore à Dîs in speciem Draconis conuertebatur, qui ambo deinceps in sylvarum latebras repse-
re, & memores adhuc humanæ formæ ab hominibus lædendis abstinuerunt.



Nescit Agenorides natam, paruumq; nepotem
Aequoris esse Deos. luctu serieq; malorum
Victus, & ostentis, quæ plurima viderat, exit
Conditor vrbe sua, tanquam fortuna locorum,
Non sua se premeret, longisq; erroribus actus
Contigit Illyricos profuga cum coniuge fines.
Iamq; malis annisq; graues dum prima retractant
Fata domus, releguntq; suos sermone labores,

Cadmus &
Hermione
in draco-
nes.

k 3

Num

Num sacer ille mea traiectus cuspide serpens
 Cadmus ait fuerat tum, cum Sidone profectus
 Vipereos sparsi per humum noua semina dentes?
 Quem si cura Deum tam certa vindicat ira,
 Ipse precor serpens in longam porrigar aluum.
 Dixit, & ut serpens in longam tenditur aluum,
 Durat aq₃ cuti squamas increfcere sentit,
 Nigra q₃ ceruleis variari corpora guttis.
 In pectus q₃ cadit pronus, commista q₃ in vnum
 Paulatim tereti tenuantur acutune crura.
 Brachia iam restant, quæ restant brachia tendit,
 Et lacrymis per adhuc humana fluentibus ora,
 Accede o coniux, accede miserrima, dixit:
 Dum q₃ aliquid superest deme, me tange, manum q₃
 Accipe dum manus est, dum non totum occupat anguis.
 Ille quidem vult plura loqui, sed lingua repente
 In partes est fissa duas. nec verba loquenti
 Sufficiunt, quoties q₃ aliquos parat eder: questus,
 Sibilat: hanc illi vocem natura reliquit.
 Nuda manu feriens exclamat pectora coniux,
 Cadme mane, tē q₃ infelix his exuc monstis.
 Cadme qd hoc? vbi pes? vbi sunt humeri q₃, manus q₃?
 Et color, & facies? & dum loquor, omnia? cur non
 Me quoq₃ cælestes in eundem vertitis anguem?
 Dixerat, ille suæ lambebat coniugis ora,
 In q₃ sinus charos, veluti cognosceret, ibat.
 Et dabat amplexus, assuet aq₃ colla petebat.
 Quisquis adest (aderant comites) terretur. at illis
 Lubrica *perlucet cristati colla draconis:

* permal-
 Et cent

Et subit
 Donec
 Nunc q
 Quid q₃
 Sed
 Magna
 India,
 Solus
 Acris
 Argoli
 Non p
 Persea
 Mox t
 Tam v
 Pœnit
 Vipere
 Aëra
 Cum
 Gorgo
 Quas
 Vnde

seu
 The
 respo
 geni
 tum
 tegr

Et subito duo sunt, iunctoque volumine serpunt,
Donec in oppositi nemoris subiere latebras.
Nunc quoque nec fugiunt homines, nec vulnere ledunt.
Quidque prius fuerint, placidi meminere dracones:

Sed tamen ambobus versa solatia forma
Magna nepos dederat, quem debellata colebat
India, quem positus celebrabat Achaia templis.
Solutus Abantiades, ab origine cretus eadem,
Acrisius superest, qui mœnibus arceat urbis
Argolicae, contraque Deum ferat arma, genusque
Non putat esse Deum. neque enim Iouis esse putabat
Persea, quem pluuio Danaë conceperat auro.
Mox tamen Acrisium (tanta est praesentia veri)
Tam violasse Deum, quam non agnosce nepotem
Pœnitet. impositus iam cœlo est alter, & alter
Viperei referens spoliū memorabile monstri
Aëra carpebat tenerum stridentibus alis.
Cumque super Libycas victor pendere arenas,
Gorgonei capitis gutta cecidere cruenta,
Quas humus exceptas varios animauit in angues,
Vnde frequens illa est, infestaque terra colubris.

Gutta sanguinis
capitis Medusae
in ferpentem.

Perseus ex
pluuio auri
concebitur.


FAB. X. ARGUMENTVM.

Atlas rex Mauritaniae Iapeti & Pleiones
seu (vt quidam volunt) Clymenes filius à
Themide, quæ initio Antistes Deorum erat,
responsū accepit, ne quem hospitio ex pro-
genie Iouis susciperet, si modò vellet hor-
tum, in quo poma erant aurea, saluum & in-
tegrum retinere. Cum igitur eam ob cau-
sam

sam Perseo, ex assiduo cursu defatigato, requiescendi apud se locum denegasset, is prolatum ei caput Gorgonis obiecit: quo viso, Atlas in montem eiusdem nominis est transmutatus.

*Inde per immensum ventis discordibus actus
Nunc huc, nunc illuc exemplo nubis aquosæ
Fertur, & ex alto seductas * at here longè
Despectat terras, totumq; superuolat orbem.
Ter gelidas Arctos, ter Cancri brachia vidit:*

Atlas in
montē sui
nominis.
* æquore



*Sape sub occasus, saepe est ablati in ortus.
Iamq; cadente die veritus se credere nocti
Constitit Hesperio regnis Atlantis in orbe.
Exiguamq; petit requiem, dum Lucifer ignes*

Euo-

Euocet Aurora, cursuq³ Aurora diurnos.
 Hic hominum cunctis ingenti corpore prastans
 Iapetionides Atlas fuit. vltima tellus
 Rege sub hoc, & pontus erat, qui Solis anhelis
 Aequora subdit equis, & fessos excipit axes.
 Mille greges illi, totidemq³ armenta per herbas
 Errabant, & humum vicinia nulla premebat.
 Arborea frondes auroradiante nitentes,
 Ex auro ramos, ex auro poma ferebant.
 Hospes ait Perseus illi, seu gloria tangit
 Te generis magni, generis mihi Iuppiter autor :
 Siue es mirator rerum, mirabere nostras.
 Hospitium, requiemq³ peto. memor ille vetusta
 Sortis erat : dederat Themis hanc Parnassia sortem :
 Tempus Atla veniet, tua quo spoliabitur auro
 Arbor, & hunc prae de titulum Ioue natus habebit.
 Id metuens solidis pomaria clauferat Atlas
 Montibus, & vasto dederat seruanda draconi,
 Arcebatq³ suis externos finibus omnes.
 Hinc quog³ vade procul ne longè gloria rerum,
 Quas mentiris, ait, longè tibi Iuppiter absit.
 Vimq³ minis addit, manibusq³ expellers tentat
 Cunctantem, & placidis miscentem fortia dictis
 Viribus inferior. quis enim par esset Atlantis
 Viribus ? at quoniam parui tibi gratia nostra est,
 Accipe munus, ait : leuaq³ à parte Medusæ
 Ipse retrouersus squallenti protulit ora,
 Quantus erat, mons factus Atlas : nam barba comaq³
 In syluas abeunt, iuga sunt humeriq³ manusq³.

Atlas rex
 Mauritaniz.

Draco ob-
 seruans an-
 tea mala.

Atlas in mō
 tem.


k s

Quod

*Quod caput antè fuit, summo est in monte cacumen,
 Ossa lapidis fiunt. tum partes * altus in omnes * ætius
 Creuit in immensum, sic Dij statuistis, & omne
 Cum tot sideribus cælum requieuit in illo.*

FAB. XI. ARGUMENTVM.

Perseus per Aethiopiam iter faciens, postquam Andromedam propter superbiam matris, quæ se Nereidum Nympharum pulchritudini prætulerat, saxo alligatam, ac marinæ beluæ obiectam vidit, captus specie eius exarsit. Faciens igitur pactionem cum Cepheo, Iasi filio, Aethiopum rege, & Cassiopea parentibus virginis, vt si



beluam interemisset, ea sibi matrimonio traderetur confestim draconem telis suis transfodit, & hac ratione puellam est adeptus.

Claufe.

Clauserat Hippotades aeterno carcere ventos,
 Admonitorq; operum cœlo clarissimus alto
 Lucifer ortus erat. pennis ligat ille resumptis
 Parte ab vtrag; pedes, telog; accingitur vnco,
 Et liquidum motis talaribus aëra findit.
 Gentibus innumeris circumq; infrag; relictis,
 Aethiopum populos, Cepheag; conspicit arua.
 Illic immeritam maternæ pendere linguae
 Andromedam pœnas iniustus iusserat Ammon.
 Quam simul ad duras religata brachia cautes
 Vidit Abantiades, nisi quod leuis aura capillos
 Mouerat, & tepido manabant lumina fletu,
 Marmoreum ratus esset opus. trahit inscius ignes,
 Et stupet, * eximie correptus imagine formæ,
 Pene suas quater est oblitus in aëre pennas,
 Ut stetit, ô, dixit, non istis digna catenis,
 Sed quibus inter se cupidi iunguntur amantes.
 Pande requirenti nomen terræq;, tuumq;, ,
 Et cur vincla geras. primò filet illa, nec audent
 Appellare virum virgo, manibusq; modestos
 Celasset vultus, si non religata fuisset:
 Lumina, quod potuit, lacrymis impleuit abortis.
 Sæpius instanti, suâne delicta fateri
 Nolle videretur, nomen terræq;, suumq;, ,
 Quantâq; maternæ fuerit fiducia formæ
 Indicat, nondum memoratis omnibus, vnda
 Insonuit, veniensq; immenso bellua ponto
 Imminet, & latum sub pectore possidet æquor.
 Conclamat virgo: genitor lugubris, & vnâ

Virgæ sub-
 iecta capiti
 Medusæ in
 corallium la-
 pidem,

Androme-
 da obiecta
 belluæ ma-
 rinæ.

* & vise

Mater

Mater adest, ambo miseri, sed iustus illa:
 Nec secum auxilium, sed dignos tempore fletus
 Plangoremq; ferunt, vinctoq; in corpore adherent.
 Tunc sic hospes ait, lacrymarum longa manere
 Tempora vos poterunt: ad opem brevis hora *ferenda *feren-
 Hanc ego si peterem Perseus Ioue natus, & illa, (est. dam
 Quam clausam implevit fecundo Iuppiter auro,
 Gorgonis anguicomæ Perseus superator, & alis
 Aethereas ausus iactatis ire per auras,
 Praeferrer cunctis certè gener: addere tantis
 Dotibus & meritum (faueant modo numina) tento.
 Ut mea sit, seruat a me virtute, paciscor.
 Accipiunt legem (quis enim dubitaret?) & orant,
 Promittuntq; super regnum dotale parentes.
 Ecce velut naui prae fixo concita rostro
 Sulcat aquas iuuenum sudantibus acta lacertis,
 Sic fera dimotis impulsu pectoris vndis
 Tantum aberat scopulis, quantum balearica torto
 Funda potest plumbo medij transnittere cæli,
 Cum subito iuuenis pedibus tellure repulsa
 Arduus in nubes abiit, & in equore summo
 Vmbræ viri visa est: visam fera seuit in umbram,
 Utq; Iouis præpes, vacuo cum vidit in aruo
 Præbentem Phæbo liuentia terga draconem.
 Occupat aduersum, ne seuæ retorqueat ora,
 Squamigeris auidos figit cervicibus ungues,
 Sic celeri misso præceps per inane volatu
 Terga fera præsit, dextroq; frementis in armo
 Inachides ferrum curuo tenus abdidit hamo.

Vulne-

Vulnere laesa graui modo se sublimis in auras
Attollit, modo subdit aquis, modo more ferocis
Versat apri, quem turba canum circumsona terret.
Ille auidos morsus velocibus effugit alis,

Quaę patent nunc terga cauis super obsita conchis,
Nunc laterum costas, nunc qua tenuissima cauda
Desinit in piscem falcato vulnerat ense.

Bellua puniceo mistos cum sanguine fluctus
Ore vomit. maduere graues aspergine pennę,
Nec bibulis vltrā Perseus talaribus ausus

Credere: conspexit scopulum, qui vertice summo
Stantibus extat aquis, operitur ab equore moto.

Nixus eo, rupisq; tenens iuga prima sinistra
Ter quater exegit repetita per ilia ferrum.

Littora cum clausu clamor, superasq; Deorum
Impleuere domos: gaudent, generumq; saluant,

Auxiliumq; domus, seruatoremq; fatentur
Castiope, Cepheusq; pater, resoluta catenis

Incedit virgo preciumq; & caussa laboris.
Ipse manus hausta victrices abluit vnda,

Anguiserumq; caput dura, ne ledat, arena,
Mollit humum folijs, natasq; sub equore virgas

Sternit, & imponit Phorcynidos ora Medusę.
Virga recens, bibulaq; etiam nunc viuā medulla

Vim rapuit monstri, tactuq; induruit huius,
Percepitq; nouum ramis, & fronderigorem.

At Pelagi Nymphę factum mirabile tentant
Pluribus in virgis, & idem contingere gaudent:

Seminatq; ex illis * iterant iactata per vndas,


Nunc * ut erant

Nunc quoq³ coralijs eadem natura remansit,
 Duritiem tacto capiant vt ab aëre, quodq³
 Vimen in aquore erat, fiat super aquora saxum.

Virgæ in co
 ralia.

FAB. XII. ARGVMENTVM.

Medusa Gorgo Phorci filia, cum propter pulchritudinem à pluribus peteretur, coniugium Neptuni effugere non potuit. Hæc quia in templo Mineruæ cum ipso concubuit, ob loci profanationem ipsius crines in serpentes sunt mutati, quos quicumq³ deinceps aspexerat, in saxum conuersus est. Perseus igitur ei dormienti reclus scuto Palladis caput abscidit. post insidens Pegaso, quem ex Neptuno Medusa peperit, in varias hinc inde regiones auctus est.



Dys tribus ille focos totidem de cespite ponit,

Leuvm

Laeuum Mercurio, dextrum tibi bellica virgo:
 Ara Iouis media est: mactatur vacca Mineruae,
 Alipedi vitulus, taurus tibi summe Deorum.
 Protinus Andromeden, & tanti pramiae facti
 Indotata rapit, tadas Hymeneus amorq;
 Precipiunt, largis satiantur odoribus ignes,
 Sertaq; dependent tectis, & vbiq; lyraq;
 Tibiaq; & cantus animi felicia lati
 Argumenta sonant: reſeratis aurea valuis
 Atria tota patent, pulchroq; instructa paratu,
 Cephēni procēres ineunt conuiuiā regis.
 Postquam epulis functi, generosi munere Bacchi
 Dissudere animos: cultusq;, genusq; locorum
 Querit Abantiades. querenti protinus vnus
 Narrat Lyncides, moresq;, habitumq; virorum.
 Quod simul edocuit, nunc o fortissime, dixit,
 Fare precor Perſeu, quanta virtute, quibusq;
 Artibus abstuleris crinita draconibus ora.
 Narrat Abantiades, gelido sub Atlante iacentem
 Eſſe locum ſolidē tutum munimine molis,
 Cuius in introitu geminas habitasse ſorores
 Phorcydas vnus fortitas luminis vsum.
 Id se ſolerti, furtim dum traditur, aſtu
 Suppoſita cepiſſe manu, perq; abdita longē,
 Deuiāq;, & ſyluis horrentia ſaxa fragoſis
 Gorgoneas tetigisse domos, paſſimq; per agros
 Perq; vias viſiſſe hominum ſimulacra, ſerarumq;
 In ſilicem ex ipſis viſa conuerſa Meduſa,
 Se tamen horrenda clypei, quem laeuā gerebat,

Meduſe cri-
 nes in ſere-
 pentes.

Nuptiæ Per-
 ſei & An-
 dromedæ.

Aetæ

ga in co
a.

ritudi-
 fugere
 o con-
 pētes
 ſaxum
 ſcuto
 em ex
 giones



auum

*Aere percussio formam aspexisse Medusæ.
 Dumq³ grauis somnus colubros, ipsamq³ tenebat,
 Eripuisse caput collo, pennisq³ fugacem
 Pegasus, * fratrem matris de sanguine natos.
 Addidit & longi non falsa pericula cursus,
 Quæ freta, quas terras sub se vidisset ab alto,
 Et quæ iactatis tetigisset sidera pennis.
 Ante expectatum tacuit, tamen excipit vnus
 Ex numero procerum, quærens cur vna sororum
 Gesserit alterius immistos crinibus angues.
 Hospes, ait, quoniam scitaris digna relatu,
 Accipe quæ sit causam, clarissima forma,
 Multorumq³ fuit spes inuidiosa procorum
 Illa, nec in tota conspectior vlla capillis
 Pars fuit, inueni, qui se vidisse referrent.
 Hanc pelagi rector templo vitiasse Mineruæ
 Dicitur, auersa est, & castos ægide vultus
 Nata Iouis texit, neue hoc impune fuisset,
 Gorgoneum crinem turpes mutauit in hydros.
 Nunc quoq³, vt attonitos formidine terreat hostes,
 Pectore in aduerso, quos fecit, sustinet angues.*

P. OVIDII NASO-
NIS METAMORPHO-
seon Liber V.

FAB. I. ARGVMENTVM.


Cùm Perseus Andromedem interfecta be-
 lua periculo mortis liberasset, Pater, prout
 antè

promiss
 bratis i
 terfuer
 da priu
 quod a
 conuiu
 ex vtra



D
 Atria
 Qui
 Ing
 Asin

promiserat, ipsi filiam in matrimonium tradidit. Celebratis igitur nuptiis, multi principes regalibus epulis interfuerunt. Phineus autem Cephei frater, cui Andromeda prius desponsata erat, contumelia se affectum putans, quod aduenæ consanguineus esset postpositus, inter conuiuandum horribilem tumultum excitauit, in quo ex utraque parte plurimi sunt interfecti.



D Vm̄q; ea Cephenum medio Danaëus heros
 Agmine commemorat: fremitu regalia turba
 Atria complentur, nec * coniugialia festa
 Qui canat, est clamor, sed qui fera nunciet arma.
 Inq; repentinos conuiuia versa tumultus
 Assimulare freto possis, quod seua quietum

* connubialia.

Vento-

*Ventorum rabies motis exasperat vndis.
 Primus in his Phineus belli temerarius autor
 Fraxineam quatiens aratæ cuspidis hastam,
 En, ait, en adsum prærepta coniugis ultor.
 Nec mihi te penna, nec falsum versus in aurum
 Iuppiter eripiet. conanti mittere, Cepheus
 Quid facis: exclamat: quæ te germane furem
 Mens agit in facinus? meritisne hæc gratia tantis
 Redditur? hac vitam seruata dote rependus?
 Quam tibi non Perseus, verum si quæris, ademit,
 Sed graue Nereidum numen, sed corniger Ammon,
 Sed quæ visceribus veniebat bellua ponti
 Exaturanda meis, illo tibi tempore rapta est,
 Quo peritura fuit: nisi si crudelis id ipsum
 Exigis vt pereat, luctuq; leuabere nostro.
 Scilicet haud satis est, quod te spectante reuincta est,
 Et nullam quod opem patruus, sponsusue tulisti,
 Insuper à quoquam quod sit seruata dolebis?
 Framiag; eripies? quæ si tibi magna videntur,
 Ex illis scopulis, vbierant affixa, petisses.
 Nunc sine qui petijt, per quem hæc non orba senectus,
 Ferre, quod & meritis, & voce est pactus, eumq;
 Non tibi, sed certè prelatum intellige morti.
 Ille nihil contrà, sed & hunc, & Persea vultu
 Alterno spectans petat hunc ignorat, an illum,
 Circinctusq; breui contortam viribus hastam,
 Quantas ira dabat, nequicquam in Persea mist.
 Vt stetit illa toro, stratis tum deniq; Perseus
 Exiliq; telôq; ferox inimica remisso*

Pectora

Tumultus
 elegans de
 scriptio.

Tumultus
elegans de
scriptio.

Pectora rupisset, nisi post altaria Phineus
Iffet. & indignum, scelurato profuit ara.

Fronte tamen Rhœti non irrita cuspis adhaesit:
Qui postquam cecidit, ferrumq³ ex offe reuulsum est,
Calcitrar, & positas aspergit sanguine mensas.

Tum verò indomitas ardescit vulgus in iras,
Te laq³ conijciunt: & sunt qui Cephea dicant
Cum genero debere mori, sed limine tecti
Exierat Cepheus, testatus iusq³, fidemq³,
Hospitijq³ Deos, ea se prohibente moueri.

Bellica Pallas adest, & protegit egide fratrem,
Datq³ animos. erat Indus Atys, quem flumine Gange
Edita Limniace vitreis peperisse sub vndis

Creditur, egregius forma, quam diuitem cultu
Augebat bis adhuc octonis integer annis,
Indutus chlamydem Tyriam, quam limbus obibat
Aureus, ornabant aurata monilia collum,

Et madidos myrrha curuum crinale capillos.
Ille quidem iaculo quamuis distantia misso
Figere doctus erat, sed tendere doctior arcus.

Tum quoq³, lenta manu flectentem cornua Perseus
Stipite, qui media positus fumabat in ara,
Perculit, & fractis confudit in osibus ora.

Hunc ubi sædatis iactantem in sanguine vultus
Assyrius vidit Lycabas iunctissimus illi,
Et comes, & veri non dissimulatur amoris,
Postquam exhalantem sub acerbo vulnere vitam
Deplorauit Atyn, quos ille tetenderat arcus
Arripit, & mecum tibi sint certamina, dixit,

1 2

Nec

Nec longum pueri fato latabere, quo plus
 Inuidia, quàm laudis habes, hæc omnia nondum
 Dixerat, emicuit neruo penetrabile telum,
 Vitatumq; tamen sinuosa veste pependit.
 Vertit in hunc harpen * madesactam cæde Medusæ * spectat
 Acrisfoniades, adigitq; in pectus. at ille
 Iam moriens oculis sub nocte natantibus atra
 Circumspectit Atyn, seq; acclinavit ad illum,
 Et tulit ad manes iunctæ solatia mortis.
 Ecce Suenites genitus Methicne Phorbas,
 Et Libys * Amphimedon audi committere pugnam; * Amphim
 Sanguine quæ latè tellus madesacta tepebat, menon
 Conciderant lapsi: surgentibus obstitit ensis
 Alterius costis, iugulo Phorbantis adactus,
 At non Actoriden Erithum, cui lata bipennis
 Telumerat, admoto Perseus petit ense, sed altis
 Extantem signis, multaq; in pondere massæ
 Ingentem manibus tollit cratêra duabus.
 Infligitq; viro, rutilum vomit ille cruorem,
 Et resupinus humum moribundo vertice pulsat.
 Inde Semiramio Polydamaona sanguine cretum,
 Caucauseumq; Abarim, Sperchesiadenq; Lycetum,
 Inconsumq; comas Elicen, Phlegyamq;, Clytumq;
 Sternit, & extractos morientum calcât acervos.
 Nec Phineus ausus concurrere comminus hosti,
 Intorquet iaculum, quod detulit error in Idam
 Expertem frustra belli, & neutra arma secutum.
 Ille tuens oculis immitem Phinea toruis, (neu,
 Quandoquidem in partes, ait, abstrahor, accipe Phi-
 Quem

Quem fecisti hostem, pensa q̃, hoc vulnere vulnus.

Iamq̃ remissurus tractum de * corpore telum

* vulnere

Sanguine defectos cecidit collapsus in artus.

Hic quoq̃ Cephenum post regem primus Odites

Ense iacet Clymeni. Protenora percutit Hypseus,

Hypsea Lycides. fuit & grandaeus in illis

Emathion æqui cultor, timidusq̃ deorum:

Qui quoniam prohibent anni bellare, loquendo

Pugnat, & incessit, scelerataq̃ deuouet arma.

Huc Cromis amplexo tremulis altaria palmis

Decutit ense caput, quod protinus incidit ara,

Emathlon

Atq̃ ibi semianimis verba execrantia lingua

cadit.

Edidit, & medios animam expirauit in ignes.

Hinc gemini fratres, * Proteasq̃, & castibus Ammō, * Brotea

Inuicti, vinci si possent castibus enses,

Phinea cecidere manu, Cererisq̃ sacerdos

Alphitus albentivelatus temporavitta.

Tu quoq̃ Lampetide non hos adhibendus ad vsus,

Sed qui pacis opus citbaram cum voce moueres,

Iussus eras celebrare dapes, festumq̃ canendo

Quem proculastantē, plectrumq̃, imbelle tenentem

* Pettalus irridens, Stygijs cane cætera dixit

* Pentalus

Manibus, & lauo mucronem tempore fixit.

Concidit, & digitis morientibus ille retentat

Fila lyrae, casuq̃ * fuit miserabile carmen.

* canit mi

Non finit hunc impune ferox cecidisse Lycormas,

rabile

Raptaq̃, de dextro robusta repagula poste

Osibus * illisit mediæ cervicis, ut ille

* immisit

Procubuit terræ mactati more iuueni,

Demere tentabat leui quoq; robora possis
 Cinyphius Pelathas, tentanti dextera fixa est
 Cuspide Marmaride Coriri, lignoq; cohasit:
 Herenti latus hausit Abas: nec corruiit ille,
 Sed retinente manu moriens è poste pependit.
 Sternitur & Melanens Perseia castra secutus,
 Et Nasamoniaci Dorilas ditissimus agri,
 Diues agri Dorilas, quo non possederat alter
 Latius, aut totidem tollebat farris acervos,
 Huius in obliquo missum stetit inguine ferrum.
 Letifer ille locus. quem postquam vulneris autor
 Singultantem animam, & versantem lumina vidit
 Bactrius Alcioneus, hoc quod premis, inquit, habeto
 De tot agris terræ: corpusq; exangue reliquit.
 Torquet in hunc hastâ calido de vulnere * raptam * tractam
 Vltor Abantiades, media quæ nare recepta
 Cervice exacta est, in partesq; imminet ambas.
 Dumq; manû fortuna iuuat, Clytiumq; * Danumq; * Clanimq;
 Matre satos vna diuerso vulnere fudit:
 Nam Clytij per vtrung; graui vibrata lacerto
 Fraxinus acta femur. iaculû * Danus ore momordit. * Clann
 Occidit & * Celadon Mindeusius, occidit Astreus * Eucholi-
 Matre Palaestina, dubio genitore creatus: don
 Echionq; sagax quondam ventura videre,
 Tunc aue deceptus falsa, regisq; Thoactes
 Armiger, & cæso genitore infamis Agyrtes.
 Plus tamen exhausto superest. nanq; omnibus vnum
 Opprimere est animus. coniurata vndiq; pugnant
 Agmina pro caussa meritum impugnanter, fidemq;

Hac

Hac pro parte socer frustra pius, & noua coniux
 Cum genitrice fauent, vlulatuq₃ atria complent.
 Sed sonus armorum superat, gemitusq₃ cadentum,
 Pollutosq₃ simul multo Bellona penates
 Sanguine perfundit, renouataq₃ praelia miscet.
 Circumeunt * vnum Phineus, & mille secuti * illum
 Phinea, tela volant hyberna grandine plura
 Præter vtrunq₃ latus, præterq₃ & lumen, & aures.
 Applicat hic humeros ad magnæ saxa columna,
 Tutaq₃ terga gerens, aduersa in agmina versus
 Sustinet instantes, instabat parte sinistra
 Chaonius Molpheus, dextra Nabataeus * Ethemon. * Ethion.
 Tigris vt auditis diuersa valle duorum
 Extimulata fame mugitibus armentorum
 Nescit utrò potius ruat, & ruere ardet utroq₃:
 Sic dubius Perseus, dextra leuâne feratur,
 Molphea traiecti sum mouit vulnere cruris,
 Contentusq₃ fuga est: neq₃ enim dat tēpus * Ethemon, * Ethion
 Sed furit, & cupiens alto dare vulnere collo,
 Non circumspectis exactum viribus ensē
 Fregit in extrema percussæ parte columnæ.
 Lamina dissiluit, dominiq₃ in gutture fixa est.
 Non tamen ad letum caussas satis illa valentes
 Plaga dedit, trepidum Perseus, & inertia frustra
 Brachia tendentem Cyllenide confodit harpe.

FAB. II. ARGVMENTVM.

Cū inter conuiuas horrendum in regia præ
 lium agigaretur, & multi ex vtraq₃ parte armis,
 quibuseos casus obtulit, caderent, nouissimè

Perseus aduersariorum ingentem pertimescens multitudine, mandabat suis, vt e conspectu ipsius discederent, caputq; Gorgonis extulit, quo viso, Phœneus cum omnibus suis focis auxiliantibus, in saxum conuersus est, itaq; dignas, velut harum barbararum autor, pœnas persoluit.



Verum vbi virtutem turba succumbere vidit,
 Auxilium Perseus, quoniam sic cogitis ipsi,
 Dixit, ab hoste petam. vultus auertite vestros,
 Si quis amicus adest: & Gorgonis extulit ora.
 Quere alium, tua quem moueant miracula, dixit
 Theſſalus, vtq; manu iaculum * letale parabat
 Mittere, in hoc hæſit ſignum de marmore geſtu.
 Proximus huic Ampix animi pleniffima magni

Gorgonis
 caput.

* fatale

Pecto-

Pectora Lyncide gladio petit, inq̃, petendo
 Dextera dirigit, nec citrà mota, nec vltra est.
 At Nileus, qui se genitum septemplice Nilo
 Ementitus erat, clypeo quoq̃, flumina septem
 Argento partim, partim calauerat auro:
 Aspice, ait, Perseu nostræ primordia gentis,
 Magna feres tacitas solatia mortis ad vmbas
 At tanto cecidisse viro. pars vltima vocis
 In medio suppressa sono est, adapertaq̃, velle
 Ora loqui credas, nec sunt ea peruia verbis.
 Increpat hos, vitioq̃, animi non viribus, inquit,
 Gorgoneis torpetis Eryx, incurrite mecum,
 Et prostermite humi iuuenē magica arma mouentem,
 Incursurus erat, tenuit vestigia tellus:
 Immotusq̃, * filex, armataq̃, mansit imago.

Mutatur in
 saxa quicūq̃
 que ausi fue
 rant cū Per
 seo congre
 di.

* filex

Hi tamen ex merito pœnas subire, sed vnus
 Miles erat Persei, pro quo, dum pugnat Aconteus,
 Gorgone conspecta saxo concreuit oborto.
 Quem ratus Astyages etiamdum viuere, longo
 Ense ferit: sonuit tinnitibus ensis acutis.
 Dum stupet Astyages, naturam traxit eandem,
 Marmoreoq̃, manet vultus mirantis in ore.
 Nomina longa mora est media de plebe virorum
 Dicere. bis centum restabant corpora pugna:
 Gorgone bis centum riguerunt corpora visa.
 Pœnitet iniusti tunc deniq̃, Phinea belli.
 Sed quid agat? simulacra videt diuersa figuris,
 Agnoscitq̃, suos: & nomine queng̃, vocatum
 Poscit opem, credensq̃, parum, sibi proxima tangit

l 5

Cor-

Corpora, marmor erant. auertitur, atq; ita supplex

* Confessusq; manus, obliquaq; brachia tendens,

* Conuer-

Vincis ait Perseu: remoue tua monstra, tuaq;

saxq;

Saxificos vultus, quacunq; * ea, tolle Medusæ,

* est

Tolle precor. non nos odium, regniq; cupido

Compulit ad bellum: pro coniuge mouimus arma.

Causa fuit meritis melior tua: tempore nostra.

Non cessisse piget. nihil ô fortissime præter

Hanc animam concede mihi, tua cætera sunt.

Talia dicenti, neq; eum, quem voce rogabat,

Respicere audenti, quod ais, timidissime Phineu

Et possum tribuisse, & magnum est munus inertis:

Pone metum, tribuam, nullo violabere ferro:

Quin etiam mansura dabo monumenta per æuum.

Inq; domo foci semper spectabere nostri,

Vt mea se sponsi soletur imagine coniux.

Dixit, & in partem Phorcynida transtulit illam,

Ad quam se trepido Phineus obuertat ore.

Phineus in
saxum.

Tunc quoq; conati sua flectere lumina, ceruix

Diriguit, saxoq; oculorum induruit humor:

Sed tamen os timidum, vultusq; in marmore supplex,

Summisseg; manus, faciesq; obnoxia mansit.

Prætus in
saxum.

Victor Abantiades patrios cum coniuge muros

Intrat, & immeriti vindex, vltorq; parentis

Aggreditur Prætum, nam fratre per arma fugato

Acrisoneas Prætus possederat arces,

Sed nec ope armorum, nec, quam male ceperat, arce,

Torua colubriferi superauit lumina monstri.

Polydectes
in lapidem.

Te tamen ô parua rector Polydecta Seriphi,

Nec

*Nec iuuenis virtus per tot spectata labores,
Nec mala mollierant, sed inexorabile durus
Exercet odium, nec iniqua finis in ira est,
Detrectas etiam laudem, fictamq; Medusa
Arguis esse necem: dabimus tibi pignora veri.
Parcite luminibus, Perseus ait, oraq; regis
Ore Meduseo silicem sine sanguine fecit.*


FAB. III. ARGUMENTVM.

Narratio noua sequitur: quemadmodum Pegasus equus alatus, (de quo superius auditum est) è sanguine colli Medusæ exiliens, ad Heliconem Bœotiæ montem peruenerit, vbi cum terram pedis vngula percussisset, illico fons (qui ἱπποκρήνη, hoc est, Caballinus fons est appellatus) exortus fuisse memoratur. Adeum igitur videndum, relicto Perseo, Pallas profecta est, quæ à Musis singulari cum humanitate quàm promptissimè ad ipsum fuit deducta.

*Hactenus aurigena comitem Tritonia fratri
Se dedit, inde caua circumdata nube Seriphon
Deserit, à dextra Cypro, Gyaroq; relictis,
Quaq; super pontum via visa breuissima, Thebas,
Virgineumq; Heliconam petit, quo monte potita
Constitit, & doctas sic est affata sorores:
Fama noui fontis nostras peruenit ad aures,
Dura Medusæi quem prapetis vngula rupit.
Is mihi causa via, volui mirabile factum
Cernere: vidi ipsum materno sanguine nasci.
Excipit Vranie: Quacumq; est causa videndi*

Has

Has tibi diua domos, animo gratissima nostro,



*Vera tamen fama est, & Pegasus huius origo est
Fontis, & ad latices deduxit Pallada sacros.
Quæ mirata diu factas pedis ictibus vndas
Sylvarum lucos circumspectit antiquarum,
Antraq; & innumeris distinctas floribus herbas.
Felicesq; vocat pariter studioq; locoq;
Maonidas. quam sic assata est vna sororum:
Oni sit te virtus opera ad maiora tulisset,
In partem ventura chori Tritonia nostri,
Vera refers, meritoq; probas artemq;, locumq;
Et gratam sortem, tuta modo sumus, habemus:
Sed vetitum est adeo sceleri nihil. omnia terrent*


Pegasus.

Virgi-

*Virgineas mentes, dirusq; ante ora Pyreneus
Vertitur, & nondum me tota mente recepi.*

FAB. IIII. ARGVMENTVM.

Musæ cū montem Parnassum peterent, aduersis tempestatibus inuitatæ à Pyreneo (qui Thrax fuit tyrannus, & Daulida Phocidis urbem vi occupauit) tecta eius subierunt, qui pulchritudine captus virginum, clausis foribus illis vim afferre conabatur. Sed Musæ in aues conuersæ euolarunt: quas cū persequi Pyreneus vellet, ex arce se præcipiti saltu deiecit, caputq; terræ illidens, vita continuò defunctus est.



*Daulia Threicio, Phocæaq; milite rura
Ceperat ille ferox, iniustaq; regna tenebat.
Templa petebamus Parnassia, vidit euntes,*

Nostra.

Nostraq³, fallaci veneratus numina vultu,
 Maonides (agnorat enim) consistite dixit.
 Nec dubitate, precor, tecto graue fidus, & imbrem
 (Imber erat) vitare meo: subiere minores
 Sæpe casas superi, dictis, & tempore mota
 Annuimusq³ viro, primasq³ intrauimus edes.
 Desierant imbres, victoq³ Aquilonibus Austro
 Fusca repurgato fugiebant nubila cælo.
 Impetus ire fuit, claudit sua tecta Pyreneus.
 Vimq³ parat, quam nos sumptis effugimus alis:
 Ipse secuturo similis stetit arduus arce,
 Qua³ via est vobis, erit & mihi, dixit eadem:
 Seq³ iacit vecors è summo culmine turris,
 Et cadit in vultus, discussusq³ osibus oris
 Tundit humum moriens scelerato sanguine tinctam.

Musa loquebatur, penna sonuere per auras:
 Voxq³ salutantum ramis veniebat ab altis.
 Suspexit, & linguae querit tam certa loquentes
 Vnde sonent, hominemq³ putat Ioue nata locutum.
 Ales erat, numerosq³ nouem sua fata querentes
 Institerant ramis imitantes omnia picæ.
 Miranti sic orsa Dea Dea: nuper & ista
 Auxerunt volucrum victa certamine turbam.
 Pierus has genuit Pelleis diues in aruis.
 Paonis Euippe mater fuit, illa potentem
 Lucinam nouies, nouies paritura vocauit.
 Intumuit numero stolidarum turba sororum,
 Perq³ tot Aemonias, & per tot Achaides vrbes
 Huc venit, & talia committit prælia voce.

Pierides in
 picas.

Pierides q³
 Mulas pro-
 uocare aus-
 tuerat, mu-
 tantur in
 picas.

Desi-

Definite indoctum vana dulcedine vulgus
 Fallere : nobiscum, si qua est fiducia vobis,
 Theſpiades certate Dea : nec voce, nec arte
 Vincemur, totidemq₃ sumus : vel cedite victa
 Fonte Meduſæo, & Hyantea Aganippe,
 Vel nos Emathijs ad Pæonas vſq₃ niuoſos
 Cedemus * ſyluis : dirimant certamina nympha. * *campis*
 Turpe quidem contendere erat, ſed cedere viſum
 Turpius, electa iurant per flumina nympha,
 Factaq₃ de viuopreſſere ſedilia ſaxo.
 Tunc ſine ſorte prior, quæ ſe certare profeſſa eſt,
 Bella canit ſuperûm, falſoq₃ in honore gigantes
 Ponit, & extenuat magnorum facta Deorum,
 Emiſſumq₃ ima de ſede Typhoëa terra
 Cœlitibus feciſſe metum, * cunctoſq₃ dediſſe * *victosq₃*
 Terga fuga, donec ſeſſos Aegyptia tellus
 Ceperit, & ſeptem diſcretus in oſtia Nilus.
 Huc quoq₃ terrigenam veniſſe Typhoëa narrat,
 Et ſe mentitis ſuperos celaiſſe figuris,
 Duxq₃ gregis, dixit, ſit Iuppiter, vnde recuruiſ
 Nunc quoq₃ * formatiſ Libys eſt cum cornibus Ammon. * *formatuſ*
 Delius in coruo, proles Semeleia capro, *Ammon*
 Fele ſoror Phœbi, niuea Saturnia vacca, *cornutuſ.*
 Piſce Venus latuit, Cyllenius ibidis alis.

Haſtenus ad citharam vocalia mouerat ora.
 Poſcimur Aonides : ſed forſitan ocia non ſunt,
 Nec noſtris præbere vacat tibi cantibus aures.
 Ne dubita, veſtrumq₃ mihi reſer ordine carmen,
 Pallas ait : nemoriſq₃ leui conſedit in ymbra.

Muſa

*Musa refert. dedimus summam certaminis vni:
Surgit & *immensos edera collecta capillos
Calliope querulas prætendat pollice chordas.
Atq; hac percussis subiungit carmina neruis.*

* immistos

F A B. V. A R G V M E N T V M.

Venus molesto ferens animo, quòd & Diana, & Proserpina Cereris filia, nomen suum coniugijq; fœdera despiciatui ducerent, Ditem (qui territus viribus Typhonis Aetnam mouentis, cui à Dijs subiectus erat, ab inferis eruperat) per Cupidinem filium suum commouit, vti Proserpinam amore eius incensus, circa Aetnam montem flores, vnà cum Minerua atque Diana legentem, raperet, eandemq; secum ad Orcum curru impositam aucheret.



Prima Ceres vncoglebas dimouit aratro,

Prima

Prima dedit fruges, alimenta^q, mitia terris,
 Prima dedit leges: Cereris sunt omnia munus.
 Illi canenda mihi est: vtinam modò dicere possem
 Carmina digna Dea: certè est Dea carmine digna,
 Vasta giganteis * iniecta est insula membris * ingesta
 Trinacris, & magnis subiectum mollibus vrget
 Aethereas ausum sperare Tiphoea sedes.
 Nititur ille quidem, tentatq³ resurgere saepe,
 Dextra sed Ausonio manus est subiecta Peloro,
 Leua Pachyne tibi, Lilybaeo crura premuntur:
 Degrauat Aetna caput, sub qua resupinus arenas
 Eiecat, flammamq³ fero vomit ore Typhoeus.
 Saepe remoliri luctatur pondera terra,
 Oppidaq³, & magnos deuoluere corpore montes.
 Inde tremat tellus, & rex pauet ipse silentum,
 Ne pateat, latoq³ solum retegatur hiatu,
 Immissusq³ dies trepidantes terreat umbras.
 Hanc metuens cladem tenebrosa sede tyrannus
 Exierat, curruq³ atrorum euectus equorum,
 Ambibat Siculo cautus fundamina terra.
 Postquam exploratum satis est, loca nulla labare,
 Depositusq³ metus, videt hunc Erycina vagantem
 Monte suo residens: natumq³ amplexa volucrem,
 Arma, manusq³ mea, mea nate potentia, dixit,
 Illa, quibus superas omnes, cape tela, Cupido,
 Inq³ Dei pectus celeres molire sagittas,
 Cui triplicis cesit fortuna nouissima regni.
 Tu superos, ipsumq³ Iouem, tu numina ponti
 Victa domas, ipsumq³ regit qui numina terra.

Aetnae in-
 cendium.

Veneris o-
 ratio ad Cu-
 pidinem fi-
 lium.

m

Tartara

Tartara quid cessant? cur non matrisq³, tuumq³
 Imperium profers? agitur pars tertia mundi:
 Et tamen in cœlo quæ iam patientia nostra est?
 Spernimur, ac mecum vires minuuntur Amoris.
 Pallada nōne vides, iaculatricemq³, Dianam
 Absecessisse mihi? Cereris quoq³, filia virgo,
 Si *patiamur, erit: nam spes affectat easdem,
 At tu pro socio, si qua est tibi gratia, regno,
 Iunge Deam patruo. Dixit Venus, ille pharetram
 Soluit, & arbitria matris de mille sagittis
 Vnam seposuit, sed qua nec acutior vlla,
 Nec minus incerta est, nec quæ magis audiat arcum.
 Oppositoq³, genu curuauit flexile cornu,
 Inq³ cor hamata percussit arundine Ditem.

*patiemur


FAB. VI. ARGVMENTVM.

Cum Proserpina circa Aetnam montem flores, vnà cum Minerua atq³ Diana legeret, Pluton ipsam amore inflāmatuſ surripuit: plauſtro autem rapidissimo iam vehens, à Cyane nympha, quam dilexerat Anapus amnis, intercedente, retardatus est. Incensus igitur ira Deus infernalis, sceptro terram percussit. qua statim adaperſa, celerrimo cursu ad inferos cum amica deuectus est. Cyanen verò in stagnum sui nominis transmutauit.

Haud procul Aetneis lacus est à mœnibus altus
 Nomine Pergusa: non illo plura Cayster
 Carmina cynorum labentibus audit in vndis.
 Sylua coronat aquas cingens latus omne, suisq³

Fron-

*Fronibus vt velo Phæbeos summonet ignes.
Frigora dant rami, varios humus humida flores.
Perpetuum ver est. quo dum Proserpina luco*



*Ludit & aut violas, aut candida lilia carpit,
Dumq; puellari studio calathosq; sinumq;
Implet, & aequales certat superare legendo,
Penè simul visa est, dilectaq; , raptaq; Diti:
Vsq; adeò est properatus amor. Dea territa mæsto
Et matrem, & comites, sed matrem sæpius ore
Clamat: & vt summa vestem laniarat ab ore.
Collecti flores tunicis recidere remis:
Tantaq; simplicitas puerilibus affuit annis,
Hæc quoq; virgineum mouit iactura dolorem.
Raptor agit currus, & nomine quæq; vocando*

*Proserpina
Cereris filia
rapta à Plu-
tone.*

in 2

Exher-

Exhortatur equos, quorum per colla, iubasq;
 Excutit obscura tinctas* ferrugine habenas,
 Perq; lacus altos, & olentia sulphure fertur
 Stagna Palicorum rupta feruentia terra,
 Et qua Bacchiade bimari gens orta Corinθο
 Inter inaequales posuerunt mœnia portus.
 Est medium Cyanes, & Pisæ Arethuse,
 Quod coit angustis inclusum cornibus equor.
 Hic fuit, à cuius stagnum quoq; nomine dictum est,
 Inter Sicelidas Cyane celeberrima nymphas,
 Gurgite quæ medio summa tenus extitit aluo,
 Agnouitq; Deam: nec longius ibitis, inquit:
 Non potes inuita Cereris gener esse, roganda
 Non rapienda fuit, quod si componere magnis
 Parua mihi fas est, & me dilexit Anapis,
 Exorata tamen, nec vt hac exterrita, nupsi.
 Dixit, & in partes diuersas brachia tendens
 Obstitit, haud vltrà tenuit Saturnius iram,
 Terribilesq; hortatus equos, in gurgitis ima
 Contortum valido sceptrum regale lacerto
 Condidit. ista viam tellus in tartara fecit,
 Et pronos currus medio cratere recepit.
 At Cyane, raptamq; Deam, contemptaq; fontis
 Iura sui mœrens, inconsolabile vulnus
 Mente gerit tacita, lachrymisq; absumitur omnis:
 Et quarum fuerat magnum modo numen, in illas
 Extenuatur aquas. molliri membra videres,
 Ossa pati flexus, vngues posuisse rigorem:
 Primag; de tota tenuissima quæq; liquefcunt,

* rubigin

 Cyane
 fontem
 nominis.

Cery-

rubigin Cerulei crines digitiq₃, & crura, pedesq₃:
 Nam brevis in gelidas membris exilibus vndas
 Transitus est. Post hæc humeri, tergumq₃, latiusq₃,
 Pectoraq₃, in tennes abeant euanida riuos.
 Deniq₃, prouiio vitiatas sanguine venas
 Lympha subit, restatq₃ nihil, quod prendere possis.

FAB. VII. ARGUMENTVM.

Ceres per vniuersum orbem filiam Proserpinam requirens, ad casam tandem cuiusdam anus deuenit, à qua æstu torrida sibi aquam ad colluendum os postulauit. Hæc igitur cum potionem polenta commixtam ei daret, ipsaq₃ Ceres auidius biberet, à puero quodam derisa est, quem subito Dea in stellionem conuertit. Deinde cum à Nympha Arethusa percepisset, filiam à Dite raptam, à Ioue impetrauit, vt alteram anni partem cum marito inferius, alteram verò cum matre supra terram Proserpina degeret.

Interea pauide nequicquam filia matri
 Omnibus est terris, omni quaesita profundo.
 Illam non vdis veniens Aurora capillis
 Cessantem vidit, non Hesperus illa duabus
 Flammiferas pinus manibus succendit ab Aetna,
 Perq₃ pruinosas tulit irrequieta tenebras.
 Rursus vbi alma dies hebetarat sidera, natam
 Solis ab occasu, Solis querebat ad ortus.
 Fessa labore sitim conceperat, oraq₃ nulli
 Colluerant fontes. contectam stramine vidit
 Fortè casam, paruasq₃ fores pulsauit, at inde

3

Prodit



Prodit anus, diuamq; videt, lymphamq; roganti
 Dulce dedit, testa quod coxerat ante, polenta.
 Dum bibit illa datum, duri puer oris, & audax
 Constitit ante Deam, risitq; anidamq; vocauit.
 Offensa est: neg, adhuc epota parte, loquentem
 Cum liquido mista perfudit diua polenta.
 Combibit os maculas, & quæ modo brachia gessit
 Crura gerit, cauda est mutatis addita membris,
 Inq; breuem formam, ne sit vis magna nocendi
 Contrahitur, paruaq; minor mensura lacerta est.
 Mirantem, flentemq;, & tangere monstra parentum
 Fugit anum, latebramq; petit: aptumq; colori
 Nomen habet varijs stellatus corpora guttis.

Stellio et
 puero.

Quas Dea per terras, & quas errauerit vndas,

Dice.

Dicere longa mora est: querenti defuit orbis.
 Sicaniā repetit, dumq; omnia lustrat eundo,
 Venit & ad Cyanen: ea ni mutata fuisset,
 Omnia narrasset, sed & os, & lingua volenti
 Dicere non aderant, nec qua loqueretur, habebat,
 Signa tamen manifesta dedit, notamq; parenti
 Illo fortè loco dilapsam in gurgite sacro,
 Persephones zonam summis ostendit in vndis.
 Quam simul agnouit, tanquam tum deniq; raptam
 Scisset, inornatos laniauit diua capillos,
 Et repetita suis percussit pectora palmis.
 Nescit adhuc vbi sit, terras tamen increpat omnes,
 Ingratasq; vocat, nec frugum murmure dignas,
 Trinacriam ante alias, in qua vestigia damni
 Repperit. ergo illhic saeva vententia glebas
 Fregit aratra manu, pariliq; irata colonos,
 Ruricolasq; boues leto dedit, aruaq; insit
 Fallere depositum, vitiataq; semina fecit.
 Fertilitas terræ latum vulgata per orbem
 Sparsa iacet, primis segetes moriuntur in herbis,
 Et modo Sol nimius, nimius modo corripit imber,
 Sidera nunc, ventiq; nocent, auideq; volucres.
 Semina iacta legunt, lolium, tribulq; fatigant
 Triticeas messes, & inexpugnabile gramen.
 Tum caput Eleis Alpheias extulit vndis,
 Rorantesq; comas à fronte remouit ad aures,
 Atq; ait: o toto quæsitæ virginis orbe,
 Et frugum genitrix, immensos siste labores,
 Néue tibi fide violenta irascere terra,

Ruricolæ
 boues.

Terra nihil meruit, patuitq₃ inuita rapina.
 Nec sum propatria supplex, huc hospita veni.
 Pisa mihi patria est, & ab Elide ducimus ortus.
 Sicaniam peregrina colo, sed gratior omni
 Hac mihi terra solo est, hos nunc Arethusa penates,
 Hanc habeo sedem, quam tu mitissima serua.
 Mota loco cur sim, tantiq₃ per æquoris vndas
 Aduchar Ortygiam, veniet narratibus hora
 Tempestiua meis, cùm tu curaq₃ leuata,
 Et vultus melioris eris, mihi peruia tellus
 Præbet iter, subterq₃ imas ablata cauernas
 Hic caput attollo, desuetaq₃ sidera cerno.
 Ergo dum Stygio sub terris gurgite labor,
 Visa tua est oculis illhic Proserpina nostris,
 Illa quidem tristis, nec adhuc interrita vultu,
 Sed regina tamen, sed opaci maxima mundi,
 Sed tamen inferni pollens matrona tyranni.
 Mater ad auditas stupuit ceu saxeæ voces,
 Attonitaq₃ diu similis fuit, vtq₃ dolore
 Pulsa graui grauis est amentia, curribus auras
 Exit in æthereas, ibi toto nubila vultu
 Ante Iouem * sparsis stetit inuidiosa capillis.
 Proq₃ meo veni supplex tibi Iuppiter, inquit,
 Sanguine, proq₃ tuo: si nulla est gratia matris,
 Nata patrem moueat, neu sit tibi cura precamur
 Vilior illius, quòd nostro est edita partu.
 En quasita diu tandem mihi nata reperta est,
 Si reperire vocas amittere certius, aut si
 Scire vbi sit reperire vocas, quòd rapta, feremus:

Dum.

Dum
 Filia di
 Iuppiter
 Nata m
 Addere
 Verum
 Tu mo
 Esse Iou
 Nec ce
 Si tibi
 Legeta
 Ore ci
 Dix
 Non it
 Soluer
 Punica
 Sumpt
 Presser
 Ascala
 Inter
 Ex Ach
 Vidit
 Ingem
 Fecit
 In ro
 Ille si
 Inq₃ c
 Vixq₃
 Fada

Dummodò reddat eam, neq; enim prædone marito
 Filia digna tuâ est, si iam mea filia non est.
 Iuppiter excepit, commune est pignus, onusq;
 Nata mihi tecum. sed si modò nomina rebus
 Addere vera placet, non hoc iniuria factum,
 Verùm amor est: neq; erit nobis gener ille pudori.
 Tu modo diua velis, ut desint cætera, quantum est
 Esse Iouis fratrem? quid quòd non cætera desunt?
 Nec cedit nisi sorte mihi? sed tanta cupido
 Si tibi dissidij est, repetet Proserpina cælum,
 Lege tamen certa, si nullos contigit illhic
 Ore cibos: nam sic Parcarum fœdere cautum est.

Dixerat. At Cereri certum est educere natam.

Non ita fata sinunt, quoniam ieiunia virgo
 Soluerat: & cultis dum simplex errat in hortis,
 Puniceum curua decerpserat arbore pomum,
 Sumptaq; pallenti septem de cortice grana
 Prefferat ore suo: solusq; ex omnibus illud
 Ascalaphus vidit, quem quondam dicitur Orphe
 Inter auernales haud ignotissima Nymphas,
 Ex Acheronte suo furuis peperisse sub antris.
 Vidit, & indicio redditum crudelis ademit.
 Ingemuit regina Erebi, testemq; profanum
 Fecit auem, sparsumq; caput Phlegethontide lymphæ
 In rostrum, & plumas, & grandia lumina vertit.
 Ille sibi ablatu fuluis amicitur in alis,
 Inq; caput crescit, longosq; reflectitur vngues,
 Vixq; mouet natas per inertia brachia pennas:
 Fœdaq; sit volucris venturi nuncia luctus

Ascalaphus
 in bubonē.

in 5 Ignauus

Ignauus bubo, dirum mortalibus omen.

*Hic tamen indicio pœnam, linguaq; videri
Commeruisse potest: vobis Acheloides vnde
Pluma, pedesq; auium, cum virginis ora geratis?
An quia cum legeret flores Proserpina vernos,
In comitum numero mista Sirenes eratis?
Quam postquam toto frustra quaesistis in orbe,
Protinus vt vestram sentirent aquora curam,
Posse super fluctus alarum *insistere remis
Optastis, facilesq; Deos habuistis, & artus
Vidistis vestros subitis flauescere pennis.
Ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures.
Tantaq; dos oris linguæ deperderet vsum,
Virginis vultus, & vox humana remansit.*

Sirenes ex
parte aues.

*existere

FAB. VIII. ARGVMENTVM.


Arethusa Achaidum Nympharum formosissima, venatrix ac Dianæ comes fuit, quæ cum fortè in Alpheo flumine lauaret, ita ab eodem amne diligebatur, vt is amore eius vehementissimè inflammatus, sumpta viri forma, virginem cursu velocissimo prosequeretur. Hæc autem persequentis impetum effugere conata, Dianam implorabat, vt laboranti ferret auxilium, quæ ab ea in fontem sui nominis conuersa, primò per loca subterranea se diffudit, post ad superos fuit euocata.

*At medius fratrisq; sui mæstæq; sororis
Iuppiter ex aquo voluentem diuidit annum.
Nunc Dea regnorum numen commune duorum*

Arethusa
in fontem.

Cum

Cum matre est totidem, totidem cum coniuge menses.
Vertitur extemplo facies, & mentis, & oris.
Nam modo quæ poterat Diti quoque, mæsta videri,
Lata Dea frons est: ut Sol qui tectus aquosis



Nubibus antè fuit, victis è nubibus exit.
Exigit alma Ceres, nata secunda recepta.
Quæ tibi causa * fuga? cur sis Arethusa sacer fons? * via
Conticuere vnde: quarum Dea sustulit alto
Fonte caput, viridesq; manu siccata capillos
Fluminis Alpei veteres narrauit amores.
Pars ego Nympharum, quæ sunt in Achaide, dixit,
Vna fui, nec me studiosius altera saltus
Legit, nec posuit studiosius altera casses.
Sed quamuis formæ nunquam mihi sama petita est,

Arethusa
quemadmo
dum in for
Quam-tem.

Quamuis fortis eram, formosæ nomen habebam.
 Nec mea me facies nimium laudata iuuabat.
 Quaq; aliæ gaudere solent, ego rustica dote
 Corporis erubui, crimenq; placere putavi.
 Lassa reuertebat, memini, Stymphalide sylua:
 Aestus erat, magnusq; labor geminauerat æstum.
 Inuenio sine vortice aquas, sine murmure euntes
 Perspicuas ad humum, per quas numerabilis altè
 Calculus omnis erat, quas tu vix ire putares.
 Cana salicta dabant, nutritaq; populus vnda
 Sponte sua natas ripis declinibus vmbas.
 Accessi, primumq; pedis vestigia tinxi.
 Poplite deinde tenuis: neq; eo contenta, recingor,
 Molliaq; impono salici velamine curua.
 Nudaq; mergor aquis, quas dum scrioq;, trahoq;,
 Mille modis labens, excussaq; brachia iacto,
 Nescio quod medio sensi sub gurgite murmur,
 Territaq; insisto propioris margine fontis.
 Quò properas Arethusa? suis Alpheus ab vndis
 Quò properas? iterum rauco mihi dixerat ore.
 Sic vt eram fugio sine vestibibus, altera vestes
 Ripa meas habuit, tantò magis instat, & ardet.
 Et qui nuda fui, sum visa paratior illi.
 Sic ego currebam, sic me ferus ille premebat,
 Vt fugere accipitrem penna trepidante columba,
 Vt solet accipiter trepidas vrgere columbas.
 Vsq; sub Orchemenon, Psophidaq;, Cyllenēq;,
 Menaliosq; sinus, gelidumq; Erimanthon, & Elim
 Currere* sustinuit. nec me velocior ille:

Sed
 *sustinuit


Sed tolerare diu cursus ego viribus impar
 Non poteram, longipatiens erat ille laboris.
 Per tamen & campos, & opertos arbore montes,
 Saxa quoq; & rupes, & quâ via nulla, cucurri.
 Solerat à tergo, vidi præcedere longam
 Ante pedes vmbra, nisi si timor illa videbat.
 Sed certè sonituq; pedum terrebat, & ingens
 Crinales vittas afflabat anhelitus oris.
 Fessa labore fugæ, Fer opem, deprendimur, inquam,
 Armigeræ Diana tuæ, cui sæpe dedisti
 Ferre tuos arcus, inclusaq; tela pharetra.
 Mota Dea est, * sparsisq; ferens è nubibus vnam * *spisus*
 Me super eiecit. lustrat caligine tectam
 Amnis, & ignarus circum caua nubila quærit:
 Bûq; locum, quo me Dea texerat, inscius ambit,
 Et bis Iò Arethusa, Iò Arethusa vocauit.
 Quid mihi tunc animi misera fuit? ànne quod agna,
 Si qualupos audit circum stabula alta frementes?
 Aut lepori, qui vepre latens hostilia cernit
 Ora canum, nullosq; audet dare corpore motus?
 Non tamen abscedit, neq; enim vestigia cernit
 Longius vlla pedum, seruat nubemq; locumq;
 Occupat obsessos sudor mihi frigidus artus,
 Ceruleaq; cadunt toto de corpore guttæ.
 Quaq; pedem moui, manat locus, eque capillis
 Ros cadit, & citius, quàm nunc tibi fata renarro,
 In latices mutor. sed enim cognoscit amatas
 Amnis aquas, positoq; viri, quod sumpserat, ore,
 Vertitur in proprias, vt se mihi misceat, vndas.

Delia

*Delia rupit humum : cæcis ego mersa cauernis
Aduhor Ortygiam, quæ me cognomine diua
Grata mihi superas eduxit prima sub auras.*

FAB. IX. ARGVMENTVM.

Ceres olim recepta filia, Athenas aduolauit, currumq; à draconibus alatis vectum Triptolemo Celei & Deïopes filio dono dedit, vt is frumenti vsum & agriculturam mortales doceret. Qui cùm in Scythiam vsq; peruenisset, à Lynco rege hospitio acceptus, in extremo mortis discrimine versabatur: Lyncus enim cū aduentus causam intelligeret, Triptolemmum somno grauatum extinguere molitus est, quamobrem Ceres regem in lynca feram commutauit.



*Tac Arethusa tenus : geminos Dea fertilis angues
Curri-*

Curribus admoxit, frenisq; coërcuit ora.
 Et medium cœli, terraq; per aëra vecta est.
 Atq; leuem currum Tritonida misit in * vrbem,
 Triptolemo, partimq; rudi data semina iussit
 Spargere humo, partim post tempora longa reculta.
 Iam super Europen sublimis, & Asida terram
 Vectus erat iuuenis, Scythicasq; aduertitur oras,
 Rex vbi Lynceus erat: regis subit ille penates,
 Quà veniat, caussamq; vie, nomenq; rogatus,
 Et patriam, patria est clara mihi, dixit, Athenæ.
 Triptolemus nomen, veni nec puppe per vndas,
 Nec pede per terras: patuit mihi, peruius æther.
 Dona fero Cereris, latos quæ sparsa per agros
 Frugiferas messes, alimentaq; mitia reddant.
 Barbarus inuidit, tantiq; vt muneris autor
 Ipse sit, hospitio recipit, somnoq; grauatum
 Aggreditur ferro, conantem figere pectus.
 Lynceus Ceres fecit, rursusq; per aëra iussit
 Mopsopium iuuenem sacros agitare iugales.
 Finerat doctos è nobis maxima cantus,
 At nymphe vicisse Deas Heliconæ colentes
 Concordi dixere sono, conuicia victæ
 Cùm facerent, quoniam, dixit, certamine vobis
 Supplicium meruisse parum est, maledictaq; culpa
 Additis, & non est patientia libera nobis,
 Ibimus in pœnas, & quæ vocat ira, sequemur.
 Rident * Pæonides spernuntq; minantia verba
 Conataq; loqui, & magno clamore proteruas
 Intentare manus, pennas exire per ungues

Lynceus Scythiæ rex in
 Lynceum.

* arcem

Triptole-
 mus agricul-
 turâ docuit
 iussu Ceres
 ris.

* Anipedes
 Pierides in
 picas.

Aspe-

Aspexere suos, operire & brachia plumis,
 Alteraq; alterius rigido concrefcere roſtro
 Ora videt, volucresq; nouas accedere ſyluis.
 Plangere dumq; volunt, per brachia mota leuata,
 Aëre pendebant nemorum conuitia pice.
 Nunc quoq; in alitibus facundia priſca remanſit,
 Raucaq; garrulitas, ſtudiumq; immane loquendi.

P. OVIDII NASO.
 NIS METAMORPHO-
 ſeon Liber VI.

Prabuerat dictis Tritonia talibus aures,
 Carminaq; Aonidū, iuſtamq; probauerat iram.
 Tum ſecum, laudare parum eſt, laudemur & ipſe,
 Numina nec ſperni ſine pœna noſtra ſinamus.
 Meoniaq; animum ſatis intendit Arachnes,
 Quam ſibi lanifica non cedere laudibus artis
 Audierat, non illa loco, nec origine gentis
 Clara, ſed arte fuit. pater huic Colophonius Idmon,
 Phocaico bibulas tingebat murice lanas.
 Occiderat mater, ſed & hæc de plebe, ſuoq;
 Aequa viro fuerat, Lydias tamen illa per vrbes
 Quaſierat ſtudio nomen memorabile, quamuis
 Orta domo parua, paruis habitabat Hypæpis.
 Huius vt aſpicerent opus admirabile, ſepe
 Deſeruere ſui, Nymphæ vineta Timoli,
 Deſeruere ſuas Nymphæ Pactolides vndas.

Minerua
 anum.

Arachne.

Nec

Nec factas solum vestes spectare iuuabat,
 Tunc quoq; cum fierent, tantus decor affuit arti.
 Siue rudem primos lanam glomerabat in orbes,
 Seu digitis subigebat opus, repetitaq; longo
 Vellera molliabat nebulas æquantia tractu,
 Siue leui teretem versabat pollice fusum.
 Seu pingebat acu, sciens à Pallade doctam.
 Quod tamen ipsa negat, tanta est offensa magistra,
 Certet, ait, mecum: nihil est quod victa recusem.
 Pallas anum simulat, falsosq; in tempora canos
 Addit, & infirmos baculo quoq; sustinet artus.

Pallas in
 anum.

Tunc sic orsa loqui: Non omnia grandior etas,
 Quæ fugiamus habet: seris venit vsus ab annis.
 Consilium ne sperne meum: tibi fama petatur
 Inter mortales faciendæ maxima * tela.
 Cede Deæ: veniamq; tuis temeraria dictis
 Supplice voce roga, veniam dabit illa roganti.
 Aspicit hanc toruis, inceptaq; fila relinquit,
 Vixq; manus retinens, confessaq; vultibus iram,
 Talibus obscuram rescuta est Pallada dictis:
 Mentis inops, longaq; venis confecta senecta,
 Et nimium vixisse diu nocet: audiat istas,
 Si qua tibi nurus est, si qua est tibi filia, voces,
 Consilij satis est in me mihi: neue monendo
 Profecisse putes, eadem est sententia nobis.
 Cur non ipsa venit? cur hæc certamina vitat?
 Tum Dea, venit, ait: formamq; remouit anilem,
 Palladaq; exhibuit. venerantur numina Nymphae,
 Mygdonidesq; nurus: sola est interrita virgo.

* lana

n

Sed

Sed tamen erubuit, subitusq; inuita notauit
 Ora rubor, rursusq; euauit, vt solet aer
 Purpureus fieri, cum primum Aurora mouetur,
 Et breue post tempus candeſcit ſolis ab ortu,
 Perſtat in incepto, ſtolidaq; cupidine palma
 In ſua fata ruit, neq; enim Ioue nata recuſat,
 Nec monet vlterius, nec iam certamina differt.
 Haud mora, conſiſtunt diuerſis partibus ambae,
 Et gracili geminas intendunt ſtamine telas.
 Tela iugo iuncta eſt, ſtamen ſecernit arundo.
 Inferitur medium radijs ſubtegmen acutis,
 Quod digiti expediunt: atq; inter ſtamina ductum
 Percuſſo feriunt *inſecti pectine dentes.
 Vtraq; feſtinat, cinctaq; ad pectora veſtes,
 Brachia docta mouent, ſtudio fallente laborem.
 Illhic & Tyrium, quæ purpura ſenſit ahenum
 Textitur, & tenues parui diſcriminis vmbra,
 Qualis ab imbre ſolet percuffus ſolibus arcus
 Inſicere ingenti longum curuamine cælum,
 In quo diuerſi niteant cùm mille colores,
 Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit.
 Vſque adeo quod tangit idem eſt, tamẽ vltima diſtant.
 Illhic & lentum filis immittitur aurum,
 Et verus in tela deducitur argumentum.

Cecropia Pallas ſcopulum Mauortis in arce
 Pingit, & antiquam de terræ nomine litem.
 Bis ſex cœleſtes medio Ioue ſedibus altis
 Auguſta grauitate ſedent, ſua queng; Deorum
 Inſcribit facies: Iouis eſt regalis imago.

Certamen
 Palladis &
 Arachnes.

*inſerti

Palladis
 tela.

Stare

Stare Deum pelagi, longoq, ferire tridente
 Aspera saxa facit, medioq, e vulnere saxi
 Exiluisse fretum, quo pignore vindicet urbem.
 At sibi dat clypeum, dat acuta cuspidis hastam,
 Dat galeam capiti, defenditur ægide pectus,
 Percussamq, sua simulat de cuspide terram
 Edere cum baccis fœtum canentis oliua.
 Mirariq, Deos: operis victoria finis.
 Vt tamen exemplis intelligat emula laudis,
 Quod precium speret pro tam furialibus ausis,
 Quatuor in partes certamina quatuor addit,
 Clara colore suo, breuibus distincta sigillis.
 Threiciam Rhodopen habet angulus vnus, & Aemum.
 Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam,
 Nomina summorum sibi qui tribuere Deorum.
 Altera Pygmææ fatum miserabile matris
 Pars habet. hanc Iuno iussit certamine victam
 Esse gruem, populisq, suis indicere bellum.
 Pinxit & Antigonem ausam contendere quondam
 Cum magni consorte Iouis, quam regia Iuno
 In volucrem vertit: nec profuit Ilion illi,
 Laomedonue pater, sumptis quin candida pennis
 Ipsa sibi plandat crepitante ciconia rostro.
 Qui superest solus Cynaran habet angulus orbem:
 Isq, gradus templi natarum membra suarum
 Amplectens, saxoq, iacens lacrymare videtur.
 Circuit extremas oleis pacalibus oras.
 Is modus est, operisq, sua facit arbore finem.
 Mæonis elusam designat imagine tauri

Eure-

Europam. verum taurum, freta vera putares.
 Ipsa videbatur terras spectare relictas,
 Et comites clamare suas, tactumq; vereri
 Asilientis aqua, timidassq; recondere plantas.
 Fecit & Asterien aquila luctante teneri.
 Fecit olorinis Ledam recubare sub alis.
 Addidit vt Satyri calatus imagine pulchram
 Iuppiter implevit gemino Nyctæida fœtu.
 Amphitryon fuerit, cum te Tyrintia cepit.
 Aureus vt Danaën, Asopida luserit ignis.
 Mnestiosynen pastor, variusq; Deoida serpens.
 Te quoq; mutatum toruo Neptune iuuenco
 Virgine in Aeolia posuit. tu visus Enipeus,
 Gignis Aloidas: aries Bisaltida fallis.
 Et te flaua comas frugum mitissima mater
 Sensit equum: te sensit equum crinita colubris
 Mater equi volucris. sensit delphina Melantho.
 Omnibus his faciemq; suam, faciemq; locorum
 Reddidit, est illic agrestis imagine Phœbus:
 Utq; modo accipitris pennas, modo terga leonis
 Gesserit: vt pastor Macareida luserit Iffen.
 Liber vt Erigonen falsa deceperit vna.
 Vt Saturnus equo geminum Chirona crearit,
 Vltima pars tela tenui circumdata limbo,
 Nexilibus flores hederis habet intertextos.
 Non illud Pallas, non illud carpere Liuer
 Possit opus. doluit successu flaua virago,
 Et rupit pictas cœlestia crimina vestes.
 Utq; Cytoriac o radium de monte tenebat,

In Arach-
nes tela.

Iouis adul-
teria.

Apollinis
adulteria.

Arachne in
arancam.

Ter,

Ter, quater Idmonia frontem percussit Arachnes,
 Non tulit infelix, laqueoq₃ animosa ligauit
 Guttura, pendentem Pallas miserata leuauit:
 Atq₃ ita, viue quidem, pende tamen improba, dixit,
 Lexq₃ eadem pœna, ne sis secura futuri,
 Dicta tuo generi, serisq₃ nepotibus esto.
 Postea discedens succis Hecateidos herba
 Sparsit, & extemplo tristi medicamine tacta
 Defluxere comæ, cum queis & naris, & aures,
 Fitq₃ caput minimum, toto quoq₃ corpore parua est.
 In latere exiles digitipro cruribus hærent,
 Cetera venter habet, de quo tamen illa remittit
 Stamen, & antiquas exercet aranea telas.

FAB. I. ARGVMENTVM.

Niobe Tantali filia, propter insolentiam
 suam Phœbi ac Dianæ potentiam experta est:
 Cum enim Thebani omnes Latonæ sacrificarent,
 sola est inuenta Niobe cum septem suis filiis,
 totidemq₃ puellis, quæ numen prædictæ
 Deæ aspernabatur. Apollo igitur & Diana Thebas
 venientes, vniuersos Niobes liberos sagittis
 transfoderunt. hinc pater Amphion præ nimio
 dolore sibi mortem consciuit, ipsa autem mater
 mœrore confecta, in filicē tandem transmutata est.

Lydia tota fremit, Phrygiæq₃ per oppida facti
 Rumor it, & magnum sermonibus occupat orbem.
 Ante suos Niobe thalamos cognouerat illam,
 Tum cum Maoniam virgo, Sipylumq₃ colebat.
 Nec tamen admonita est pœna popularis Arachnes

11 3

Cedere

*Cedere cœlitibus, verbisq; minoribus vti.
 Multa dabant animos. sed enim nec coniugis arces,
 Nec genus amborum, magniq; potentia regni,
 Sic placuere illi, quamuis ea cuncta placerent,
 Vt sua progenies: & felicissima matrum*



*Dicta foret Niobe, si non sibi visa fuisset.
 Nam sata Tiresie venturi præcia Manto
 Per medias fuerat, diuino concita motu,
 Vaticinata vias: Ismenides ite frequentes
 Et date Latonæ, Latonigenisq; duobus
 Cum prece thura pia, lauroq; innectite crinem:
 Ore meo Latona iubet, paretur. & omnes
 Thebaides iussu sua tempora frondibus ornant,*

Thuraq;

Thuraq³ dant sanctis, & verba precantia flammis.
 Ecce venit comitum Niobe celeberrima turba,
 Vestibus intexto Phrygijs spectabilis auro,
 Et quantum ira finit formosa, mouensq³ decoro
 Cum capite immissos humerum per vtrunq³ capillos,
 Constitit, vtq³ oculos circumtulit alta superbos,
 Quis furor auditos, inquit, preponere visis
 Cælestes? aut cur colitur Latona per aras?
 Numen adhuc sine ture meum est. mihi Tantalus au-
 Cui licuit soli superiorum tangere mensas. (tor,
 Pleiadum soror est genitrix mea, maximus Atlas
 Est auus, æthereum qui fert ceruicibus axem.
 Iuppiter alter auus, socero quoq³ gloriior illo.
 Me gentes metuunt Phrygia, me regia, Cadmi
 Sub domina est, fidibusq³ mei commissa mariti,
 Mænia cum populis à meq³, viroq³, reguntur.
 In quamcunq³ domus aduersti lumina partem,
 Immense spectantur opes. accedit eodem
 Digna Dea facies: huc natas adijce septem,
 Et totidem iuuenes, & mox generosq³, nurusq³,
 Querite nunc habeat quam nostra superbia causam?
 Quoq³ modo audetis genitam Titanida Cæo
 Latonam præferre mihi, cui maxima quondam
 Exiguam sedem paritura terra negauit?
 Nec cælo, nec humo, nec aquis Dea vestra recepta est.
 Exulera mundo, donec miserata vagantem,
 Hospita tu terris erras, ego, dixit, in vndis,
 Instabilemq³, locum Delos dedit, illa duorum
 Facta parens, vteri pars hac est septima nostri.

Sum felix, quis enim neget hoc? felixq; manebo.
 Hoc quoq; quis dubitet? tutam me copia fecit.
 Maior sum, quàm cui possit fortuna nocere.
 Multaq; vt eripiat, multò mihi plura relinquet.
 Excessere metum mea iam bona. fingite demi
 Huic aliquid populo natorum posse meorum,
 Non tamen ad numerum redigar spoliata deorum.
 Ite satis properè sacris, laurumq; capillis
 Ponite: deponunt, & sacra insecta relinquant,
 Quodq; licet, tacito venerantur murmure numen
 Latona. turba quantum distabat ab orba,
 Tantùm animosa sui furij agitata doloris
 Indignata Dea est, summoq; in vertice Cynthi,
 Talibus est dictis gemina cum prole locuta:
 En nego vestra parens, vobis animosa creatis,
 Et nisi Iunoni, nulli cessura Dearum.
 An Dea sim dubitor. perq; omnia secula cultis
 Arceor, ò nati nisi vos succuritis, aris.
 Nec dolor hic * solus, dirò conuicia factò
 Tantalus adiecit. vosq; est postponere natis
 Ausa suis, & me, quod in ipsam recidat, orbam,
 Dixit, & exhibuit linguam scelerata paternam.
 Adiectura preces erat his Latona relatis,
 Desine, Phœbus ait, pœna mora longa querela est.
 Dixit idem Phœbæ, celeriq; per aëra lapsu
 Contigerant tecti Cadmeida nubibus arcem.
 Planus erat, lateq; patens prope mœnia campus,
 Assiduis pulsatus equis, vbi turba rotarum,
 Durag; mollierat subiectas vngula glebas.

Pars

Pars ibi
 Conscen
 Terga p
 Equibus
 Prima s
 Quadru
 Heimih
 Telager
 In latu
 Proxim
 Frana d
 Nube fu
 Carbasi
 Frena t
 Conseq
 Hesit, e
 Ille vt e
 Voluit
 * Phœd
 Tanta
 Transi
 Et iam
 Pector
 Sicut e
 Ingem
 Memb
 Lumin
 Aspici
 Euola

Pars ibi de septem genitis Amphione fortes
 Conscendunt in equos, Tyrioq³ rubentia succo
 Terga premunt, auro grauidis moderantur habenis.
 Equibus Ismenos, qui matri sarcina quondam
 Prima sue fuerat, dum certum flectit in orbem
 Quadrupedis cursus, spumantiaq³ ora coërcet,
 Hei mihi conclamat, medioq³ in pectore fixa
 Tela gerit, franisq³ manu moriente remissis
 In latus à dextro paulatim defluit armo.
 Proximus audito sonitu per inane pharetra
 Frana dabat Sipylus, veluti cum præscius imbres
 Nube fugit visa, pendentiaq³ vndiq³ rector
 Carbasia deducit, ne qua leuis effluat aura.
 Frenata tamen dantem non euitabile telum
 Consequitur, summaq³ tremens ceruice sagitta
 Hæsit, & extabat nudum de* gutture ferrum. * pectore
 Ille vt erat pronus per crura admissa, iubasq³
 Voluitur, & calido tellurem sanguine fœdat.
 * Phædimus infelix, & auiti nominis heres * Echinus
 Tantalus vt solito finem imposuere labori,
 Transierant ad opus nitida iuuenile palestra.
 Et iam contulerant arcto luctantia nexu
 Pectora pectoribus, * cum tento concita neruo, * contento
 Sicut erant iuncti, traiecit vtrung³ sagitta.
 Ingemuere simul, simul incuruata dolore
 Membra solo posuere, simul suprema iacentes
 Lumina versarunt, animam simul exhalarunt.
 Aspicit Alphenor, laniatq³ pectora plangens
 Euolat, vt gelidos complexibus alleuet artus.

Inq³ pio cadit officio: nam Delius illi
 Intima satifero rupit præcordia ferro.
 Quod simul eductum est pars est pulmonis in hamis
 Eruta, cumq³ anima cruor est effusus in auras.
 At non intonsum simplex Damascithona vulnus
 Afficit, ictus erat quæ crus esse incipit, & quæ
 Mollia nodosus facit internodia poples.
 Dumq³ manu tentat trahere exitiabile telum,
 Altera per iugulum pennis tenus acta sagitta est.
 Expulit hanc sanguis, seq³ ei aculatus in altum
 Emicat, & longe terebrata proflit aura.
 Vltimus Ilioneus non profectura precando
 Brachia sustulerat. Dijq³ ò communiter omnes
 Dixerat, ignarus non omnes esse rogandos,
 Parcite, motus erat, cum iam reuocabile telum
 Non fuit, Arcitenens: minimo tamen occidit ille
 Vulnere, non altè percusso corde sagitta.

Fama mali, populiq³ dolor, lachrymaq³ suorum
 Tam subita matrem certam fecere ruina,
 Mirantem potuisse, irascentemq³, quòd ausi
 Hoc essent superi, quòd tantum iuris haberent.
 Nam pater Amphion ferro per pectus adacto
 Finierat moriens pariter cum luce dolorem.
 Heu quantum hæc Niobe, Niobe distabat ab illa,
 Quæ modo Latois populum summouerat aris,
 Et mediam tulerat gressus resupina per urbem
 Inuidiosa suis: at nunc miseranda vel hosti,
 Corporibus gelidis incumbit, & ordine nullo
 Oscula dispensat natos suprema per omnes.

Aqui-

Filij Niobe
 ab Apolline
 transiti

Aquibus ad cœlum liuentia brachia tollens,
 Pascere crudelis nostro Latona dolore,
 Pascere, ait, satiaq̃, meo tua pectora luctu,
 Corq̃, serum satia, dixit: per funera septem
 Efferor. exulta, victrixq̃, inimica triumphâ.
 Cur autem victrix? miserâ mihi plura supersunt,
 Quàm tibi felici, post tot quoq̃, funera vinco.
 Dixerat, & sonuit contento neruus ab arcu,
 Qui præter Nioben vnâ. conterruit omnes.
 Illa malo est audax. stabant cum vestibus atris
 Antetoros fratrum demisso crine sorores.
 E quibus vna trahens hærentia viscere tela,
 Imposito fratri moribunda relanguit ore.
 Altera solari miseram conata parentem,
 Conticuit subito, duplicataq̃, vulnere cæco est,
 Oraq̃, compressit, * nisi postquam spiritus ibat.
 Hac frustra fugiens collabatur, illa sorori
 Immoritur. latet hæc, illam trepidare videres.
 Sexq̃, datis leto, diuersaq̃, vulnera passis,
 Vltima restabat, quam toto corpore mater,
 Totâ veste regens, vnâ, minimamq̃, relinque
 De multis, minimam posco, clamauit, & vnâ:
 Dumq̃, rogat, pro qua rogat, occidit. orba resedit.
 Exanimis inter natos, natasq̃, virumq̃,
 Diriguitq̃, malis, nullos mouet aura capillos.
 In vultu color est sine sanguine, lumina mœstis
 Stant immota genis, nihil est in imagine viuum:
 Ipsa quoq̃, interius cum duro lingua palato
 Congelat, & venæ desistunt posse moueri,

* sibi

Niobe in
 marmor.

Nec

Niobe
 Apollini
 gâsui.

*Nec flecti ceruix, nec brachia reddere gestus,
Nec pes ire potest, intra quoq; viscera saxum est.
Flet tamen, & validi circumdata turbine venti
In patriam rapta est, vbi fixa cacumine montis
Liquitur, & lachrymis etiã nunc marmora manant.*

FAB. II. ARGVMENTVM.

Latona Cæi filia, cum Iunonis odio, gemellos suos Apollinem & Dianam ex Ioue conceptos, difficulter parere posset, nullaq; regio errantem acciperet, tandem edito partu in Lyciam venit, & ardore æstus ac longitudine viæ sitim sedare cupiens, à rusticis, qui vluam & iuncum prope lacum colligebant, propius accedere, & aquam haurire prohibita est. Quam obrem accensa ira petijt à Dijs, vt agricolæ stagnum nunquam carerent. quod statim accidit, rusticosq; omnes Iupiter in ranas transfigurauit.

*Tunc verò cuncti manifestam numinis iram
Fœmina, virq; timent, cultuq; impensius omnes
Magna gemellipara venerantur numina diua.
Vtq; sit à factio propiore priora renarrant.
E quibus vnus ait: Lyciæ quoq; fertilis agris
Non impune Deam veteres spreuere coloni.
Res obscura quidem est ignobilitate virorum,
Mira tamen: vidi præsens stagnumq; locumq;
Prodigio notum. nam me iam grandior æuo,
Impatiensq; via genitor, deducere lectos
Iusserat inde boues, gentisq; illius eunti*

Ipse

Ipse ducen
Ecce lacu

Aravetu
Resist
Dux me
Naiadur
Indigen
Non hac
Ille suam
Orbem
Errante
Illhic in
Edidit in

*Ipse ducem dederat, cum quo dum pascua lustrō,
Eccelacu medio sacrorum nigra fauilla*



Aravetus stabat tremulis circumdata cannis.

*Restitit, & * paruo, faucas mihi, murmure dixit, * pauido,
Dux meus: & simili, faucas mihi, murmure dixi.*

Natadum, Fauni ne foret tamen ara rogabam,

Indigenaue Dei, cum talia rettulit hospes:

Non hac o iuuenis montanum numen in ara est,

Ille suam vocat hanc, cui quondam regia coniux

*Orbem interdixit: * quam vix erratica Delos*

Errantem accepit, tunc cum levis insula nabat.

Illic incumbens cum Palladis arbore palma,

Edidit inuita geminos Latona nouerca.

** quamuis*

Hinc

Hinc quoq³ Iunonem fugisse puerpera fertur,
 Inq³ suo portasse sinu duo numina natos,
 Iamq³ Chimærisera, cum Sol grauis vreret arua,
 Finibus in Lyciæ, longo Dea fessa labore,
 Sidereo siccata sitim * collegerat æstu,
 Vberaq³ ebiberant auidi lactantia nati:
 Fortè lacum mediocris aquæ prospexit in imis
 Vallibus: agrestes illhic fruticosa legebant
 Vimina cum iuncis, gratamq³ paludibus vluam.
 Accessit, positog³ genu Titania terram
 Presit, vt hauriret gelidos potura liquores.
 Rustica turba vetat. Dea sic affata vetantes:
 Quid prohibetis aquas? vsus communis aquarum est.
 Nec Solem proprium natura, nec aëra fecit,
 Nec tenues vndas: ad publica munera veni,
 Quæ tamen, vt detis, supplex peto. non ego nostros
 Abluere hîc artus, lassataq³ membra parabam,
 Sed releuare sitim, caret os humore loquentis,
 Et fauces arent, vixq³ est via vocis in illis.
 Haustus aquæ mihi nectar erit, vitamq³ fatebor
 Accepisse, simul vitam dederitis in vndis.
 Hi quoq³ vos moueant, qui nostro brachia tendunt
 Parua sinu, & casu tendebant brachia nati.
 Quem non blanda Dea potuissent verba mouere?
 Hi tamen orantem perstant prohibere, minasq³,
 Ni procul abscedat, conuitiaq³ insuper addunt.
 Nec satis est, ipsos etiam pedibusq³ manuq³,
 Turbauere lacus, imog³ è gurgite mollem
 Huc, illhuc limum saltu mouère maligno.

*Distu-

*Distul
 Supplic
 Verba n
 Aeternu
 Eueniur
 Et mod
 Nunc pr
 Sape sup
 In gelid
 Litibus
 Quamu
 Vox qu
 Ipsaq³ d
 Terga c
 Spinav
 Limofo

F
 Saty
 bia (q
 tender
 pter te
 spensu
 Satyri
 ti sunt,
 gerent
 rit, qu
 maiori

Sicy

*Distulit ira sitim, neq; enim iam filia Cai
 Supplicat indignis, nec dicere sustinet vltra
 Verba minora Dea, tollensq; ad sidera palmas,
 Aeternum stagno (dixit) viuatis in isto.
 Eueniunt optata Dea: iuuat esse sub vndis.
 Et modo tota caua summerge membra palude,
 Nunc proferre caput, summo modo gurgite nare,
 Sape super ripam stagni consistere, saepe
 In gelidos resilire lacus, sed nunc quoq; turpes
 Litibus exercent linguas, pulsosq; pudore
 Quamuis sint sub aqua, sub aqua maledicere tentant.
 Vox quoq; iam rauca est, inflataq; colla tumescunt,
 Ipsaq; dilatant patulos conuicia rictus.
 Terga caput tangunt, colla intercepta videntur,
 Spinaviret: venter, pars maxima corporis, albet:
 Limosq; noua saliant in gurgite rana.

*Sustulit

Lycij rustici
in ranas.

FAB. III. ARGVMENTVM.

Satyrus nomine Marfyas, cum Apolline tibia (quam Minerua inuenisse proditur) contendere ausus fuit. victus autem à Phœbo, propter temeritatem, quia Deo cedere nollet, suspensus est, & cute nudatus. hunc Nymphæ ac Satyri, ceteriq; ruris incolæ, ita fletu persecuti sunt, quod in posterum eius cantu carere cogerentur, ut lacrymiseorum flumen increuerit, quod deinceps eius nomine in Phrygia à maioribus Marfya nuncupabatur.

Sic vbi nescio quis Lycia de gente virorum

Rettn-



Rettulit, exitium Satyri reminiscitur alter,
 Quem Tritoniaca Latous arundine victum
 Affecit pœna. quid me mihi detrahẽ, inquit?
 Ab piget, ab non est, clamabat, tibia tanti.
 Clamanti cutis est summos direpta per artus,
 Nec quicquam nisi vulnus erat, cruor vndiq³ manat,
 Detectiq³ patent nerui, trepidaq³ sine vlla
 Pelle micant vena, salientia viscera posses
 Et pelluentes numerare in pectore fibras.
 Illum ruricola sylvarum numina Fauni,
 Et Satyri fratres, & tunc quoq³ clarus Olympus,
 Et Nymphe flerunt, & quisquis montibus illis,
 Lanigerosq³ greges, armenta q³, buccera paut.

Fertilis

Nymphe
 rum, sarp
 rum, ruli
 corumq³
 chrymæ
 exco
 Marfyã
 flumen.

Fertili
 Conce
 Quas v
 Inde pe
 Marfyã
 Tal
 Vulgus
 Mater
 Flesse
 Dedux
 Conco
 Corpor
 Memb
 Qui lo
 Desuin
 Partis

Te
 auxili
 Athen
 oppu
 ficiur
 matr
 prijs
 & pri
 bo co
 omer

Fin
 Orau
 Argos

Fertilis immaduit, madefactaq; terra caducas
 Concepit lachrymas, ac venis perbibit imis.
 Quas ubi fecit aquas, vacuas emisit in auras.
 Inde petens rapidum ripis declinibus equor,
 Marfya nomen habet, Phrygia liquidissimus amnis.

Bucera ar-
 menta cora-
 nuta dixit.

Pelops hu-
 merus è car-
 neo in ebur-
 neum.


Talibus exemplis redit ad præsentia dictis
 Vulgus, & extinctum cum stirpe Amphiona luget,
 Mater in inuidia est: hanc tunc quoq; dicitur vnus
 Fleſſe Pelops, humeroq; suas à pectore postquam
 Deduxit vestes, ebur ostendisse sinistro.
 Concolor huic humerus nascendi tempore dextro,
 Corporeusq; fuit, manibus mox caesa paternis
 Membra ferunt iunxisse Deos, alijsq; repertis
 Qui locus est iuguli medius, summiq; lacerti
 Defuit, impositum est non comparentis in vsum
 Partis ebur, factoque Pelops fuit integer illo.

FAB. IIII. ARGUMENTVM.

Tereus, Martis filius, Rex Thracum, postquã
 auxilia multis tulit regibus, etiam Pandioni
 Athenis regnanti, cum à proximis ciuitatibus
 oppugnaretur, non defuit. Is igitur propter of-
 ficiu sibi præstitum, Prognen filiam suam in
 matrimoniu illi dedit. Celebrat s autem nu-
 ptijs Eumenides lectulum iugalem strauerunt,
 & prima nocte concubitus in culmine tecti bu-
 bo conspecta fuit, quæ nouo coniugio funestũ
 omen afferebat.

Finitimi proceres cõeunt, vrbesq; propinque
 Orauere suos ire ad solatia reges,
 Argosq; & Sparte, Pelopeiadesq; Mycene,

Et nondum toruæ Calydon inuisa Diane,
 Orchomenosq; ferax, & nobilis ære Corinthos,
 Messenæq; ferox, Patræq; humilesq; Cleonæ,
 Et Nelea Pylos, nec adhuc Pitheia Træzen.



Quæq; vrbes aliæ bimari clauduntur ab Isthmo,
 Exteriusq; * sitæ bimari spectantur ab Isthmo,
 Credere quis posset? sola cessastis Athenæ.
 Obstitit officio bellum, subuectaq; ponto
 Barbara * Cecropios terrebant agmina muros.
 Threicius Tereus hac auxiliaribus armis
 Fuderat, & claram vincendo nomen habebat.
 Quem sibi Pandion opibusq; virisq; potentem,
 Et genus à magno ducentem forte Gradiuo,

Connu-

* quæ aliæ

* Mopsopios

Connubio Prognēs iunxit. non pronuba Iuno,
 Non hymenaeus adest, illi non Gratia lecto.
 Eumenides tenuere faces de funere raptas,
 Eumenides strauere torum, tectōq; profanus
 Incubuit Bubo, thalamiq; in culmine sedit.
 Hac aue coniuncti Progne, Tereusq; parentes
 Hac aue sunt facti: gratata est scilicet illis
 Thracia, Dijsq; grates egere, diemq;
 Quoq; data est claro Pandione nata tyranno,
 Quoq; erat ortus Itys festum iussere vocari.
 Vsq; adeo latet utilitas. Iam tempora Titan
 Quinq; per autumnos repetitis duxerat annis,
 Cum blandita viro Progne, Si gratia, dixit,
 Vlla mea est, vel me visendam mitte sorori,
 Vel soror huc veniat: redituram tempore paruo,
 Promittes socero, magni mihi muneris instar
 Germanam vidisse dabis: iubet ille carinas
 In freta deduci: veloq; & remige portus
 Cecropios intrat, Pyraeaq; littora tangit.
 Vt primum soceri data copia, dextera dextræ
 Iungitur: infauso committitur omine sermo.
 Cæperat aduentus caussas mandata referre
 Coniugis, & celeres missæ spondere recursus.
 Ecce venit diues magno Philomela paratu,
 Diuitior forma, quales audire solemus
 Naiadas, & Dryadas medijs incedere syluis,
 Si modo des illis cultus, similesq; paratus.
 Non secus exarsit conspecta virgine Tereus,
 Quam si quis canis ignem supponat aristis,

Philomela
 rapta & vi-
 tiata.

Aut

Aut frondem, positasq; cremet sœnilibus herbas,
 Digna quidem facies, sed & hunc innata libido
 Extimulat, pronumq; genus regionibus illis
 In Venerem est, flagrat vitio gentisq; suoq;
 Impetus est illi comitum corrumpere curam,
 Nutricisq; fidem, nec non ingentibus ipsam
 Sollicitare datis, totumq; impendere regnum,
 Aut rapere, & seuo raptam defendere bello.
 Et nihil est, quod non effreno captus amore
 Ausit, nec capiunt inclusas pectore flammæ.
 Iamq; moras malè fert, cupidoq; reuertitur ore
 Mandata ad Progenes, & agit sua vota sub illa.
 Facundum faciebat amor, quotiesq; rogabat
 Vtlerius iusto, Progenem ita velle ferebat.
 Addidit & lachrymas, tanquam mandasset & illas.
 Proh superi, quantam mortalia pectora ceca
 Noctis habent? ipso scelere molimine Tereus
 Creditur esse pius, laudemq; à crimine sumit.
 Quid quoddidem Philomela cupit? patrios lacertis
 Blanda tenens humeros, vt eat visura sororem,
 Perq; suam, contraq; suam, petit * illa salutem.
 Spectat eam Tereus, præcontrectatq; videndo,
 Osculaq; & collo circumdat brachia cernens,
 Omnia pro stimulis, facibusq; ciboq; furoris
 Accipit: & quoties amplectitur illa parentem,
 Esse parens vellet, neq; enim minus impius esset.
 Vincitur amborum genitor prece. gaudet, agitq;
 Illa patri grates, & successisse duabus
 Id putat infelix, quod erat lugubre duabus.

Iam

Iam labor exiguus Phæbo restabat, equiq;
 Pulsabant pedibus spaciū decliu Olympi:
 Regales epule mensis, & Bacchus in auro
 Ponitur, hinc placido dantur sua corpora somno.
 At rex Odrysius quamuis secessit ab illa,
 Aestuat, & repetens faciem, motusq;, manusq;
 Qualia vult fingit, quæ nondum vidit, & ignes
 Ipse suos nutrit, curare mouente soporem.

F A B. V. A R G V M E N T V M.

Progne deportata in mariti regnum, cum ex
 longo temporis interuallo Philomelam sorore
 rem desideraret, petijt à Tereo, vt proficisce-
 retur Athenas, & sororem sibi ad solenne sacri-
 ficiū adduceret. Rex igitur vxori obediens,
 Athenas profectus, ibidemq; hospitio soceri sui
 Pandionis familiarissimè vsus est, & Philome-
 lam vix multis ab inuito parente precibus im-
 petratam, secum eius amore tacitè inflamma-
 tus, auexit.

Luxerat, & generi dextram complexus euentis
 Pandion, comitem lacrymis commendat obortis,
 Vt voluere ambæ, voluisti tu quoq; Tereu,
 Hanc ego chare gener, quoniam pia caussa coëgit,
 Do tibi, perq; fidem, cognataq; pectora supplex,
 Per superos oro, patrio vt tuearis amore,
 Et mihi sollicito lenimen dulce senectæ (tas:
 Quam primum (omnis erit nobis mora longa) remit-
 Tu quoq; quam primum (satis est procul esse sororem)
 Si pietas vlla est, ad me Philomela redito.
 Mandabat, pariterq; sua dabat oscula nata,

Philomela
 cōmittitur
 Tereo.

Et




Et lacryma mites inter mandata cadebant.
 Ut pignus fidei dexteras vtrasq; poposcit,
 Inter seq; datas iunxit natamq; nepotemq;
 Absentes pro se memori rogat ore, salutent.
 Supremumq; vale, pleno singultibus ore,
 Vix dixit, timuitq; sua prasagia mentis.
 Ut simul imposita est picta Philomela carina,
 Admotumq; fretum remis, tellusq; repulsa est,
 Vicinus, exclamat, mecum mea vota feruntur,
 Exultatq;, & vix animo sua gaudia differt
 Barbarus, & nusquam lumen detorquet ab illa,
 Non aliter, quam cum pedibus pradator aduncis
 Depo suit nido leporem Iouis ales ab alto:
 Nulla fuga est capto, spectat sua premia raptor.

F A B.

FAB. VI. ARGVMENTVM.

Tereus Philomelam in Thraciam ducens, eam vi correptam stabulis includit, vt posthac sine cuiusquam suspitione sapius ad eam commicare, & illicito illius amore frui posset. Cum autem minitaretur, se velle eius iniuriam & vim sibi violenter illatam omnibus patefacere, insuper Tereus ei, ne commissâ posset eloqui ac diuulgare, linguam præcidit, & coniugi, sororem ipsius mortem oppetisse, mentitus est.



Iamq, iter effectum est, iamq, in sua littora fessis
 Puppibus exierant, cum rex Pandione natam
 In stabula alta trahit, sylvis obscura vetustis.
 Atq, ibi pallentem, trepidamq, & cuncta timentem
 Et iam cum lacrymis, ubi sit germana, rogant em,

O 4

Inclu.

Includit, fassusq; nefas, & virginem, & vnam
 Vi superat frustra clamato saepe parente,
 Sape sorore sua, magnis super omnia diuis.
 Illa tremit velut agna pauens, quæ saucia cani
 Ore excussa lupi, nondum sibi tuta videtur:
 Utq; columba suo madefactis sanguine plumis
 Horret adhuc, auidosq; timet, quibus hæserat, vngues.
 Mox ubi mens redijt, passos laniata capillos,
 Lugenti similis, cæsis plangore lacertis,
 Intendens palmas, ô diris Barbare factis,
 O crudelis, ait. nec te mandata parentis
 Cum lacrymis mouère pijs, nec cura sororis,
 Nec mea virginitas, nec *coniugialia iura.
 Omnia turbasti. pellex ego facta sororis,
 Tu geminus coniux, *hostis mihi, debita pœna.
 Quin animam hanc (ne quod facinus tibi perfide re-
 Eripis? atq; vtinam fecisses ante nefandos
 Concubitus, vacuas habuisssem criminis vmbras.
 Si tamen hoc superi cernunt, si numina diuûm
 Sum aliquid, si non perierunt omnia mecum,
 Quandocunq; mihi pœnas dabis, ipsa pudore
 Proiecto tua facta loquar: si copia detur,
 In populos veniam: si syluis clausa tenebor,
 Implebo syluas, & conscia saxa mouebo.
 Audiet hoc æther, & si Deus vllus in illo est.
 Talibus ira feri postquam commota tyranni est,
 Nec minor hac metus est: caussa stimulatus vtrq;
 Quo fuit accinctus, vagina liberat ensem,
 Arreptamq; coma, flexis post terga lacertis

*connubi-
 alia

*non hæ-
 mihi debi-

stet) ^{2a}

Vincla

Vincla pati cogit. iugulum Philomela parabat,
 Spemq₃ suæ mortis viso conceperat ense.
 Ille indignantem, & nomen patris vsq₃ vocantem,
 Luctantemq₃ loqui, comprehensam forcipe linguam
 Abstulit ense *fero: radix micat vltima lingue.
 Ipsa iacet, terræq₃ tremens immurmurat atra.
 Utq₃ salire solet mutilata cauda colubra,
 Palpitat, & moriens domina vestigia querit.
 Hoc quoq₃ post facinus (vix ausim credere) fertur
 Sæpe sua lacerum repetisse libidine corpus.
 Sustinet ad Progen post talia facta reuerti.
 Coniuge quæ viso, germanam querit: at ille
 Dat gemitus victos, commentaq₃ funera narrat.
 Et lacrymæ fecere fidem. velamina Progne
 Deripit ex humeris auro fulgentia lato,
 Induiturq₃ atras vestes, & inane sepulchrum
 Constituit, falsisq₃ piacula manibus insert,
 Et luget, non sic lugenda fata sororis.

* ferox

Tereus lin-
 guam Phi-
 lomelæ exe-
 car.

F A B. VII. ARGVMENTVM.

Philomela stabulo detenta, cum execta lin-
 gua Terei crudelitatem & iniuriam eloqui non
 posset, in pannum hoc ipsum facinus literarum
 notis intexuit, eumq₃ ad sororem perferendum
 curauit. Quo inspecto, & coniugis perfidiam
 & germanæ casum Progne comperit. Quamob-
 rem sacra celebrare Libero patri constituens,
 more bacchantis ad stabula properat, foro-
 remq₃ è carcere liberatam, secum in regiam ad-
 ducit.

Signa Deus bis sex actō lustrauerat anno.

o 5

Quid

*Quid faciat Philomela? fugam custodia claudit:
 Structa rigent solido stabulorum mœnia saxo.
 Os mutum facti caret indice: grande doloris
 Ingenium est, miserisq; venit solertia rebus.
 Stamina barbarica suspendit candida tela,*



*Purpureasq; notas filis intexuit albis,
 Indicium sceleris, perfectaq; tradidit vni,
 Utq; ferat domina gestu, rogat, illa rogata
 Pertulit ad Prognem, nec scit quid tradat in illis.
 Evoluit vestes sæui matrona tyranni,
 Fortunaq; sue carmen miserabile legit.
 Et (mirum potuisse) silet. dolor ora repressit,
 Verbaq; querenti satis indignantia lingua*

Defue-

Defuerant, nec flere vacat : sed fasq, nefasq,
 Confusura ruit, pœnæq, in imagine tota est.
 Tempus erat, quo sacra solent Trieterica Bacchi
 Sithonia celebrare nurus, nox conscia sacris,
 Nocte sonat Rhodope tinnitibus æris acuti.
 Nocte sua est egressa domo regina, Deiq,
 Ritibus instruitur, furialiq, accipit arma,
 Vite caput tegitur, lateri ceruina sinistro
 Vellera dependent, humero leuis incubat hasta.
 Concita per syluas turba comitante suarum
 Terribilis Progne, furijsq, agitata doloris,
 Bacche tuas simulat. venit ad stabula auia tandem,
 Exululatq, *euœq, sonat, portasq, resfringit,
 Germanamq, rapit, raptæq, insignia Bacchi
 Induit, & vultus hederarum frondibus abdit,
 Attonitamq, trahens intra sua mœnia ducit.

*hæ hocq,


F A B. VIII. ARGVMENTVM.

Progne sororis casu, & mariti facinore com-
 mota, filium suum Ityn occidit, & dapibus mi-
 scuit. Cùm autem Tereus inter epulandum
 Ityn desideraret, caput eius sorores in sinum
 Tyranni proiecerunt, dicentes: Intus habes
 quem desideras. Intelligens ergo Tereus sce-
 lus scelere punitum esse, sororem coniugis per-
 sequitur, sed ea Deorum voluntate in luscini-
 am, Progne in hirundinem, & ipse rex in vpu-
 pam, euaserunt.

Vt sensit tetigisse domum Philomela nefandam,
 Horruit infelix, totoq, expalluit ore.

Nacta

*Nacta locum Progne, sacrorum pignora demit,
Oraq₃ deuelat misera pudibunda sororis,
Amplexumq₃ petit. sed non attollere contra*



*Sustinet hæc oculos, pellex sibi visa sororis,
Deiectoq₃ in humum vultu iurare volenti,
Testariq₃ Deos, per vim sibi dedecus illud
Illatum, pro voce manus fuit. ardet, & iram
Non capit ipsa suam Progne, fletumq₃ sororis
Corripiens, non est lacrymis hoc, inquit, agendum,
Sed ferro, seu si quid habes, quod vincere ferrum
Possit. in omne nefas ego me germana paravi.
Aut ego cum facibus regalia tecta cremabo,
Artificem medijs immittam Terea flammis :*

Aut

Aut linguā, aut oculos, & quæ tibi membra pudorem

*Abstulerunt, ferro rapiam: aut per vulnera mille * abstule-

Sontē animā expellā: magnum est quodcūq; parauī, rant,

Quid sit adhuc dubito. peragit dum talia Progne,

Ad matrem veniebat Itys. quid possit, ab illo

Admonita est, oculisq; tuens immitibus, ah quā

Es similis patri, dixit. nec plura locuta,

Triste parat facinus, tacitāq; exastuat ira.

Vi tamen accessit natus, matrig; salutem

Attulit, & paruis adduxit colla lacertis,

Mistāq; blanditijs puerilibus oscula iunxit:

Mota quidem est genitrix, infractāq; constitit ira,

Inuitiq; oculi lachrymis maduere coactis.

Sed simul *ex nimia mentem pietate labare

*eximia

Sensit, ab hoc iterum est ad vultus versa sororis.

Inq; vice spectans ambos. cur admouet, inquit,

Alter blanditias? rapta filet altera lingua?

Quam vocat hic matrem, cur non vocat illa sororem?

Cui sis nupta vide Pandione nata marito.

Degeneras, scelus est pietas in coniuge Tereo.

Nec mora, traxit Ityn, veluti Gangetica cerua

Lactentem fœtum per sylvas Tigris opacas.

Vtq; domus alta partem tenuere remotam,

Tendentemq; manus, & iam sua fata videntem,

Et mater, mater clamantem, & colla petentem,

Ense ferit Progne, lateri qua pectus adheret,

Nec vultum verrit: satis illi ad fata, vel vnum

Vulnus erat iugulum ferro Philomela resoluit.

Vivāq; adhuc animāq; aliquid retinentia membra

Dila-

Dilaniat. pars inde canis exultat abenis,
 Pars verubus stridet: manant penetralia tabo.
 His adhibet coniux ignarum Terea mensis,
 Et patrij moris sacrum mentita, quod vni
 Fas sit adire viro, comites, famulosq; remouit.
 Ipse sedens folio Tereus sublimis auito,
 Vescitur, inq; suam sua viscera congerit aluum.
 Tantaq; nox animi est, Ityn huc accersite, dixit.
 Dissimulare nequit crudelia gaudia Progne,
 Iamq; sua cupiens existere nuncia cladis,
 Intus habes, quod poscis, ait. circumspicit ille,
 Atq; vbi sit, quarit. querenti iterumq; vocanti
 Sicut erat sparsis furiali cade capillis,
 Profiluit, Ityosq; caput Philomela cruentum
 Misit in ora patris, nec tempore maluit vllò
 Possè loqui, & meritis testari gaudia dictis.
 Thracius ingenti mensas clamore repellit,
 Vipereasq; ciet Stygia de valle sorores,
 Et modo si posset referato pectore, diras
 Eggerere inde dapes, emersaq; viscera gestit.
 Flet modo, seq; vocat bustum miserabile nati.
 Tunc sequitur nudo genitas Pandione ferro.
 Corpora Cecropidum pennis pendere putares,
 Pendebant pennis, quarum petit altera syluas,
 Altera tecta subit, neq; adhuc de pectore cadis
 Excessere nota, signataq; sanguine pluma est.
 Ille dolore suo, pœnaq; cupidine velox,
 Vertitur in volucrem, cui stant in vertice criste,
 Prominet immodicum pro longa cuspide rostrum.

Nomen

Progne I.
 tyn filium
 proponit.

Nomen
 Hic do.
 Tempo

Aqu
 filiam
 posset
 suis vi
 ciam o
 perit
 lucr
 ginem



dee

igne
filium
ponit.

*Nomen Epops volucris facies armata videtur.
Hic dolor ante diem, longæq; extrema senectæ
Tempora tartareas Pandiona misit ad ymbras.*

FAB. IX. ARGVMENTVM.

Aquilo cū Orithyiam regis Atheniensium Erichthei
filiam amaret, nec vllis precibus à parentibus impetrare
posset, vt ipsi puellam in matrimonium darent, viribus
suis vsus, Athenas deuenit, & virginem raptam in Thra-
ciam deportauit: vbi ab ipso grauida facta, gemellos pe-
perit Zethem & Calaim, quorum postea humeris alæ vo-
lucrum increuerunt, vt nimirum parentis quoque ima-
ginem aliqua ex parte referrent.



sceptra locis, rerumq; capit moderamen Erichtheus

Iustitia

Iustitia dubium, validisne potentior armis.
 Quatuor ille quidem iuuenes, totidemq; creatur
 Fœmineæ sortis, sed erat par forma duarum.
 E quibus Acolides Cephalus te coniuge felix
 Procri fuit. Boreæ Tereus, Thracesq; nocebant,
 Dilectaq; diu caruit Deus Orithyia,
 Dum rogat, & precibus mauult, quàm viribus uti.
 Ast ubi blanditijs agitur nihil, horridus ira
 Quæ solita est illi, nimiumq; domestica vento,
 Et meritò, dixit: quid enim mea tela reliqui?
 Scuitiam, & vires, iramq; animosq; minaces?
 Admouiq; preces, quarum me dedecet vsus?
 Aptam mihi vis est: hac tristia nubila pello,
 Hac freta concutio, nodosaq; robora verto,
 Induroq; niues, & terras grandine pulso,
 Idem ego cùm fratres cœlo sum nactus aperto,
 (Nam mihi campus is est) tanto molimine luctor,
 Ut medius nostris concursibus insonet æther,
 Exiliantq; cauis elisi nubibus ignes.
 Idem ego cùm subij conuexa foramina terræ,
 Supposuiq; ferox imis mea terga cauernis
 Sollicito manes, totumq; tremoribus orbem.
 Hac ope debueram thalamos petiisse, socerq;
 Non orandus erat mihi, sed faciendus Erechtheus.
 Hæc Boreas, aut his non inferiora locutus,
 Excussit pennas, quarum iactatibus omnis
 Afflata est tellus, latumq; perhorruit aquor,
 Puluereamq; trahens per summa cacumina pallam,
 Verrit humum, pauidamq; metu caligine tectus

Ori-

Zethus
 Calais et
 parte in
 ues.

Orithyia
 Dum v
 Nec pri
 Quam
 Illbic
 Et geni
 Cetera
 Non ta
 Barba
 Implu
 Mox p
 Cinger
 Ergo v
 Veller
 Per m

P.
 N

Ias
 ni filiu
 ad ve
 retur
 na ter
 auscul
 iuuen
 nem i
 contig

Zethes Calais t
parte il
ues.

*Orithyiam adamans fuluis complectitur alis,
Dum volat, arserunt agitati fortius ignes.
Nec prius aëry cursus suppressit habenas,
Quàm Ciconum tenuit populos, & mœnia raptor.
Illic & gelidi coniux Actæa tyranni,
Et genitrix facta est, partuq; enixa gemellos,
Cetera qui matris, pennas genitoris, habebant.
Non tamen has memorant vnà cum corpore natas,
Barbaq; dum rutilus aberat subnixa capillis,
Implumes Calaisq; puer, Zetesq; fuerant.
Mox pariter penna ritu cœpere volucrum
Cingere vtrung; latus, pariter flauescere male.
Ergo vbi concessit tempus puerile iuuentæ,
Vellera cum Minyis nitido radiantia villo,
Per mare non notum prima petiere carina.*


**P. OVIDII NASO-
NIS METAMORPHO-
seon Liber VII.**

FAB. I. ARGVMENTVM.

Iasoni Theſſalo Aesonis filio Pelia Neptu-
ni filius ſuaſit, vt in Colchos Aſiæ regionem,
ad vellus aureum apportandum, proficiſce-
retur, ſperans eum vel in mari, vel peregri-
na terra interiturum. Huius igitur monitis
auſcultans Iason, collecta non exigua Græciæ
iuuentute, Argoq; naue fabricata, proſectio-
nem inſtituit. vtq; Aetæ, Solis filij, regiam
contigit, Medea regis filia eius pulchritudi-
ne per-

p

ne permota, occultam ei rapiendi velleris artem com-
municauit.



I Amq, fretum Mynia Pegasæa puppe secabant,
Perpetuaq, trahens inopem sub nocte senectam
Visus erat Phineus, iuuenesq, Aquilone creati.
Virgineas volucres miseri senis ore fugarant :
Multaq, perpeſſi claro sub Iasone, tandem
Contigerant rapidas limoſi Phaſidos vndas.
Dumq, adeunt regem, Phryxeaq, vellera poſcunt,
Voxq, datur Minyis magnorum horrenda laborum,
Concipit interea validos Aetias ignes.
Et luctata diu, poſtquam ratione furorem
Vincere non poterat : fruſtra Medea repugnans,

Nefcio

Expediſio
Iaſonis in
Colchos.

Vellus æ-
reum.

Nescio quis Deus obstat, ait: mirumq, quid hoc est,
 *Anne aliqd certè simile huic, quod amare vocatur? * aut
 Nam cur iussa patris nimium mihi dura videntur?
 Sunt quoq, dura nimis. cur quem modo deniq, vidi,
 Ne pereat, timeo? quæ tanti causa timoris?
 Excute virgineo conceptas pectore flammæ,
 Si potes, infelix. si possem, sanior essem:
 Sed trahit inuitam noua vis, aliudq, Cupido,
 Mens aliud suadet. video meliora, proboq,
 Deteriora sequor. quid in hospite regiæ virgo
 Præris? & thalamos alieni concipis orbis?
 Hæc quoq, terra potest, quod ames dare: viuat, an ille
 Occidat, in Dijs est: viuat tamen, idq, precari
 Vel sine amore licet, quid enim commisit Iason?
 Quem nisi crudelem non tangat Iasonis ætas?
 Et genus, & virtus? quem non, vt cætera desint,
 Forma mouere potest? certè mea pectora mouit.
 At nisi opem tulero, taurorum afflabitur ore,
 Concurretq, suæ segeti, tellure creatis
 Hostibus, aut auido dabitur fera præda draconi:
 Hoc ego si pariar, tum me de tigride natam,
 Tum ferrum, & scopulos gestare in corde fatebor.
 Cur non & specto pereuntem? oculosq, videndo
 Conscelero? cur non tauros exhortor in illum?
 Terrigenasq, feros, in sopitumq, draconem?
 Dij meliora velint: quanquam non ipsa precanda,
 Sed facienda mihi. prodamnne ego regna parentis?
 Atq, ope nescio quis seruabitur aduena nostra?
 Vt per me sospes, sine me det linthea ventis?

P 2

Virg.

Virg³, sit alterius? pœna Medea relinquit?
 Si facere hoc, aliâmque potest præponere nobis,
 Occidat ingratus, sed non is vultus in illo,
 Non ea nobilitas animo est, ea gratia forma,
 Ut timeam fraudem, meritiq³ obliuia nostri.
 Et dabit antè fidem, cogamq³ in fœdera testes
 Esse Deos. quid tuta times? accingere, & omnem
 Pelle moram, tibi semper debebit Iason.
 Te face solenni iunget sibi, perq³ Pelasgas
 Seruatrici vrbes matrum celebrabere turba.
 Ergo ego germanam fratremq³, patremq³, Deosq³,
 Et natale solum ventis ablata relinquam?
 Nempe pater sauius, nempe est mea barbara tellus.
 Frater adhuc infans, stant mecum vota sororis.
 Maximus intra me Deus est, non magna relinquam,
 Magna sequar. titulum seruata* puppis Achivæ, *pubi
 Noticiamq³ loci melioris, & oppida, quorum
 Hic quoq³ fama viget, cultusq³, artesq³ virorum,
 Quemq³ ego cum rebus, quas totus possidet orbis,
 Aesonidem mutasse velim, quo coniuge felix,
 Et Dijs chara ferar, & vertice sidera tangam.
 Quid? quod nescio qui medijs incurrere in vndis
 Dicuntur montes? ratibusq³ inimica Charybdis
 Nunc sorbere fretum, nunc reddere, cinctaq³ seuis
 Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo?
 Nempe tenens quod amo gremioq³ in Iasonis harena,
 Per freta longa ferar, nihil illum amplexa timebo:
 Aut si quid metuam, metuam de coniuge solo.
 Coniugiumne putas? speciosaq³ nomina culpa

Impo-

Imponis Medea tua? quin aspice quantum
 Aggrediare nefas, & dum licet, effuge crimen.
 Dixit: & ante oculos rectum, pietasq³, pudorq³,
 Constiterant, & victa dabat iam terga Cupido.
 Ibat ad antiquas Hecates Herseidos aras,
 Quas nemus umbrosum, secretaq³, sylua tegebat.
 Et iam* fractus erat, pulsusq³, resederat ardor.
 Cum videt Aesoniden, extinctaq³, flamma reluxit,
 Erubere genæ, totoq³ recanduit ore.
 Ut solet à ventis alimenta resumere, quæq³,
 Parua subinducta latuit scintilla fauilla
 Crescere, & in veteres agitata resurgere vires,
 Sic iam lenis amor, quem iam languere putares,
 Ut vidit iuuenem, specie presentis inarsit.
 Et casu solito formosior Aesone natus
 Illa luce fuit. posses agnoscere amanti.
 Spectat, & in vultu, veluti tum deniq³ viso,
 Lumina fixa tenet, nec se mortalia demens
 Oravideri putat, nec se declinat ab illo.
 Ut verò cœpitq³, loqui, dextramq³, prehendit
 Hospes, & auxilium summissa voce rogavit,
 Promisitq³, torum. lachrymis ait illa profusis:
 Quid faciam video, nec me ignorantia veri
 Decipiet, sed amor, servabere munere nostro,
 Servatus promissa dato. per sacra triformis
 Ille Dea, luoq³, foret quod numen in illo,
 Perq³, patrem soceri cernentem cuncta futuri,
 Euentusq³, suos, & tanta pericula iurat.
 Creditus, accepit cantatas protinus herbas,

* foris

*pubu

P 3

Edidi-

Edidicitq; vsum, latusq; in tecta recessit.

FAB. II. ARGVMENTVM.

Cùm Iason Medæ fidem coniugij promississet, ipsa tauros spirantes ignem, armatosq; milites & draconem peruigilem auratum vellus simul custodientes, magicis quibusdam carminibus iuueni parere coëgit, adeò vt tauri se iugo submitterent, & armatorum manus in se conuerfa, mutuo bello concideret, draconis autem oculi somno implicarentur. Quibus gestis Iason ablato vellere, vnà cum Medea Corinthum abiit.



*Postera depulerat stellas Aurora micantes,
Conueniunt populi sacrum Mauortis in aruum,
Consistuntq; iugis: medio rex ipse recedit
Agmine purpureus, sceptroque insignis eburno.*

Ecce

Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant
 Acripides tauri, tactaq; vaporibus herba
 Ardent: utq; solent pleni resonare camini,
 Aut vbi terrena silices fornace soluti
 Concipiunt ignem liquidarum aspergine aquarum,
 Pectora sic intus clausas voluentia flammæ,
 Gutturaq; vsta sonant. tamen illis Aesone natus
 Obuius it. vertère truces venientes ad ora
 Terribiles vultus, præfixaq; cornua ferro,
 Pulcreumq; solum pede pulsauere bisulco,
 Fumificisq; locum mugitibus impleuere.
 Dirigere metu subito Minyæ: ille nec * vllos
 Sensit anhelantes, tantum medicamina possunt,
 Pendulaq; audaci mulcet palearia dextra,
 Suppositusq; iugo, pondus graue cogit aratri
 Ducere, & insuetum ferro prosciindere campum.
 Mirantur Colchi, Minyæ clamoribus augent,
 Adjiciuntq; animos. galea tum sumit ahena
 Vipereos dentes, & aratos spargit in agros.
 Semina mollit humus valido præincta veneno,
 Et crescunt, fiuntq; sati noua corpora dentes.
 Utq; hominis speciem materna sumit in aluo.
 Perq; suos intus numero componitur infans,
 Nec nisi maturus communes exit in auras,
 Sic vbi visceribus grauide telluris, imago
 Effecta est hominis, fæto consurgit in aruo:
 Quodq; magis mirum est, simul edita concutit arma.
 Quos vbi viderunt præacuta cuspide hastas
 In caput Aemonij iuuenis torquere parentes,

* illos

 Dentes ser-
 pentini in
 homines at-
 quatos.

Demisere metu vultumq³, animumq³, Pelasgi:
 Ipsa quoq³, extimuit, quæ tutum fecerat illum:
 Utq³, peti vidit iuuenem tot ab hostibus vnum,
 Palluit, & subito sine sanguine frigida sedit:
 Néue parum valeant à se data gramina, carmen
 Auxiliare canit, secretasq³, aduocat artes.
 Ille grauem medios silicem iaculatus in hostes,
 A se depulsum Martem conuertit in ipsos.
 Terrigenæ pereunt per mutua vulnera fratres,
 Ciuiq³, cadunt acie, gratantur Achini,
 Victoremq³, tenent, auidisq³, amplexibus herent.
 Tu quoq³, victorem complecti barbara velles,
 Obstetit incæpto pudor: at complexa fuisses,
 Sed te nefaceres, tenuit reuerentia fama.
 Quod licet, affectu tacito letaris, agisq³,
 Carminibus grates, & Dÿs autoribus horum.
 Peruigilem superest herbis sopire draconem,
 Qui crista, linguq³, tribus præsignis, & vncis
 Dentibus horrendus, custos erat arboris aureæ.
 Hunc postquam sparfit Lethæi gramine succi,
 Verbaq³, ter dixit placidos facientia somnos,
 Quæ mare turbatum, quæ concita flumina sistunt,
 Somnos in ignotos oculos vbi venit, & auro
 Heros Aesonios potitur, spolioq³, superbus,
 Muneris autorem secum spolia altera portans,
 Victor* Iolciacos tetigit cum coniuge portus.

FAB. III. ARGVMENTVM.

Iason, postquam Medeam secum abductam
 in Græciam transportauit, petijt ab ea, vt Aeso-
 nem

Carmen
 xiliare.

Draco He-
 spertius.

* Cecro-
 pios.

nem par-
 uatum, i-
 precibus
 perat, ob-
 inceps v-
 quilita c-
 floridum



Aemo-
 Grandæ-
 Thera li-
 Victima,
 Iam prop-
 Tum sic
 Consiteor

nem parentem iam decrepitum, & extrema senectute gra-
uatum, in adolescentiam suis artibus reuocaret. Cuius
precibus vxor amore, quem ex iuuentute coniugis cœ-
perat, obtemperans, Deorum auxilium implorat, & de-
inceps varia herbarum genera, varijs ex regionibus con-
quilita colligit, quibus Aesonem decrepitum senem in
floridum ætatis virilis statum reducit.



Aemoniæ matres pro natis dona receptis,
Grandæuq; ferunt patres, congestaq; flamma,
Thura liquefaciunt, indutaq; cornibus aurum
Victima, vota facit, sed abest gratantibus Aeson,
Iam propior leto, fessusq; senilibus annis.
Tum sic Aesonides: ô cui debere salutem
Confiteor coniux, quanquam mihi cuncta dedisti?

P

S

Exces-

Exceſſitq; fidem meritorum ſumma tuorum,
 Si tamen hoc poſſunt (quid n. non carmina poſſunt?)
 Deme meis annis, & demptos adde parenti.
 Nec tenuit lachrymas, mota eſt pietate rogantis.
 Diſſimilemq; animum ſubiit pater Aeta relictus,
 Non tamen affectus tales confeſſa: quod inquit,
 Excidit ore tuo coniux ſcelus? ergo ego cuiquam
 Poſſe tua videor ſpaciū tranſcribere vita?
 Non ſinat hoc Hecate, nec tu petis aqua: ſed iſto
 Quod petis experiar maius dare munus Iaſon.
 Arte mea ſoceri longum tentabimus æuū,
 Non annis renouare tuis, modò diua triſormis
 Adiuuet, & præſens ingentibus annuat auſis.
 Tres aberant noctes, vt cornua tota coirent,
 Eſſicerentq; orbem, poſtquam pleniffima fulſit,
 Et ſolida terras ſpectauit imagine Luna,
 Egreditur tectis, veſtes induta recinctas,
 Nuda pedem, nudos humeris infuſa capillos:
 Fertq; vagos mediæ per muta ſilentia noctis
 Incomitata gradus, homines, volucresq; ſerasq;
 Soluerat alta quies: nullo cum murmure ſerpens
 Sopita ſimilis: nullo cum murmure ſerpit:
 Immotaq; ſilent frondes, ſilet humidus aër:
 Sidera ſola micant, ad quæ ſua brachia tendens,
 Ter ſe conuertit, ter ſumptis flumine crinem
 Irrorauit aquis, ternis & hiatibus ora
 Soluit, & in dura ſummiſſo poplite terra,
 Nox, ait, arcanis fidiſſima, quæq; diurnis
 Aurea cum Luna ſucceditis ignibus aſtra;

Tuq;

Tuq; tri
 Adiutri
 Quæq; M
 Auræq;
 Dūq; om
 Quorum
 In fonte
 Stantia
 Nubilag
 Viperea
 Viuaq; ſ
 Et ſylua
 Et mug
 Te quoq;
 Aera tu
 Pallent,
 Vos mih
 Haud pa
 Vos ſerp
 Cuſtode
 Vindice
 Nunc op
 In florer
 Et dabit
 Nec fru
 Currus
 Quò ſim
 Permul
 Sublim
 Reſpici

Tuq³ triceps Hecate, quæ cœptis conscia nostris,
 Adiutrixq³ venis, cantusq³, artesq³ Magorum,
 Quæq³ Magos tellus pollentibus instruis herbis,
 Auræq³, & venti, montesq³, amnesq³, lacusq³,
 Dijq³ omnes nemorum, Dijq³ omnes noctis adesse,
 Quorum ope cum volui, ripis mirantibus amnes
 Infantes rediere suos, concussaq³ sisto,
 Stantia concutio cantu freta: nubila pello,
 Nubilaq³ induco: ventos abigoq³, vocoq³,
 Vipereas rumpo & verbis & carmine fauces.
 Viuaq³ saxa, sua conuulsaq³ robora terra,
 Et sylvas moueo, iubeoq³ tremiscere montes,
 Et mugire solum, manesq³ exire sepulcris.
 Te quoq³ Luna traho, quamuis* temerata labores
 Aera tuos minuunt: currus quoq³ carmine nostro
 Pallent, ac pallet nostris Aurora venenis.
 Vos mihi taurorum flammæ hebetastis, & vnco,
 Haud patiens oneris, collum pressistis aratro.
 Vos serpentigenis in se fera bella dedistis,
 Custodemq³ rudem somno sopistis, & aurum
 Vindice decepto Graias misistis in vrbes.
 Nunc opus est succis per quos renouata senectus
 In florem redeat, primosq³ recolligat annos.
 Et dabit is: neq³ enim micuerunt sidera frustra,
 Nec frustra volucrum tractus ceruice draconum
 Currus adest. aderat demissus ab æthere currus.
 Quò simul ascendit, frenataq³ colla draconum
 Permulsit, manibusq³ leues agitauit habenas,
 Sublimis rapitur, subiectaq³ Thessala Tempe
 Respicit, & cretis regionibus applicat angues:

*Temeſea

Et

Et quas Ossa tulit, quasq; altus Pelion herbas,
 Othrysq; & Pindus, & Pindo maior Olympus,
 Perspicit, & placidas partim radice refellit,
 Partim succidit curuamine falcis ahenæ.
 Multa quoq; Apidani placuerunt gramina ripis,
 Multa quoq; Amphrysi, nec eras immunis Enipeu,
 Nec non Peneus, nec non Sperchiades vnda
 Contribuere aliquid, iuncosq; littora Bæbes.
 Carpsit & Euboica viuax Anthedone gramen
 Nondum vulgatum mutato corpore Glauci.

FAB. IIII. ARGVMENTVM.

Medea innumerabilia herbarum genera hinc inde colligens, eas aheni igni feruenti imposito coxit: & cum animaduerneret stipitem, quo versabat illas, in arborem oleam baccis refertam esse commutatum, & ea quæ ex aheni despumato in terram deciderant, in herbam statim lætissimam conuersa: mox Aesonis iugulum gladio resoluit, & loco effusi sanguinis, vulnere madentes herbas inseruit, vnde senex in pristinum iuuentutis vigorem restitutus est.

Nona dies illam curru, pennisq; draconum,
 Nonaq; nox omnes lustrantem viderat agros,
 Cum redijt, nec erant tacti, nisi odore dracones,
 Et tamen annose pellem posuere senecta.
 Constitit adueniens citra limenq; foresq;
 Et tantum cælo tegitur, refugitq; viriles
 Contactus, statuitq; aras è cespite binas,
 Dexteriore Hecates, & laua parte luuenta.


Has

Has vbi v
 Haud pr



Sacra fa
 Coniicit
 Tum sup
 Alteraq;
 Verba f
 Vmbran
 Ne prop
 Quos vb
 Aesonis
 Iussit,
 Exanim
 Hinc pr

*Hæc ubi verbenis, sylvaq; incinxit agresti,
Haud procul egesta scrobibus tellure duabus*



*Sacra facit, cultrosq; in guttura velleris atri
Conijcit, & patulas persundit sanguine fossas.
Tum super inuergens tepidi carchesia lactis,
Alteraq; inuergens liquidi carchesia mellis
Verba simul fundit, terrenaq; numina poscit,
Umbrarumq; rogat rapta cum coniuge regem,
Ne properent artus anima fraudare senili.
Quos ubi placauit precibusq;, & murmure longo,
Aesonis effectum proferri corpus ad Aras
Iussit, & in plenos resolutum carmine somnos
Exanimi similem stratis porrexit in herbis.
Hinc procul Aesonide, procul hinc iubet ire ministros,*

Et

Et monet arcanis oculos remouere profanos.
 Diffugiunt iussi: sparsis Medea capillis
 Bacchantum ritu flagrantem circuit aras,
 Multisidasq; faces in fossa sanguinis * atra
 Tingit, & insectas geminis accendit in aris,
 Terq; senem flamma, ter aqua, ter sulphure lustrat.
 Interea calido positum medicamen abeno
 Feruet, & exultat, spumisq; tumentibus albet.
 Illhic Aemonia radices valle resectas,
 Seminaq; & flores, & succos incoquit atros.
 Adijcit extremo lapides Oriente petitos,
 Et quas Oceani refluxum mare lauit arenas,
 Addidit exceptas Luna de nocte pruinas,
 Et Strigis infames, ipsis cum carnibus, alas,
 Inq; virum soliti vultus mutare ferinos
 Ambigui profecta lupi. nec defuit illi
 Squamea Cyniphei tenuis membrana chelydri,
 Viuacisq; iecur cerui, quibus insuper addit
 Ora, caputq; nouem cornicis * secula passa.
 His & mille alijs postquam sine nomine rebus
 Propositum instruxit mortali Barbara munus,
 Arenti ramo, iam pridem mitis oliua
 Omnia confudit, summisq; immiscuit ima.
 Ecce vetus calido versatus stipes abeno
 Fit viridis primo, nec longo tempore frondes
 Induit, & subito grauidis oneratur oliuis.
 At quacumq; cauo spumas eiecit abeno
 Ignis, & in terram gutta cecidere calentes,
 Vernat humus, floresq; & mollia pabula surgunt.

Qua

* atra
 Medea At
 soni repa-
 rat iuuen-
 tatem.

* secula

Qua fin
 Ense sen
 Passa, r
 Ant ore
 Canic
 Pulsa f
 Adiecto
 Membra
 Ante qu
 Dissimi
 Vide
 Liber, e
 Posse su

F
 Pelia
 festuan
 derent,
 crepito
 ret: H
 cisci cu
 impuli
 num d
 nex mi
 rum d
 spectu

Néu
 Phasias
 Confugi
 Excipi

Quæ simul ac vidit, stricto Medea recludit
 Ense senis iugulum, veteremq; exire cruorem
 Passa, replet succis. quos postquam combibit Aeson,
 Aut ore exceptos, aut vulnere: barba comaq;
 Canicie posita nigrum rapuere colorem.
 Pulsâ fugit macies, abeunt pallorq;, situsq;,
 Adiectoq; causâ suppleantur corpore rugæ,
 Membraq; luxuriant. Aeson miratur, & olim
 Ante quater denos nunc se reminiscitur annos,
 Dissimilemq; animum subijt, etatē relicta.

Viderat ex alto tanti miracula monstri
 Liber, & admonitus inuenes nutricibus annos
 Posse suis reddi, capit hoc à Colchide manus.


Liberi nutri-
 ces in iuue-
 tutem re-
 ductæ.

FAB. V. ARGVMENTVM.

Peliades, Pelix filia, cū arietem senio con-
 fectum, à Medea in agnum transfiguratum vi-
 derent, eam rogabant, vt parenti Pelix iam de-
 crepito simili suam iuuentutem arte restitue-
 ret: Hæc igitur senem, Iasonis inimicum vl-
 cisci cupiens, filias ad parentem interficiendum
 impulit, lacerataq; membra in feruens ahe-
 num demittere præcepit. Hoc ita facto, se-
 nex miserabiliter periit, ipsa verò Medea cur-
 rum draconibus iunctum conscendens, è con-
 spectu inimicorum aufugit.

Néue doli cessent, odium cum coniuge falsum
 Phasias assumulat, Pelixq; ad limina supplex
 Confugit, atq; illam, quoniam grauis ipse senectâ est,
 Excipiunt natæ, quas tempore callida paruo

Colchis



Colchis amicitia^{*} fallacis imagine cepit.
 Dumq̃, refert inter meritum maxima, demptos
 Aesonis esse situs, atq̃ hac in parte moratur,
 Spes est virginibus Pelia subiecta creatis,
 Arte suum pari reuiescere posse parentem,
 Idq̃, petunt iuuenes, precium sine fine pacisci.
 Illa breui spacio silet, & dubitare videtur,
 Suspenditq̃, animos, ficta grauitate rogantum.
 Mox ubi pollicita est, quo sit fiducia maior
 Muneris huius, ait: Qui vestri maximus euo est
 Dux gregis inter oues agnus medicamine fiet.
 Protinus innumeris effœtus laniger annis
 Attrahitur, flexo circum caua tempora cornu:
 Cuius vt Aemonio marcentia guttura cultro

^{*} menda-
 cu

Fodit,

Fodit,
 Memb
 Mergit
 Cornu
 Et ten
 Nec m
 Lasciu
 Obstu
 Exhib
 Ter iu
 DEMP
 Sider
 Impon
 Iamq̃
 Et cu
 Quem
 Intra
 Amb
 Strin
 Vtre
 In ma
 Si pie
 Offici
 Exig
 His, v
 Et ne
 Vlla j
 Caca
 Ille c

Fodit, & exiguo maculauit sanguine ferrum,
 Membra simul pecudis, validosq; venesica succos
 Mergit in ere cauo: minuunt ea corporis artus,
 Cornuaq; exurunt, nec non cum cornibus annos,
 Et tener auditur medio balatus aheno.
 Nec mora, balatum mirantibus, exilit agnus,
 Lasciuuq; fuga, lactentiaq; vbera querit.
 Obstupere satæ Pelia, promissaq; postquam
 Exhibuere fidem, tum verò impensius instant.
 Ter iuga Phœbus equis in Ibero flumine merfis
 Dempserat, & quarta radiantia nocte micabant
 Sidera, cum rapido fallax Aetias igni
 Imponit purum laticem, & sine viribus herbas.
 Iamq; neci similis resoluta corpore, regem,
 Et cum rege suos custodes somnus habebat,
 Quem dederat cantus, magicag; potentia lingua,
 Intrarant iussæ cum Colchide limina natæ,
 Ambierantq; torum: quid nunc dubitatis inertes?
 Stringite, ait, gladios, veteremq; haurite cruorem,
 Vt repleam vacuas iuuenili sanguine venas.
 In manibus vestris vita est, ataq; parentis.
 Si pietas vlla est, nec spes agitat inanes,
 Officium præstate patri, telisq; senectam
 Exigite, & saniem coniecto emittite ferro.
 His, vt quaq; pia est, hortatibus, impia prima est,
 Et ne sit scelerata, facit scelus: haud tamen ictus
 Vlla suos spectare potest oculosq; reflectunt,
 Cacaq; dant seuis aduersæ vulnera dextris.
 Ille cruore fluens subito tamen alleuat artus,

Aries in 2-
gnum.

Semilacerq₃ torotentat consurgere, & inter
 Tot medius gladios pallentia brachia tendens,
Quid facitis nata? quis vos in fata parentis
 Armat, ait? cecidere illis animiq₃, manusq₃.
 Plura locuturo, cum verbis guttura Colchis
 Abstulit, & calidis laniatum merfit in vndis.

Quæ nisi pennatis serpentibus isset in auras,
 Non exempta foret pœnæ. fugit alta, superq₃
 Pelion vmbrosus, Philyræaq₃ tecta, superq₃
 Othryn, & euentu veteris loca nota Cerambi.
 Hic ope nympharum sublatus in aëra pennis,
 Cum grauis infuso tellus foret obruta ponto,
 Deucalionæas effugit inobrutus vndas.
 Aeoliam Pitannen à læua parte reliquit,
 Factaq₃ de saxo longi simulacra draconis,
 Ideumq₃ nemus, quo nati furtiva iuencum
 Occuluit Liber falsi sub imagine cerui.
 Quaq₃ pater Coryti parua tumultus arena,
 Et quos Maranouo * latratu terruit agros,
 Eurypyliq₃ urbem, qua Coæ cornua matres
 Gefferunt, tunc cum discederet Hercules agmen.
 Phœbeamq₃ Rhodon, & Ialysios Telchinas,
 Quorum oculos ipso mutantes omnia visu
 Iuppiter exosus, fraternis subdidit vndis.
 Transsit & antiquæ Cartheia mœnia Cææ,
 Quæ pater Alcidas placidam de corpore nata
 Miraturus erat nasci potuisse columbam.

FAB. VI. ARGVMENTVM.

Cum Phylus quidam graui amore Cygni
 filij

* lustratu
 Coæ matro
 næ in bo-
 ues.

filij Hyries captus esset, & multa imperio pueri peregrisset, tandem taurum ei domitum denegavit. Quamobrem ægro & molesto animo ferens Cygnus Phyllij contumaciam, ex altissimo monte in terras se precipitavit, sed miseratione Deorum in olorem autem conuersus est, & Hyrie mater eius fiendo in stagnum deliuit.



Inde lacus Hyries videt, & Cycneia Tempe,
 Que subitus celebrauit olor nam Phyllius illhic
 Imperio pueri, volucresq, ferumq, leonem
 Tradiderat domitos, taurum quoq, vincere iussus
 Vicerat, & stricto torques iratus amori
 Premia poscem.rum suprema negavit.
 Ille indignatus, cupiens dare, dixit: & alto

Cygnus Hy
 ries filius in
 olorem,

q 2

Desiluit

Desiluit saxo. cuncti cecidisse putabant :
 Factus olor niueis pendebat in aëre pennis.
 At genitrix Hyrie seruatum nescia flendo
 Delicuit, stagnumq; suo de nomine fecit.
 Adiacet his Pleuron, in qua trepidantibus alis
 Ophias effugit natorum vulnera Combe.
 Inde Calauræ Latoidos aspicit arua,
 In volucrum versi cum coniuge conscia regis.
 Dextera Cyllene est, in qua cum matre Menephron
 Concubitus erat seuarum more ferarum.
 Cephison procul hinc desilentem fata nepotis
 Respicit in tumidam Phocen ab Apolline versi :
 *Eumeliq; domum lugentis in aëre natam.

Combe in
aue.

* Pometi-
liq;

F A B. VII. ARGVMENTVM.

Reuersa tandem in Thessaliam Medea, post-
 quam vidit Creusam, Creontis Corinthiorum
 regis filiam ab Iasone sibi prælatam, & in ma-
 trimonium ab eodem ductam esse, aulam furi-
 bunda incendit, & ita Creusam vnâ cum patre
 combussit. Natos etiam suos ex Iasone su-
 sceptos, in conspectu coniugis crudeliter ma-
 strauit, itaq; iniuriam, quam sibi putabat ab
 Iasone illatam, extrema quadam immanitate
 vindicauit.

Tandem vipereis Ephyren Pirenida pennis
 Contigit. hinc auo veteres mortalia primo
 Corpora vulgarunt pluuiialibus edita fungis.
 Sed postquam Colchis arsit noua nupta venenis,
 Flagrantemq; domum regis malè vidit, vtroq;
 Sanguine natorum perfunditur impius ensis :

Pluuiæ'es
fungi in ho-
mines.

Vltaq;

*Vltaq; se male mater Iasonis effugit arma.
Hinc Titaniacis ablata Draconibus, intrat*



*Palladias arces, quæ te iustissime Rhineu,
Teg, senex Peripha pariter videre volantes,
Innexamq; nouis neptem Polyphemonis alis.*

FAB. VIII. ARGVMENTVM.

Medeam Athenas profectam, rex Aegeus & hospitio suscepit, & matrimonio sibi iunxit. huius filiū Thesea, cū ille varijs laboribus fessus, ignota hospitis specie, domum rediret, Medea pertimescens, ei venenum, quod aconitum nominant apparuit: Nam Hercules ab inferis canē tricipitem olim ad superos eduxit, is ex aëre nō consueto euomit spumam, quæ in herbam venenosam, quod aconitum appellatur, est conuerfa

uerfa. At Theseus à poculis, monitu parentis absti-
nens, seruatus est.



Excipit hanc Aegeus factò damnandus in vno: Spuma Cer
Nec satis hospitium est, thalami quoq, fœdere iungit. beri in Aco
Iamq, aderat Theseus proles ignota parenti, nitum.
Qui virtute sua bimarem pacauerat Isthmon.
Huius in exitium miscet Medea, quod olim
Attulerat secum Scythicis Aconiton ab oris.
Illud Echidnae memorant è dentibus ortum
Esse canis. Specus est tenebroso cæcus hiatu,
* Et via decliuis, per quam Tirynthius heros
Resstantem, contraq, diem, radiosq, micantes
Obliquantem oculos, nexis adamante catenis
Cerberon attraxit, rabida qui concitus ira

* Est

Imple-

Impleuit pariter ternis latratibus auras,
 Et sparsit virides spumis alventibus agros.
 Has concreuisse putant, nactasq; alimenta feracis,
 Fœcundiq; soli vires cepisse nocendi.
 Quæ quia nascuntur dura viuacia cautè,
 Agrestes aconita vocant, ea coniugis astu
 Ipse parens Aegæus nato porrexit, vr hosti
 Sumpserat ignara Theseus data pocula dextra,
 Cùm pater in capulo gladij cognouit eburno
 Signa sui generis, facinusq; excussit ab ore.
 Effugit illa necem, nebulis per carmina motis.

At genitor quanquam letatur sospite nato,
 Attonitus tamen est geniti discrimine paruo
 Committi potuisse nefas. fouet ignibus aram,
 Muneribusq; Deos implet, feriuntq; secures
 Colla torosa bouum victorum cornua vittis.
 Nullus Erechthidis fertur celebratior illo
 Illuxisse dies. agitant conuiuia patres,
 Et medium vulgus, nec non & carmina, vino
 Ingenium faciente, canunt. te maxime Theseu
 Mirata est Marathon Cretæ sanguine tauri.
 Quodq; suam securus arat Cremyona colonus,
 Munus, opusq; tuum est tellus Epidauria per te
 Clauigeram vidit Vulcani occumbere prolem.
 Vidit & immitem Cephissias ora Procrusten,
 Cercionis letum vidit Cerealis Eleusis.
 Occidit ille Scinis, magnis malè viribus vsus,
 Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto
 Ad terram latè sparsuras corpora pinus.

Scirō in pe
 tram.

Thesei ge-
 sta.

Tutus ad Alcatheon Lelegeia mœnia limes
 Composito Scirone patet: sparsisq₃ latronis
 Terra negat sedem, sedem negat ossibus vnda:
 Quæ iactata diu fertur durasse vetustas
 In scopulos, scopulis nomen Scironis inheret.
 Si titulos, annosq₃ tuos numerare velimus,
 Facta prement annos, pro te fortissime vota
 Publica suscipimus, Bacchi tibi sumimus haustus,
 Consonat assensu populi, precibusq₃ fauentum
 Regia, nec tota tristis locus vllus in vrbe est.

Arce in me
nedulam.

Nec tamen (vsq₃ adeò nulla est sincera voluptas,
 Sollicitumq₃ aliquid letis interuenit) Aegeus
 Gaudia percepit nato secura recepto.
 Bellapararat Minos, qui quanquam milite, quanquam
 Classe valet, patria tamen est firmissimus ira,
 Androgeiq₃ necem iustis vlcisitur armis.
 Antè tamen bello vires acquirit amicas,
 Quaq₃ patent aditus volucris freta classe pererrat.
 Hinc Anaphen sibi iungit, & Astypaleia regna:
 Promissis Anaphen, regna Astypaleia bello,
 Hinc humilem Myconen, cretosaq₃ rura Cimoli,
 Florentemq₃ * Cythnon, Scyrõ * planamq₃ Teriphon, * plenamq₃
 Marmoreamq₃ Paron, quamq₃ impia prodidit Arne
 Sithonis accepto, quod auara poposcerat, auro
 Mutata est in auem, quæ nunc quoq₃ diligit aurum,
 Nigra pedes, nigris velata monedula pennis.

FAB. IX. ARGVMENTVM.

Cum Minos rex Cretensium cum Atheni-
 ensibus bella gereret, multæ ex Cycladibus in-
 sulæ

fulæ ab eo defecerunt. Iustis igitur ad expeditionem bellicam destitutus copijs, ab Aeaco Oenopiæ rege aduersus Athenienses præsidia poposcit, sed repulsam passus, ingenti luctu discedit. At ubi Cephalus Procrin, regis Atheniensium filiam, cōiugio sibi iunctam habens, auxilia petisset pro Atheniensibus, humaniter ab Aeacidis & acceptus, & voti sui compos factus est.



At non Olios, Didymæq, & Tenos, & Andros,
Et Gyros, nitidæq, serax Peparethos oliuæ,
Gnosiascas iuuere rates. latere inde sinistro
Oenopiam Minos petit Aeacidea regna.
Oenopiam veteres appellauere. sed ipse
Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit.
Turba ruit, tantaq, virum cognoscere fame

q s

Expe-

Expetit. occurrunt illi, Telamonq₃ minorq₃,
 Quàm Telamon, Peleus, & proles tertia Phocus,
 Ipse quoq₃ egreditur tardus grauitate senili
 Aeacus, & quæ sit veniendi causa requirit:
 Admonitus patrij luctus suspirat, & illi
 Dicta refert rector populorum talia centum.
 Arma iuues oro pro nato sumpta, pieq₃,
 Pars sis militia. tumulo solatia posco.
 Huic Asopides petis irrita dixit, & vrbi
 Non facienda meæ: neg₃ enim coniunctior vlla
 Cecropidis hæc est tellus, ea fœdera nobis.
 Tristis abit, stabuntq₃ tibi tua fœdera magno,
 Dixit: & vtilius bellum putat esse minari,
 Quàm gerere, atq₃ suas ibi præconsumere vires.
 Classis ab Oenopijs etiam nunc Lycia muris
 Spectare poterat, cum pleno concita velo
 Atticapuppis adest, & portus intrat amicos:
 Quæ Cephalum, patriæq₃ simul mandata ferebat,
 Aeacida longo iuuenes post tempore visum
 Agnouere tamen Cephalum, dextrasq₃ dederunt,
 Inq₃, patris duxere domum. spectabilis heros,
 Et veteris retinens etiam nunc pignora formæ
 Ingreditur, ramumq₃ tenens popularis oliuæ,
 Et dextra, leuaq₃ duos ætate minores,
 Maior habet Clyton, & Buten Pallante' creatos.
 Postquam congressi. primi sua verba tulerunt
 Cecropida, Cephalus peragit mandata, rogatq₃,
 Auxilium, fœdusq₃ refert. & iura parentum,
 Imperiumq₃ peti totius Acheidos addit.

Sic

*sic ubi mandatam iuuit facundia causam,
 Aeacus in capulo regni nitente sinistra,
 Ne petite auxilium, sed sumite dixit, Athena.
 Nec dubiae vires, quas haec habet insula, vestras
 * Ducite, & omniseat rerum status iste mearum.
 Robora non desunt, superat mihi miles & hosti.
 Gratia Dijs, felix, & inexcusabile tempus.
 Immo ita sit Ceph'alus, crescat tua ciuibus opto
 Vrbs ait, adueniens equidem modo gaudia cepi,
 Cum tam pulchra mihi, tam par aetate iuuentus
 Obuia processit: multos tamen inde requiro,
 Quos quondam vidi vestra prius vrbe receptus.*

* Dicite


FAB. X. ARGVMENTVM.

Aeacus rex Theffaliae, Iouis & Aeginæ filius, cum Oenopiam, seu, vt Straboni videtur, Oenomiam Insulam coniugis nomine post Aeginam quoque appellatam incoleret, grauis pestilentia eam inuadebat, adeo vt infecto aëre, terra, gramine, fontibus, & pecorū, & hominum incredibilis copia caderet, & locus iste populis penè totus euacuaretur. Hanc miserandam stragem ira Iunonis Aeginetis immissam, Aeacus Cephalo luculenter commemorat.

*Aeacus ingemuit, tristiq; ita voce locutus:
 * Flebile principium melior fortuna secuta est.
 Hanc utinam vobis possem memorare, sine vllō
 Ordine nunc repetam, neu longa ambage morer vos.
 Ossa, cinisq; iacent memori quos mente requiris,*

* Debile

Et



Et quota pars illi rerum perire mearum?
 Dira lues populis ira lunonis iniquae
 Incidit exosa dictas à pellice terras.
 Dum visum est mortale malum, tantæq; latebat
 Causa nocens cladis, pugnatum est arte medendi,
 Exitium superabat opes, victæq; iacebant.
 Principio cœlum spissa caligine terras
 Pressit, & ignavos inclusst nubibus æstus.
 Dumq; quater plenis explevit cornibus orbem,
 Luna, quater plenum tenuato retexit orbem,
 Lætiferis calidi spirarunt æstibus Austri.
 Constat & in fontes vitium venisse, lacusq;
 Milliæq; incultos serpentum multa per agros
 Errasse, atq; suis fluuios temerasse venenis,

Strage

Strage canum primò, volucrumq̃, auumq̃, boumq̃,
 Inq̃, feris subiti deprensa potentia morbi est.
 Concidere infelix validos miratur arator
 Inter opus tauros, medioq̃, recumbere sulco.
 Lanigeris gregibus balatus dantibus agros,
 Sponte sua lanæq̃, cadunt, & corpora tabent.
 Acer equus quondam, magnæq̃, in puluere famæ,
 Degenerat, palmæ, veterumq̃, oblitus honorum,
 Ad præsepe gemit * morbo moriturus inerti :
 Non aper irasci meminit, nec fidere cursu
 Cerua, nec armentis incurrere sortibus vrsi.
 Omnia languor habet, syluis, agrisq̃, vñsq̃,
 Corpora fœda iacent, vitiantur odoribus * aura,
 Mira * loquar, non illa canes, auideq̃, volucres,
 Non cani tetigere lupi, dilapsa liqueſcunt :
 Afflatuq̃, nocent, & agunt contagia latè.
 Peruenit ad miseros damno grauiore colonos
 Pestis, & in magna dominatur mœnibus vrbs,
 Viscera torrentur primò, flammisq̃, fathiscunt.
 Indicium rubor est, & ductus anhelitus igni.
 Aspera lingua tumet, tepidisq̃, arentia ventis
 Ora patent, auræq̃, graues captantur biatu.
 Non stratum, non vlla pati velamina possunt :
 Dura sed in terra ponunt præcordia, nec fit
 Corpus humo gelidum, sed humus de corpore feruet.
 Nec moderator adest, inq̃, ipsos sæua medentes
 Erumpit clades, obsuntq̃, autoribus artes.
 Quo propior quisq̃, est, seruitq̃, fidelius agro,
 In partem leti citius venit, atq̃, salutis

* leto

* herbe
 * loquor

Spes

Spes abiit, finemq; vident in funere morbi.
 Indulgent animis, & nulla quid vtile cura est.
 Vtile enim nihil est, passim, positoq; pudore
 Fontibus, & fluuijs, puteisq; capacibus herent.
 Nec sitis est extincta prius quam vita bibendo.
 Inde graues morbo nequeunt consurgere, & ipsis
 Immoriuntur aquis, aliquis tamen haurit & illas,
 Tantaq; sunt miseris inuisi tadia lecti,
 Prosilunt, aut si prohibent * consistere vires, * consur-
 Corpora deuoluunt in humum, fugiuntq; penates gere
 Quisq; suos, sua cuiq; domos funesta videtur,
 Et quia causa latet, locus est in crimine * notus. * totus
 Semianimes errare vijs, dum stare valebant
 Aspiceres, flentes alios, terraq; iacentes,
 Lassaq; versantes supremo lumina motu.
 Membraq; pendens tendunt ad sidera cæli,
 Hic, illhic, vbi mors deprenderat, exhalantes.
 Quid mihi tunc animi fuit? aut quid debuit esse?
 Vt vitam odissem, & cuperem pars esse meorum.
 Quo se cunq; acies oculorum flexerat, illhic
 Vulgus erat stratum, veluti cum putria motis
 Poma cadunt ramis, agitataq; ilice glandes.
 Tempa vides contra gradibus sublimia longis,
 Iuppiter illa tenet, quis non altaribus illis
 Irrita thura dedit? quoties pro coniuge coniux,
 Pro nato genitor, dum verba precantia dixit,
 Non exoratis animam finiuit in aris?
 Inq; manu thuris pars inconsumpta reperta est?
 Admoti quoties templis, dum vota sacerdos

Conci-

Concipit, & fundit purum inter cornua vinum.
 Haud expectato ceciderunt vulnere tauri?
 Ipse ege sacra Ioui pro me, patriâq, tribusq,
 Cùm facerem natis, mugitus victima diros
 Edidit, & subito collapsa sine ictibus vllis
 Exiguo tinxit subiectos sanguine cultros.
 Fibra quoq, agra notas veri, monitusq, Deorum
 Perdiderat, tristes penetrant ad viscera morbi.
 Ante sacros vidi proiecta cadauera postes,
 Ante ipsas, quò mors foret inuidiosior, aras.
 Pars animam laqueo claudunt, mortisq, timorem
 Morte fugant, vltroq, vocant venientia fata.
 Corpora missa neci nullis de more feruntur
 Funeribus: neq, enim capiebant funera portæ.
 Aut inhumata premunt terras, aut dantur in altos
 Indotata rogos, & iam reuerentia nulla est.
 Deq, rogis pugnant, alienisq, ignibus ardent.
 Qui lacryment desunt, inde fletâq, vagantur
 Natorum, * matrumq, animæ, iuuenumq, senumq, * virumq,
 Nec locus in tumulos, nec sufficit arbor in ignes.

FAB. XI. ARGVMENTVM.

Post grauem in Aegina insula pestilentiam, diu
 multumq, grassatam, Aeacus tandem precibus &
 misericordia à Ioue impetrauit, vt euacuata iam in-
 sula, quot formicæ in quercu apparuissent, tot versæ
 in hominum species, desideratam multitudinem
 explerent. Homines igitur ex eiusmodi animalibus
 procreati, Myrmidones dicebantur. Formicæ enim
 Græcè *μύρμινες* vocantur, vnde nouis populis no-
 men Myrmidonum est impositum.

Attg-

Attonitus tanto miserarum turbine rerum
Iuppiter ô dixi, si te non falsa loquuntur



Aeginae amplexus quondam sub Asopidos isse,
Nec te magne pater nostri pudet esse parentem,
Aut mihi redde meos, aut me quoq; conde sepulcro.
Ille notam fulgore dedit, tonitruq; secundo.
Accipio, sintq; ista precor felicia mentis
Signa tua, dixi, quae das mihi * pignoris omen.
Fortè fuit iuxta patulis rarissima ramis
Sacra Ioui quercus de semine Dodonaeo.
Hic nos frugilegas aspeximus agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes,
Rugosoq; suum seruantes cortice callem.

* pignora
numen

Dum

Dum nu
Tu mibi
Intremu
Alta dea
Horruer
Roborib
Speraba
Nox sub
Occupat
Et rami
Ferre su
Gramfe
Crescere
Ac se tol
Et macie
Ponere,
Somnus
In super
Murmur
Iam mibi
Esse, ven
Speq; sic
Egredere
Visus era
Aspicio, i
Vota Ion
Partior,
Myrmid
Corpora

Dum numerum miror, totidem pater optime, dixi,
Tu mihi da ciues, & inania mœnia supple.

Intremuit, ramisq³ sonum sine flamine motis

Alta dedit quercus: pauido mihi membra* timore * pudore

Horruerant, stabantq³ comæ: tamen oscula terræ,

Roboribusq³ dedi, nec me sperare fatebar,

Sperabam tamen, atq³ animo mea vota fouebam.

Nox subit, & curis exercita corpora somnus

Occupat. ante oculos eadem mihi quercus adesse,

Et rami totidem, totidemq³ animalia ramis

Ferre suis visa est, pariterq³ tremiscere motu,

Gramferumq³ agmen subiectis spargere in aruis:

Crescere* quod subitò, maius, maiusq³ videtur, * dehinc

Ac se tollere humo, rectoq³ assistere trunco,

Et maciem, numerumq³ pedum, nigrumq³ colorem

Ponere, & humanam membris inducere formam.

Somnus abit: damno vigilans mea visa, querorq³

In superis opis esse nihil: sed in adibus ingens

Murmur erat, vocesq³ hominum exaudire videbar

Iam mihi desuetas dum suspicor has quoq³ somni

Esse, venit Telamon properus, foribusq³ reclusis,

Speq³, fideq³, pater, dixit, maiora videbis.

Egredere: egredior, qualesq³ in imagine somni

Visus eram vidisse viros, ex ordine tales

Aspicio, noscoq³ adeunt, regemq³ salutant.

Vota Ioui soluo, populisq³ recentibus urbem

Partior, & vacuos priscis cultoribus agros,

Myrmidonasq³ voco, nec origine nomina fraudo.

Corpora vidisti, mores quos antè gerebant,

Formicæ in
Myrmido-
nas.

r

Nunc

Nunc quoq³ habent. parcu^m genus est, patiensq³, labo-
 Quæsitig³ tenax, & quod quæsitæ reseruet. (rum,
 Hic ad bellapares annis, animisq³, sequentur,
 Cum primu^m quite feliciter attulit, Eur^{us}
 (Eur^{us} enim attulerat) fuerit mutatus in Austros.

FAB. XII. ARGVMENTVM.

Cum Cephalus in monte Hymetto regionis
 Atticæ venaretur, ab Aurora propter insignem
 corporis pulchritudinem raptus est. Quem vt
 comperit Procridis suæ coniugis amore impli-
 citum, à se velle diuertere, fecit vt mutata specie
 tenderet Athenas, eamq³ & pollicitis, & muneribus
 tentaret, an pudicitiam retineret integram.
 Quo facto, Cephalus fidem coniugis suæ parum
 sinceram animaduertit. Pudore autem Procris
 perfusa, ad vitandum mariti sui aspectum, in
 saltibus sese occultauit.


Talibus, atq³, alijs longum sermonibus illi
 Impleuere diem. lucis pars optima mense
 Est data. nox somnis, iubar aureus extulerat Sol,
 Flabat adhuc Eur^{us}, redituraq³ vela tenebat.
 Ad Cephalum Pallante sati, cui grandior etas,
 Ad regem Cephalus, simul & Pallante creati
 Conueniunt: sed adhuc regem sopor altus habebat.
 Excipit Aeacides illos in limine Phocus:
 Nam Telamon, fraterq³, viros ad bella* legebant.
 Phocus in interius spaciū, pulchrosq³ recessus
 Cecropidas duxit, cum quæis simul ipse resedit.
 Aspicit* Eioniden, ignota ex arbore factum
 Ferre manu iaculum, cuius fuit aurea cuspis.

Cephalus
 in aliam fi-
 guram ab
 Aurora im-
 mutatus.

* parabolæ

* Aeolidæ,

Paucæ



Pauca prius medijs sermonibus * ille locutus,
 Sum nemorum studiosus, ait, cedisq; ferina.
 Qua tamen è sylua teneas hastile recisum,
 lamdudum dubito: certè si fraxinus esset,
 Fulua colore foret: si cornus, nodus inesset.
 Vnde sit, ignoro: sed non formosius isto
 Viderunt oculi telum iaculabile nostri.
 Excipit Actæis è fratribus alter, & vsum
 Maiorem specie mirabere, dixit, in isto,
 Consequitur quodcung; gerit, fortunaq; missum
 Non egit, & reuolat nullo referente cruentum.
 Tum verò iuuenis Nereius omnia querit,
 Cur sit, & vnde datum, quis tanti muneris autor.
 Quæ petit, ille refert, & cætera nota pudore,

† antè

r 2

Quæ

Qua tulerit mercede, silet. tactusq; dolore
 Coniugis amissa, lachrymis ita satur obortis:
 Hoc me nate Dea (quis posset credere) telum
 Flere facit, facietq; diu, si viuere nobis
 Fata diu dederint: hoc me cum coniuge chara
 Perdidit, hoc vtinam caruissem munere semper.
 Procris erat, si fortè magis peruenit ad aures
 Orithyia tuas, magna soror Orithyia.
 Si faciem, moresq; velis conferre duarum,
 Dignior ista rapi: pater hæc mihi iunxit Erechtheus.
 Hanc mihi iunxit amor, felix dicebar, eramq;
 Non ita Dÿs visum est, at nunc quoq; forsitan essem.
 Alter agebatur post sacra iugalia mensis,
 Cum me cornigeris tendentem retia ceruis
 Vertice de summo semper florentis Hymetti
 Lutea manè videt pulsas Aurora tenebris,
 Inuitumq; rapit. liceat mihi vera referre
 Pace Deæ, quod sit roseo spectabilis ore,
 Quod teneat lucis, teneat consinia noctis.
 Nectareis quod alatur aquis: ego Procrin amabam.
 Pectore Procris erat, Procris mihi semper in ore
 Sacra tori, coitusq; nouos, thalamosq; recentes,
 Primaq; deserti referebam fœdera lecti.
 Mota Dea est, & siste tuas ingratis querelas,
 Procrin habe, dixit. quod si mea prouida mens est,
 Non habuisse voles, meq; illi irata remisit.
 Dum redeo, mecumq; Dea memorata retracto,
 Esse metus cœpit, ne iura iugalia coniux
 Non benè seruasset. facies, atasq; iuebant

Procris Ce-
 phali vxor.

Crede-

Credere adulterium, prohibebant credere mores.
 Sed tamen absueram. sed & hac erat, vnde redibam,
 Criminis exemplum: sed cuncta timemus amantes,
 Querere quod doceam statuo, donisq; pudicam
 Sollicitare fidem: fauet huic Aurora timori,
 Immutatq; meam (videor sensisse) figuram.
 Palladiasq; in eo non cognoscendus Athenas,
 Ingrediorq; domum. culpa domus ipsa carebat,
 Castaq; signa dabat, dominoq; erat anxia raptio.
 Vix aditus per mille dolos ad Erechthida factus.
 Vt vidi, obstupui, meditataq; penè reliqui
 Tentamenta fide: male me, quin vera faterer,
 Continui: male quin, vt oportuit, oscula ferrem.
 Tristis erat, sed nulla tamen formosior illa
 Esse potest tristi, desiderioq; calebat
 Coniugis* erepti. tu collige, qualis in illa * arrepti
 Phoece decor fuerat, quam sic dolor ipse decebat.
 Quid referam, quoties tentamina nostra pudici
 Reppulerint mores? quoties ego, dixerit, vni
 Seruor, vbicunq; est? vni mea gaudia seruo?
 Cui non ista fide satis experientia sano
 Magna foret? non sum contentus, & in mea pugno
 Vulnera, dum census dare me* promitto loquendo * pro nocte
 Muneraq; augendo, tandem dubitare coëgi.
 Exclamo, mala pectora detego,* tectus adulter * pactus
 Verus eram coniux: me perfida testeteneris.

F A B. XIII. ARGUMENTVM.

Procris à marito se deceptam animaduertens,
 pudore commota, vt conspectum eius
 vitaret,

vitaret, inter densa nemorum virgulta se abscondit: Cephalus autem amoris impatientia, cum vxoris absentiam ferre diutius non posset, precibus vt ad se rediret, impetrauit. Quæ reuersa, canem ipsi dedit velocissimum, & iaculum inenitabile, cuius missio nunquam fuit irrita, sed vim ferendi efficacissimum habuit.



*Ille nihil, tacito tantummodo victa pudore
Insidiosa malo cum coniuge limina fugit.
Offensaq; mei genus omne perosa virorum
Montibus errabat studiis operata Diana.
Tum mihi deserto violentior ignis ad ossa
Peruenit: orabam veniam, & peccasse fatebar,
Es potuisse datis simili succumbere culpa*

Me

Me quoq; muneribus si munera tanta darentur.
Hac mihi confesso læsum prius vlt a pudorem
Redditur, & dulces concorditer exigit annos.
Dat mihi præterea, tanquam si parua dedisset
Dona, canem munus, quem cum sua traderet illi
Cynthia, currendo superabit, dixerat, omnes.
Dat simul & iaculum, manibus quod cernis habere.

Muneris alterius quæ sit fortuna requiris?
Accipe mirandum, nouitate mouebere facti.

Canis &
vulpes.

Carmina Naiades non intellecta priorum
Soluunt ingenijs, & præcipitata iacebat
Immemor ambagum vates obscura suarum,
Scilicet alma Themis, nec talia liquit inulta.
Protinus Aonijs immissa est bellua Thebis.
Cessit & exitio multis, pecorumq; suoq;
*Ruricolæ pauere feram, vicina iuuentus
Venimus, & latos indagine cinximus agros.
Illa leui velox superabat retia saltu,
Summaq; transibat positarum linaplagarum.
Copula detrahitur canibus, quos illa *frequentes
Effugit, & cœtum non senior alite ludit.
Poscor & ipse meum consensu Lalapa magno.
(Muneris hoc nomen) iamdudum vincula pugnat
Exuere ipse sibi, colloq; morantia tendit.
Vix bene missus erat nec iam poteramus, vbi esset.
Scire, pedum calidus vestigia puluis habebat.
Ipse oculis ereptus erat. non ocyor illo
Hasta, nec exuta contorto verbere glandes.
Nec Gortyniaco talam: leuis exit ab arcu.

* Rurige-
na

* sequētes

Colla apex medijs subiectis imminet aruis,
 Tollor in hunc, capioq; noui spectacula cursus,
 Quo modo deprendi modo se subducere ab ipso
 Vulnere visa fera est, nec limite callida recto,
 In spaciumq; fugit: sed decipit ora sequentis,
 Et redit in gyrum, ne sit suus impetus hosti,
 Imminet hic, sequiturq; parem, similisq; tenenti
 Non tenet, & *vanos exercet in aëre morsus.
 Ad iaculi vertebat opem, quod dextra librabat
 Dum mea, dum digitos amentis addere tento,
 Lumina deflexi, reuocataq; rursus eodem
 Rettulerant, & medio (mirum) duo marmora campo
 Aspicio: fugere hoc, illud latrare putares.
 Scilicet inuictos ambos certamine cursus
 Esse Deus voluit, si quis Deus affuit illis.


* vacuos

FAB. XIII. ARGVMENTVM.

Cephalus cum studio Dianæ feras assidue
 persequeretur, & nimio æstu refrigerari cupe-
 ret, Auram vocabat: Procris autem vxor exi-
 stimans, maritum Nympham aliquam hoc
 nomine dictam expetere, in virgultis se recon-
 didit, contemplatura, cuiusnam virginis cu-
 piditate Cephalus flagraret. Motis igitur hinc
 inde virgultis, maritus in his feram latere pu-
 tans, emisso iaculo, coniugem inscius inter-
 fecit.

Haëtenus, & tacuit. iaculo quod crimen in ipso est? ^{Procridis mors.}
 Phocus ait. Iaculi sic crimina reddidit ille.
 Gaudia principium nostri sunt Phoe doloris,
 Illa prius referam iuuat o meminiſſe, beati

Tempo-



Temporis Aeacide, quo primos ritè per annos
 Coniuge eram felix, felix erat illa marito.
 Mutua cura duos, & amor socialis habebat:
 Nec Iouis illa meo thalamos præferret amori.
 Nec me quæ cuperet, non si Venus ipsa veniret,
 Vlla erat: æquales vrebant pectora flammæ.
 Sole serè radijs feriente cacumina primis
 Venatum in sylvas iuueniliter ire solebam,
 Nec mecum famuli, nec equi, nec naribus acres
 Ire canes, nec lina sequi nodosa solebant.
 Tutus eram iaculo: sed cum satiata ferina
 Dexterâ cadis erat, repetebam frigus, & umbram,
 Et quæ de gelidis exhibat vallibus, auram.
 Aura petebatur medio mihi lenis in æstu.

r 5

Auram

Auram expectabam, requies erat illa labori.
Aura (recordor enim) venias, cantare solebam,
Meq̃ iuues, intresq̃, sinus gratissima nostros,
Vtq̃ facis, reuelare velis, quibus vrimur astus.
Forſitan addideram (ſic me mea fata trahebant)
Blanditias plures, & tu mihi magna voluptas,
Dicere ſum ſolitus: tu me reſciſq̃, foueſq̃,
Tu facis, vt ſyluas, vt amem loca ſola, meoq̃,
Spiritus iſte tuus ſemper capiatur ab ore.
Vocibus ambiguſ deceptam præbuit aurem
Nefcio quis, nomenq̃, auræ tam ſæpe vocatum
Eſſe putat Nymphæ, Nympham mihi credit amari.
Criminis extemplo ficti temerariuſ index
Procrin adit, linguaq̃, refert audita ſuſurra.
Credula res amor eſt, ſubito collapſa dolore
Vt mihi narratur, cecidit, longoq̃, reſecta
Tempore ſe miſeram, ſe fati dixit iniqui.
Deq̃, fide queſta eſt, & crimine concitavano,
Quod nihil eſt, metuit: metuit ſine corpore nomen.
Et dolet inſœlix veluti de pellice vera.
*Sæpe tamen dubitat, *metuitq̃, miſerrima falli, *ſperatq̃*
Indicioq̃, fidem negat: & niſi viderit ipſa
Damnatura ſui non eſt delicta mariti.
**Poſtera depulerant Aurora lumina noctem, *poſtquam*
Egredior, ſylvaſq̃, peto, victorq̃, per herbas
Aura veni, dixi, noſtroq̃, medere labori.
Et ſubito gemituſ inter mea verba videbar
Nefcio quos audiſſe: veni tamen optima dicens,
Fronde leuem rurſuſ ſtrepitum faciente caduca
Sum

Sum ratus esse feram, telumq₃ volatile misi.
 Procris erat, medioq₃ tenens in pectore vulnus,
 Hei mihi conclamat. vox est vbi cognita fida
 Coniugis, advocem præcepit, amensq₃ cucurri,
 Semianimem & sparsas sædantem sanguine vestes,
 Et sua (me miserum) de vulnere dona trahentem
 Inuenio, corpusq₃ meo mihi charius vlnus
 Mollibus, attollo, scissaq₃ à pectore veste
 Vulnera sæua ligo, conorq₃ inhibere cruorem,
 Ne me morte sua sceleratum deferat, oro,
 Viribus illa carens, & iam moribunda coëgit
 Hac se pauca loqui: per nostri sædera lecti,
 Perq₃ Deos supplex oro, superosq₃, meosq₃,
 Per si quid merui de te benè, perq₃ manentem
 Nunc quoq₃ cum pereo, causam mihi mortis, amorem,
 Ne thalamis Auram patiare incumbere nostris.
 Dixit, & errorem tum deniq₃ nominis esse
 Et sensi, & docui. sed quid docuisse iuuabat?
 Labitur, & parua fugiunt cum sanguine vires,
 Dumq₃ aliquid spectare potest, me spectat, & in me
 Infelicem animam, nostraq₃, exhalat in ore.
 Sed vultu meliore mori secunda videtur.
 Flentibus hæc lacrymans heros memorabat, & ecce
 Aeacus ingreditur duplici cum prole, nouoq₃
 Milite, quem Cephalus cum fortibus accipit armis.

P. OVI.

P. OVIDII NASO-
NIS METAMORPHO-
seon Liber VIII.

FAB. I. ARGVMENTVM.

Minos Iouis & Europæ filius, rex Cretensium, cum ob filium suum Androgeum ab Atheniensibus interfectum, pœnas repeteret, Megaram urbem, in qua Nisus regnabat, obsedit, sperans hac oppugnata, se vniuersam facillè victoriam reportaturum. Interim verò dum vrbs oppugnabatur, Scylla, Nisi regis filia, sæpe murum, delectationis gratia, conscendit, & animaduertens Minoen regali cultu prope murum equo exultantem, pulchritudine eius mirum in modum exarsit.

IAm nitidum retegente diem, noctisq; fugante
Tempora Lucifero, cadit Eurus, & humida surgūt
Nubila dant placidi cursum redeuntibus austri
Aeacidis, Cephaloq; quibus feliciter acti
Ante expectatum portus tenuere petitos.
Interea Minos Lelegeia littora vastat,
Prætentatq; sui vires Mauortis in vrbe
Alcathoe, quam Nisus habet, cui splendidus ostro
Inter honoratos medio de vertice canos
Crimes inhærebat magni fiducia regni.
Sexta resurgebant orientis cornua Luncæ,
Et pendebat adhuc belli fortuna: diuq;
Inter vtrunq; volat dubijs victoria pennis.

Nisus in a-
uem halia-
rum, eia-
que filia
Scylla in-
uem Ciria

Regia



Nisus in
uem halia
rum, ei
que filia
Scylla in
uem Ciria

Regia turris erat vocalibus* addita muris,
In quibus auratam proles Latonia fertur
Deposuisse lyram, saxo sonus eius inhaesit,
Saepe illhuc solita est ascendere filia Nisi,
Et petere exiguo resonantia saxa lapillo,
Tunc cum pax esset: bello quoq, saepe solebat
Spectare ex illa rigidi certamina Martis.
Iamq, mora belli procerum quoq, nomina norat,
Armaq, equosq, habitusq, Cydoneasq, pharetras.
Noverat ante alios faciem ducis Europaei,
Plus etiam, quam nosse sat est. hac iudice, Minos
Seu caput abdiderat cristata casside pennis,
In galea formosus erat, seu sumpserat ere
Fulgentem clypeum, clypeum sumpsisse decebat:

* abdita

Torse-

Torserat adductis hastilia lenta lacertis,
 Laudabat virgo iunctam cum viribus artem.
 Impositis calamis patulos sinuauerat arcus,
 Sic Phœbum sumptis iurabat stare sagittis.
 Cùm verò faciem dempto nudauerat are,
 Purpureusq; albi stratis insignia pictis
 Terga premebat equi, spumantiaq; ora regebat,
 Vix sua, vix sane virgo Niseia compos
 Mentis erat, felix iaculum, quod tangeret ille,
 Queq; manu premeret, felicia frana vocabat.
 Impetus est illi (liceat modò) ferre per agmen
 Virgineos hostile gradus, est impetus illi
 Turribus è summis in Gnosia mittere corpus
 Castra, vel aratas hosti recludere portas,
 Vel si quid Minos aliud velit, utq; sedebat
 Candida Dictæi spectans tentoria regis,
 Later, ait, doleámne geri lachrymabile bellum,
 In dubio est, doleo quòd Minos hostis amanti est.
 Sed nisi bella forent, nunquam mihi cognitus esset:
 Metamen accepta poterat deponere bellum
 Obside, me comitem, & me pacis pignus haberet.
 Si quæ te peperit, talis, pulcherrime regum,
 Qualis es ipse, fuit: meritò Deus arsit in illa,
 O ego ter felix, si pennis lapsa per auras
 Gnosiaci possem castris insistere regis,
 Fassaq; me, flammâq; meas, qua dote rogarem,
 Vellet emi: tantum patrias ne posceret arces.
 Nam pereant potius sperata cubilia, quàm sim
 Proditione potens, quamuis saepe utile vinci

Victo-

victo
 Iusta
 Et ca
 Ut pu
 Cur
 Et no
 Impe
 Nam
 Vuln
 Dirig
 Cæpi
 Dota
 Veru
 Clau
 Infel
 Dÿf
 Est D
 Alter
 Perd
 Et cu
 Et gl
 Aut g
 Ille n
 Purp

tè ar
 am
 crin

victoris placidifecit clementia multis.
 Iusta gerit certè pro nato bella perempto,
 Et causâq; valet, causamq; tuentibus armis,
 Vt puto, vincemur. qui si manet exitus urbem,
 Cur suus hæc illi referet mea mœnia Mauors?
 Et non noster amor? melius sine cæde, morâq;
 Impensâq; sui poterit superare cruoris.
 Nam metuo certè, ne quis tua pectora Minos
 Vulneret imprudens. quis enim tam durus, vt in te
 Dirigere immitem non inscius audeat hastam?
 Cæpta placent, & stat sententia tradere mecum
 Dotalem patriam, sinemq; imponere bello.
 Verùm velle parum est, aditus custodia seruat,
 Clausâq; portarum genitor tenet: hunc ego solum
 Infelix timeo, solus mea vota moratur.
 Dissacerent sine patre forem. sibi quisq; profectò
 Est Deus, ignauis precibus fortuna repugnat.
 Altera iam dudum succensa Cupidine tanto
 Perdere gauderet, quodcunq; obstaret amori.
 Et cur vlla foret me fortior? ire per ignes,
 Et gladios ausim: nec in hoc tamen ignibus vllis,
 Aut gladijs opus est, opus est mihi crine paterno,
 Ille mihi est auro preciosior, illa beatam
 Purpura me, votiâq; mei factura potentem.

FAB. II. ARGUMENTVM.

Scylla Mynoen patriæ suæ hostem perdi-
 tæ amans, nullam aliam genio indulgendi vi-
 am reperire potuit, quam vt parentis suo Niso
 cinem purpureum, in quo fortitudo regis &
 salus

salus vniuersa ciuitatis consistebat, abscinderet. Dormientem igitur genitorem capillis spoliavit, & referatis portis per medios hostes transiens, eos Minoi obtulit, & sic ardenti amore fascinata, de ipso benè mereri cupiuit. Is verò Scyllam conuicijs profecutus, à se procul abegit.



Talia dicenti curarum maxima nutrix
 Nox interuenit, tenebrisq; audacia creuit,
 Prima quies aderat, qua curis fessâ diurnis
 Pectora somnus habet, thalamos taciturna paternos
 Intrat, & (heu facinus) fatali nata parentem
 Crine suum spoliât, prædaq; potita nefanda
 Fert secum spoliû sceleris, progressaq; porta
 Per medios hostes (meriti fiducia tanta est)

Peruenit

Peru
 Suas
 Scyll
 Præ
 Purp
 Sed p
 Mun
 Turb
 Dij t
 Orbe
 Cert
 Qui
 Dixi
 Host
 Insit

C
 natu
 set, t
 uit.
 sum
 etian
 ceret
 inha
 tum
 nam
 auem

Sc
 Nec p

Peruenit ad regem, quem sic affata pauentem est :
 Suasit amor facinus, proles ego regia Nisi
 Scylla tibi tradopatriamq, meosq, penates.
 Premia nulla peto, nisi te. cape pignus amoris
 Purpureum crinem : nec me nunc tradere crinem,
 Sed patrium tibi crede caput. scelerataq, dextra
 Munera porrexit. Minos porrecta refugit,
 Turbatusq, noui respondit imagine facti :
 Dij te summoveant o nostri infamia secti
 Orbe suo, tellusq, tibi, pontusq, negetur.
 Certè ego non patiar Iouis incunabula Creten,
 Qui meus est orbis, tantum contingere monstrum.
 Dixit : & , vt leges captis iustissimus autor
 Hostibus imposuit, clāssis retinacula solui
 Iussit, & aratas impleri remige puppes.

FAB. III. ARGVMENTVM.

Cùm Minos purpureo crine, quo à Scylla do-
 natus erat, adiutus urbem Megaram expugna-
 set, tandem in patriam suam proficisci cogita-
 uit. Quem in nauem vnà cum exercitu ingres-
 sum Scylla magno clamore & gemitu secuta est,
 etiam atque etiam petens, vt se cum ipso abdu-
 ceret : Abnuente autem istud Minoe, manibus
 inhærebat naui, quam pater Nifus, in halix-
 tum volucrem commutatus insequēbatur, pœ-
 nam de filia sumere volens, sed & ipsa in Cirinā
 auem subitò conuersa est.

Scylla freto postquam deductas nare carinas,
 Nec præstare ducem sceleris sibi premia vidit,

s

Consum-



Consumptis precibus violentam transit in iram,
 Intendensq; manus passis furibunda capillis,
 Quò fugis, exclamat, meritorum auctore relictà,
 O patrie prelate mee, prelate parenti?
 Quò fugis immitis? cuius victoria nostrum
 Et scelus, & meritum est. nec te data munera, nec te
 Noster amor mouit, nec quòd spes omnis in vnum
 Te mea * congesta est? nam quòd deserta reuertar? * conuicta
 In patriam? superata iacet. sed finge manere.
 Proditione mea clausa est mihi patris ad ora,
 Que tibi donauit? ciues odere merentem.
 Erit tibi exemplum metuunt. obstruximus orbem
 Terrarum nobis, vt Crete sola pateret.
 Hanc quoq; si prohibes, & nos ingraterè relinquis,

Non

Non genitrix Europa tibi est, sed inhospita Syrtis,
Armeniaue tigres, Austroq; agitata Charybdis.

Nec Ioue tu natus, nec mater imagine tauri
Lusa tua est: * generis falsa est * ea fabula. verum

* genitrix
* &

Et ferus, & captus nullius amore iuuenca
Qui te progeniuit, taurus fuit. exige pœnas

Nise pater, gaudete malis modo prodita nostris
Mœnia. nam fateor merui, & sum digna perire.

Sed tamen ex illis aliquis, quos impia læsi,
Me perimat. cur qui vicisti crimine nostro,

Insequeris crimen? scelus hoc patriq; patrisq;
Officium tibi sit: te verò coniuge digna est,

Quæ toruum ligno decepit adultera taurum,
Discordemq; vtero fœtum tulit. ecquid ad aures

Perueniunt mea dicta tuas? an inania venti
Verba ferunt, idemq; tuas ingrate carinas?

Iam iam Pasiphaen non est mirabile taurum
Præposuisse tibi, plus tu feritatis habebas.

Mēmiseram, properare iuuat, diuulsaq; remis
Vnda sonat, mecumq; simul mea terra recedit.

Nil agis o frustra meritorum oblite meorum,
Insequar inuitum, puppimq; amplexa recuruam

Per fræta longa trahar. vix dixerat, insilit vndis,
Consequiturq; rates faciente Cupidine vires,

Gnosiacq; hæret comes inuidiosa carinae,
Quam pater vt vidit (nam iam pendebat in auras,

Et modo factus auis fuluis halyatus in alis)
Ibat, vt herentem rostro laceraret adunco.

Nisus rex
in halyctū.


Illa metu puppim dimisit, & aura cadentem

*Sustinuisse leuis, ne tangeret aquora, visa est.
Pluma fuit. plumis in auem mutata vocatur
Cirīs, & à tonso est hoc nomen adeptā capillo.*

Scylla in Ci-
rim.

FAB. IIII. ARGVMENTVM.

Minos victor cum Atheniensibus stipendia imposu-
isset, vt videlicet nobilium nonnulli quotannis ad La-
byrinthum in Cretam, à Dædalo artificiose extructum,
mitterentur, qui Minotauro (quem Pasiphae, Solis fi-
lia, Minois vxor, eiusdem Dædali fabri ope iuncta tau-
ro enixa fuerat) erant obijciendi: Tertio stipendio The-
seus Aegei & Aethræ filius, in Cretam insulam deuectus,
Ariadnæ regis filiæ, quæ iuuenis amore arserat, ope &
consilio periculum capitis effugit.



Vota Ioui Minos taurorum sanguine centum

Soluit,

Soluit, & egressus ratibus Curetida terram
 Contigit: & spolijs decorata est regia fixis:
 Creuerat opprobrium generis, scdumq₃ patebat
 Matris adulterium monstri nouitate biformis.
 Destinat hunc Minos thalami remouere pudorem,
 Multipliciq₃ domo cecis includere tectis.
 Dadalus ingenio fabre celeberrimus artis
 Ponit opus, turbatq₃ notas, & limina flexu
 Ducit in errorem variarum ambage viarum.
 Non secus, ac liquidis Phrygius Meandrus in vndis
 Ludit, & ambiguo lapsu resluitq₃, fluitq₃,
 Occurrensq₃ sibi venturas aspicit vndas:
 Et nunc ad fontes, nunc ad mare versus apertum
 Incertus exercet aquas: ita Dadalus implet
 Innumeras errore vias, vixq₃ ipse reuerti
 Ad limen potuit, tanta est fallacia tecti.
 Quo postquam geminam, tauri iuuenisq₃ figuram
 Clausit, & Acteo bis pastum sanguine monstrum,
 Tertia sors annis domuit repetita nouenis.
 Vtq₃ ope virginea nullis iterata priorum
 Ianua difficilis filo est inuenta relicto,
 Protinus Aegides rapta Minoide* Diam
 Vela dedit, comitemq₃ suam crudelis in illo
 Littore destituit, deserta, & multa querenti
 Amplexusq₃, & opem Liber tulit, vtq₃ perenni
 Sidere clara foret, sumptam de fronte coronam
 Immisit caelo. tenues volat illa per auras,
 Dumq₃ volant gemmae, nitidos vertuntur in ignes,
 Consistuntq₃ loco, specie remanente corona,

* Chiam

 Corona Ari
 adnes in si-
 dus coelestis


s 3

Qui

Qui medius, nixiq₃ genus est, anguemq₃ tenentis.

FAB. V. ARGVMENTVM.

Dædalus Eupalami filius, de quo supra dictum, ubi propter commissa ex labyrintho, in quem vnà cum filio suo Icaro clausus erat, aufugere vellet, pennas sibi & filio aptauit, quibus subleuati, vt volucres, Regis ita Minois imperium euitarunt. Verùm Icarus quia patris obtemperare præceptis nequiuit, ex alto in maris insulam decidit, quæ dein eius nomine Icaria dicta est. Dædalus autem sepulto filio, in Siciliam ad Cocalum regem peruenit.



*Dædalus interea Creten, longumq₃ perosus
Exilium, tactusq₃ loci natalis amore,
Clausus erat pelago: terras licet, inquit, & vndas*

Ob-

Obsruat, at cœlum certè patet, ibimus illhac:
 Omnia possideat, non possidet aëra Minos.
 Dixit, & ignotas animum dimittit in artes,
 Naturamq; nouat. nam ponit in ordine pennas
 A minima cœptas, longam breuiore sequente,
 Vt cliuo creuisse putes. sic rustica quondam
 Fistula disparibus paulatim surgit auenis.
 Tunc lino medias, & ceris alligat imas.
 Atq; ita compositas paruò curuamine flectit,
 Vt veras imitetur aues. puer Icarus vnà
 Stabat, & ignarus sua se tractare pericla,
 Ore renidenti modo quas vaga mouerat aura,
 Captabat plumas, flauam modo pollice ceram
 Mollibat, lusug; suo mirabile patris
 Impediebat opus. postquam manus vltima cœpto
 Imposita est, geminas opifex librauit in alas.
 Ipse suum corpus, motaq; pependit in aura.
 Instruit & natum: medioq; vt limite curras,
 Icare, ait, moneo, ne si demissior ibis,
 Vnda grauet pennas: si celsior, ignis adurat.
 Inter vtrung; vola: nec te spectare Booten,
 Aut Helicen iubeo, strictumq; Orionis ense:
 Me duce carpe viam. pariter praecepta volandi
 Tradit, & ignotas humeris accommodat alas.
 Inter opus, monitusq; genæ maduere seniles,
 Et patriæ tremuere manus. dedit oscula nato
 Non iterum repetenda suo, pennisq; leuatus
 Antè volat, comitiq; timet, velut ales, ab alto
 Quæ teneram prolem produxit in aëra nido,

Dædalus ve
 lucer.

Hortaturq³ sequi, damnosasq³ erudit artes,
 Et mouet ipse suas, & nati respicit alas.
 Hos aliquis tremula dum captat arundine pisces,
 Aut pastor baculo, stiuq³ innixus arator
 Vidit, & obstupuit, quiq³ æthera carpere possent,
 Credidit esse Deos. & iam Iunonia leua
 Parte Samos fuerat, Delosq³, Parosq³, relictæ,
 Dextra Lebinthos erat, sæcundaq³ melle Calydna,
 Cum puer audaci cœpit gaudere volatu,
 Deferuitq³ ducem, cœliq³ cupidine tactus
 Altius egit iter, rapidi vicinia solis
 Mollit odoratas pennarum vincula ceras:
 Tabuerant ceræ, nudos quatit ille lacertos
 Remigioq³ carens non vllas concipit auras,
 Oraq³ cærulea patrium clamantia nomen
 Excipiuntur aqua, quæ nomen traxit ab illo.
 At pater infelix, nec iam pater, Icare, dixit,
 Icare, dixit, vbi es? qua te regione requiram?
 Icare, dicebat, pennas conspexit in vndis,
 Deuouitq³ suas artes, corpusq³ sepulcro
 Condidit, & tellus à nomine dicta sepultri est.

Icari vola-
tus.

FAB. VI. ARGVMENTVM.

Perdix auis cùm Dædalum suum ipsius fi-
 lium sepelientem videret, miro eius casu læta-
 ta fuit, nuper enim in auem transmutabatur.
 Erat autem filius Cali Atheniensis Dædalo à
 matre, sorore nimirum eius, propter consanguini-
 tatē commendatus, & in disciplinam tradi-
 tus, qui singulari ingenij acumine primò serra-
 rum & circini vsum inuenit, quam ob causam
 à magi-

à magistro exosus, de muro præcipitatus est, cui deciden-
ti Minerva opem tulit, & eum medio volatu, in auem sui
nominis conuertit.



Hunc miser tumulo ponentem corpora nati
Garrula ramosa prospexit ab ilice perdix,
Et plausit pennis, testataq; gaudia cantu est,
Vnica tum volucris, nec visa prioribus annis,
Factaq; nuper aus, longum tibi Dadale crimen.
Nanq; huic tradiderat fatorum ignara docendam
Progeniem germana suam, natalibus actis
Bis puerum senis, animi ad præcepta capacis.
Ille etiam medio spinas in pisce notatas
Traxit in exemplum, ferroq; incidit acuto
Perpetuos dentes, & serræ reperit vsum

6 5

Primus

Primus, & ex vno duo ferrea brachia nodo
 *Iunxit, vt equali spacio distantibus illis
 Altera pars staret, pars altera duceret orbem.
 Dedalus inuidit, sacragq; ex arce Minerue
 Precipitem misit lapsum mentitus, at illum,
 Quæ fauet ingenijs, excepit Pallas, auemq;
 Reddidit, & medio velauit in aëre pennis.
 Sed vigor ingenij quondam velocis, in alas,
 Inq; pedes abiit, nomen quod & antè remansit.
 Non tamen hæc altè volucris sua corpora tollit,
 Nec facit in ramis altoq; cacumine nidos:
 Propter humum volitat, ponitq; in sepibus oua,
 Antiquiq; memor metuit sublimia casus.

*Vinxit


Talus in
pericem.

FAB. VII. ARGVMENTVM.

Oenius rex Aetoliæ, Parthaonis filius, quia
 in sacrificio cogendorum fructuum, de indu-
 stria præterierat Dianam, ab ea horrendus cui-
 dam aper in Calydoniæ agros, vt omnes sege-
 res euerteret, immissus est. Perseuerante autem
 Oenio in despectu Deæ, Meleager iussu paren-
 tis, conuocatis Græciæ principibus, ad veratio-
 nem apri aggressus est: cui negotio etiam Ata-
 lanta Schoenei, Arcadiæ regis filia, intererat,
 quam Meleager deperibat. Ab hac etiam aper
 primò vulneratus, deinde à Meleagro interem-
 ptus fuit.

Iamq; fatigatum tellus Aetnea tenebat
 Dadalon, & sumptis pro supplice Cocalus armis
 Mitis habebatur. iam lamentabile Athenæ

Pende-



Pendere defierant Theſea laude tributum,
 Tempſa coronantur, bellatricemq; Mineruam
 Cum Ioue, Dijsq; vocant alijs, quos ſanguine voto,
 Muneribusq; datis, & acerris thuris honorant.
 Sparſerat Argolicas nomen vaga fama per vrbes
 Theſeos, & populi, quos diues Achaia cepit.
 Huius opem magnis implorauere periclis.
 Huius opem Calydon, quamuis Melagron haberet,
 Sollicita ſupplex petijt prece. cauſſa petendi
 Suſ erat infeſta ſamulus, vindexq; Diane.
 Oenea nanq; ferunt plenis ſucceſſibus anni
 Primitias frugum Cereri, ſua vina Lyco,
 Pallidios ſlaue latices libaſſe Minerue.
 Cæptus ab Argolicis ſuperos peruenit ad omnes

Ambi-

Ambitiosus honor : solas sine thure relictas
 Præteritas cessasse ferunt Latoidos aras.
 Tangit & ira Deos : at non impunè feremus ,
 Quæq; inhonorata, non & dicemur inulta,
 Inquit, & Oeneios ultorem spreta per agros
 Misit aprum, quanto maiores herbida tauros
 Non habet Epirus, sed habent Sicula arua minores.
 Sanguine & igne micant oculi, riget horrida ceruix,
 Et setæ densis similes hastilibus horrent ,
 Stantq; velut vallum, velut alta hastilia setæ,
 Feruida cum rauco latos stridore per armos
 Spuma fluit, dentes aquantur dentibus Indis,
 Fulmen ab ore venit, frondes afflatibus ardent.
 Is modò crescentes segetes proculcat in herba,
 Nunc matura metit fleturi vota coloni,
 Et Cererem in spicis intercipit, area frustra,
 Et frustra expectant promissas horrea messes.
 Sternuntur grauidi longo cum palmitæ foetus,
 Baccæq; cum ramis semper frondentis oliuæ.
 Scuit & in pecudes, non has pastoruæ canis uis
 Non armata truces possunt defendere tauri.
 Diffugiunt populi, nec sese in mœnibus vrbis
 Esse putant tutos, donec Meleagros, & vnâ
 Lecta manus iuuenum caluere cupidine laudis.
 Tyndaridæ gemini præstantes, castibus alter,
 Alter equo, primæq; ratis molitor Iason,
 Et cum Pirithoo felix concordia Theseus,
 Et duo Thestiadæ, & proles Alphareia Lynceus,
 Leucippusq; ferox, iaculoq; insignis Acastus,

Calydonii
 apri descri-
 ptio.

Et

Et velox
 Hippotho-
 Aetoridæ
 Nec Tele-
 Cumq; I-
 Impiger
 Neritius
 Hippasus
 Et quos
 Penelope
 Ampycio
 Oeclides
 Venit A-
 Rasilis
 Crinis e-
 Ex humi-
 Telorum
 Talis er-
 Virgine
 Hanc pa-
 Optauit
 Haussit,
 Ista vir-
 Dicere,
 Sylua fr-
 Incipit
 Quo po-
 Vincul-
 Signa p-

Et velox Idas, & iam non fœmina Caneus,
 Hippothousq₃, Dryasq₃, & cretus Amyntore Phœnix,
 Actoridæq₃ pares, & missus ab Elide Phyleus.
 Nec Telamon aberat, magniq₃ creator Achillis,
 Cumq₃ Pheretiade, & Hyantæo Iolao
 Impiger Eurytion, cursuq₃ inuictus Echion,
 Neritiusq₃ Lelex, Panopeus. Hyleusq₃, ferox
 Hippasus, & primis etiam nunc Nestor in annis.
 Et quos Hippocoon antiquis misit Amyclis,
 Penelopesq₃ socer, cum Parrhasio Anceo,
 Ampycidesq₃ sagax, & adhuc à coniuge tutus
 Oeclides, nemorisq₃ decus Tegeæa Lycæi.
 Venit Atalante Schœnei pulcherrima virgo,
 Rasilis huic summam mordebat fibula vestem,
 Crinis erat simplex nodum collectus in vnum:
 Ex humero pendens resonabat eburnea læuo
 Telorum custos, arcum quoq₃ læua tenebat.
 Talis erat cultus facies, quam dicere verè
 Virgineam in puero, puerilem in virgine posses.
 Hanc pariter vidit, pariter Calydonius heros
 Optavit renuente Deo, flammæq₃ latentes
 Hausit, & ô felix, si quem dignabitur, inquit,
 Ista virum: nec plura sinit tempusq₃ pudorq₃
 Dicere, maius opus magni certaminis vrget.
 Sylva frequens trabibus, quam nulla ceciderat atas,
 Incipit à plano, deuexaq₃ prospicit arua:
 Quò postquam venere viri, pars retia tendunt,
 Vincula pars adimunt canibus, pars pressa sequuntur
 Signa pedum, cupiuntq₃ suum reperire periculum.

Atalantæ
forma.

Conca-

Calydonij
apri descen-
ptio.

Concaua vallis erat, quò se dimittere riui
 Assuerant pluuiæ aquæ, tenet ima lacuna
 Lenta salix, vluæq; leues, iunciq; palustres,
 Viminaq; & longæ parua sub arundine canna.
 Hinc aper excitus medios violentus in hostes
 Fertur, vt excussis elisus nubibus ignis.
 Sternitur incursum nemo, & propulsa fragorem
 Syluat dat, exclamant iuuenes, protentq; forti
 Tela tenent dextra lato vibrantia ferro.
 Ille ruit, spargitq; canes, vt quisq; furenti
 Obstat, & obliquo latrantes * dissipat ictu.
 Cuspis Echionio primum contorta lacerto
 Vana fuit, truncoq; dedit leue vulnus acerno.
 Proxima si nimis mittentis viribus vsa
 Non foret, in tergovi sa est hæsuræ petito:
 Longius ijt: autor teli Pegasus Iason:
 Phæbe, ait, Ampycides, sic te coluiq; coloq;
 Da mihi quod petitur, certo contingere telo.
 Quà potuit precibus Deus annuit. ictus ab illo est,
 Sed sine vulnere aper, ferrumq; Diana volanti
 Abstulerat iaculo, lignum sine acumine venit.
 Ira feri mota est, nec fulmine lenius arsit.
 Emicat ex oculis, spirat quoq; pectore flammæ.
 Utq; volat moles adducto concita neruo,
 Cum petit aut muros, aut plenas milite turres,
 In iuuenes certo sic impete vulnificus sus
 Fertur, & Eupalamon, Pelagonaq; dextra tuentes
 Cornua prostermit: socij rapuere iacentes.
 At non letiferos effugit Enasimus ictus

Hippo-

Hippoco
 Vertere
 Forstari
 Tempor
 Arboris
 Desper
 Dentib
 Immin
 Orithy
 At gem
 Ambo c
 Vectaba
 Hastar
 Vulner
 Nec iac
 Persequ
 *Prom
 Dum le
 Imposu
 Fixa su
 Corpus
 Nec tar
 Quam
 Et prim
 Et meri
 Erubue
 Cum cl
 Turba
 Ecce su

Hippocoonte satus trepidantem, & terga parantem
Vertere, succiso liquerunt poplite nervi.

Nestor.

Forſitan & Pylius citra Troiana periſſet
Tempora, ſed ſumpto poſita conamine ab haſta
Arboris inſiluit, quæ ſtabat proxima, ramis,
Deſpexitq; loco tutus, quem fugerat hoſtem.
Dentibus ille ferox in querno ſtipite tritis
Imminet exitio, fidensq; recentibus armis
Orithyæ magni roſtro femur hauſit adunco.

* deſpicit

At gemini nondum cœleſtia ſidera fratres,
Ambo conſpicui, niue candidioribus ambo
Veſtabantur equis, ambo vibrata per auras
Haſtarum tremulo quatiebant ſpicula motu.
Vulnera feciſſent, niſi ſeriger inter opacas
Nec iaculis iſſet, nec equo loca peruia ſylvas.
Perſequitur Telamon, ſtudio incautus eundi
*Pronus ab arborea cecidit radice retentus.

* Protinus
arborea.

Dum leuat hinc Peleus, celerem Tegeæ ſagittam
Impoſuit neruo, ſinuatoq; expulit arcu.
Fixa ſub aure feri ſummum diſtinxit arundo
Corpus, & exiguo rubefecit ſanguine ſetas.
Nec tamen illa ſui ſucceſſu letior ictus,
Quàm Meleager erat. primus viſiſſe putatur,
Et primus ſocijs viſum oſtendiſſe cruorem,
Et meritum dixiſſe feres virtutis honorem.
Erubere viri, ſeq; exhortantur, & addunt
Cum clamore animos, iactantq; ſine ordine tela.
Turba nocet iactis, & quos petit impedit ictus.
Ecce ſurens contra ſua fata bipennifer Arcas:

Discite

Discite femineis quid tela virilia præsent
 O iuuenes, operiq³ meo concedite, dixit:
 Ipsa suis licet hunc Latonia protegat armis,
 Inuita tamen hunc perimet mea dextra Diana.
 Talia magniloquo tumidus memorauerat ore,
 Ancipitemq³ manu tollens vtraq³ securim,
 Institerat digitis primos suspensus in artus,
 Occupat audentem, quaq³ est via proxima leto,
 Summa ferus geminos direxit ad inguina dentes.
 Concidit Ancæus, glomerataq³ sanguine multo
 Viscera lapsa * fluunt, madefactaq³ terra cruore est. * cadunt
 Ibat in aduersum proles Ixionis hostem
 Pirithous, valida quatiens venabula dextra.
 Cui procul Aegides, ô me mihi charior, inquit,
 Pars anima consistite mea, licet eminus esse
 Fortibus: Anceo nocuit temeraria virtus.
 Dixit, & arata torsit graue cuspide cornu,
 Cui benè librato, voti q³ potente futuro
 Obstitit æsculea frondosus ab arbore ramus.
 Misit & Aesonides iaculum, quod casus ab illo
 Vertit, & in mentum figit latrantis, & inter
 Ilia coniectum, tellure per ilia fixum est.
 At manus Oenide variat, missisq³ duabus,
 Hasta prior terra, medio stetit altera tergo.
 Nec mora, dum seuit, dum corpora versat in orbem,
 Stridentemq³ nouo spumam cum sanguine fundit,
 Vulneris autor adest, hostemq³ irritat ad iram,
 Splendidaq³ aduersus venabula condit in armos.

F A B.

exu
 lube
 & T
 mol
 pien
 Mela
 uafit



G.
 Vict
 Imm.
 Mira

FAB. VIII. ARGVMENTVM.

Meleager Oenei filius, apro iam interfecto, caput & exuuias virgini Atalanta, quod aprum primò sauciaffer, lubens concessit. Quod cum eius auunculi Plexippus & Toxeus, quorum pater Thestius erat, conspicerent, molestia maxima sunt affecti: Exuuias igitur virgini eripientes, suo sanguine pœnas temeritatis pependerunt: Meleager enim irritatus, magno cum impetu in eos inuasit, & omnes telo trucidauit.



Gaudia testantur socij clamore secundo,
 Victtricemq; petunt dextra coniungere dextram,
 Immanemq; feram multa tellure iacentem
 Mirantes spectant, neq; adhuc contingere tutum

Esse

Esse putant, sed tela tamen sua quisq; cruentat.
 Ipse pede imposito, caput exitiabile preßit,
 Atq; ita, sume mei spoliū Nonacria iuris
 Dixit, & in partem veniat mea gloria tecum.
 Protinus exuuias rigidis horrentia setis
 Terga dat, & magnis insignia dentibus ora.
 Illi laticia est cum munere muneris autor.
 Inuidere alij, totoq; erat agmine murmur,
 E quibus ingenti tendentes brachia voce
 Pone agè, nec titulos intercipe fœmina nostros
 Thestiada clamant, nec te fiducia forma
 Decipiat, ne sit longè tibi captus amore
 Autor. & huic adimunt munus, ius muneris illi.
 Non tulit, & tumida frendens Mauortius ira,
 Discite raptores alieni, dixit, honoris,
 Facta minis quantum distent. hausitq; nefando
 Pectora Plexippi nil tale timentia ferro.
 Toxæa quid faciat, dubium, pariterq; volentem
 Vlciſci fratrem, fraternaq; fata timentem
 Haud patitur dubitare diu, calidumq; prioris
 Cæde recalſecit conſorti ſanguine telum.

FAB. XII. ARGVMENTVM.

Althæa mater Meleagri, poſtquam fratres
 ſuos à filio interemptos eſſe accepit, ſtipitem fa-
 talem à Parciſ abſconditum, in quo vita Me-
 leagri conſiſtebat, flamma peruſſit. quo abſum-
 pto, Meleager etiam extinctus eſt. Hoc autem
 defuncto, ſorores ipſius interitum deploran-
 tes, inter lamentandum in volucres conuerſæ,
 deq;

deq; fratris nomine Meleagrides sunt cognomina-
ta.



Dona Deum templis nato victore ferebat.
Cum videt extinctos fratres Althea referri:
Qua plangore dato, mæstis clamoribus urbem
Implet, & auratis mutauit vestibibus attras.
At simul est autor necis editus, excidit omnis
Luctus, & à lachrymis in pœnæ versus amorem est.
Stipes erat, quem cum partus enixa iaceret,
Thestias, in flammam triplices posuere sorores,
Staminaq; impresso fatalia pollice nentes,
Tempora dixerunt eadem, lignoq; tibiq;
O modo nate damus. quo postquam carmine dicto
t 2 Excessit

Excessere Dea, flagrantem mater ab igne
 Eripuit ramum, sparsitq₃ liquentibus vndis.
 Ille diu fuerat penetralibus abditus imis,
 Seruatusq₃ tuos iuuenis seruauerat annos.
 Protulit hunc genitrix, tadasq₃, & fragmina poni
 Imperat, & positis inimicos admouet ignes.
 Tum conata quater flammis imponere ramum,
 Cœpta quater tenuit: pugnat materq₃, sororq₃,
 Et diuersa trahunt vnum duo nomina * pectus.
 Sæpe metu sceleris pallebant ora futuri,
 Sæpe suum feruens oculis dabat ira ruborem,
 Et modò nescio quid similis crudele minanti
 Vultus erat, modò quem misereri credere posses.
 Cumq₃ ferus lachrymas animi siccauerat ardor,
 Inueniebantur lachrymæ tamen, vtq₃ carina,
 Quam ventus, ventoq₃ rapit contrarius æstus,
 Vim geminam sentit, paretq₃ incerta duobus:
 Thæstias haud aliter dubijs affectibus errat,
 * Inq₃ vices ponit, positamq₃ resuscitat iram,
 Incipit esse tamen melior germana parente:
 Et consanguineas vt sanguine leniat umbras,
 Impietate pia est: nam postquam pestifer ignis
 Conualuit, rogi iste cremet mea viscera, dixit,
 Vtq₃ manu dira lignum fatale tenebat,
 Ante sepulcrales infelix astitit aras,
 Pœnarumq₃ Dea triplices furialibus, inquit,
 Eumenides sacris vultus aduertite vestros.
 Vlciſcor, facioq₃ nefas, mors morte pianda est,
 In scelus addendum scelus est, in funera funus,

* corpus

* Perq₃

Per

Per coaceruatos pereat domus impia luctus.
 An felix Oeneus nato victore fruatur?
 Thestius orbis erit? melius lugebitis ambo.
 Vos modo fraterni manes, animæq; recentes
 Officium sentite meum, magnoq; paratas
 Accipite inferias, vteri mala pignora nostri.
 Hei mihi quò rapior? fratres ignoscite matri.
 Deficiunt ad cæpta manus, meruisse fatemur
 Illum cur pereat, mortis mihi displicet autor.
 Ergo impunè feret, viuusq; & victor, & ipso
 Successu tumidus, regnum Calydonis habebit?
 Vos cinis exiguus, gelidaq; iacebitis ymbra?
 Haud equidem patiar. pereat sceleratus, & ille
 Spemq; patris, regnumq; trahat, patriaq; ruinam.
 Mens vbi materna est? vbi sunt pia vota parentum.
 Et quos sustinui bis mensum quinq; labores?
 O vtinam primis arsissem ignibus infans,
 Idq; ego passa forem. vixisti munere nostro,
 Nunc merito moriere tuo, cape præmia facti:
 Bisq; datam, primùm partu, mox stipite rapto,
 Redde animam, vel me fraternis adde sepulcris.
 Et cupio, & nequeo quid agam? modo vulnera fratrum
 Ante oculos mihi sunt, & tantæ cadis imago,
 Nunc animum pietas, maternaq; nomina frangunt.
 Me miseram, malè vincetis, sed vincite fratres,
 Dummodò quæ dedero vobis solatia, vosq;
 Ipsa sequar. dixit, dextraq; auersa trementi
 Funerem torrem medios coniecit in ignes.
 Aut dedit, aut visus gemitus est ille dedisse

Stipes, & inuitis correptus ab ignibus arsit.
 Inscius, atq; absens flamma Meleagrus ab illa
 Vritur, & cæcis torreri viscera sentit
 Ignibus, ac magnos superat virtute dolores.
 Quòd tamen ignauo cadat, & sine sanguine, leto,
 Mæret, & Ancai felicia vulnera dicit,
 Grandæuumq; patrem, fratresq; piæq; sorores
 Cum gemitu, sociamq; tori vocat ore supremo,
 Forsitan, & matrem. crescunt ignisq; dolorq;
 Languescuntq; iterum. simul est extinctus uterq;
 Inq; leues abiit paulatim spiritus auras,
 Paulatim cana prunam velante fauilla.
 Alta iacet Calydon, lugent iuuenesq; senesq;
 Et vulgus, proceresq; gemunt, scissaq; capillos
 Plangunt ora simul matres Calydonides eheu.
 Puluere canitiem genitor, vultusq; seniles
 Fœdat humi fusos, spaciosumq; increpat æuum,
 Nam de matre manus diri sibi conscia facti
 Exegit pœnas, acto per viscera ferro.
 Non mihi si centum Deus ora sonantia linguis,
 Ingeniumq; capax, totumq; Helicôna dedisset,
 Tristia persequerer miserarum vota sororum.
 Immemores decoris liuentia pectora tundunt,
 Dumq; manet corpus, corpus resouentq; fouentq;
 Oscula dant, ipso posito dant oscula læto.
 Post cinerem, cineres haustos ad pectora pressant,
 Affuseq; iacent tumulo, signataq; saxo
 Nomina complexæ, lacrymas in nomina fundunt.
 Quas postquam Oeneia tandem Latonia clade

Est

Est satiata domus, præter Gorgeni^q, nurumi^q,
Nobilis Alcmenæ, natis in corpora pennis
Alleuat, & longas per brachia porrigit alas,
Corneaq³ ora facit, versasq³ per aëra mittit.

Interea Theseus sociati parte laboris
Functus, Erechtheias Tritonidos ibat ad arces.
Clausit iter, fecitq³ moras Achelous eunti
Imbre tumens: succede meis, ait, inclyte tectis

Cecropide, nec te committe rapacibus vndis:
Ferre trabes solidas, obliquaq³ voluere magno
Murmure saxa solent, vidi contermina ripæ
Cum gregibus stabula alta trahi, nec fortibus illhic

Profuit armentis, nec equis velocibus esse.

Multa quoq³ hic torrens niuib³ de monte solutis

Corpora turbineo iuuenilia* vortice merfit.

Tutior est requies, solito dum flumina currant

Limite, dum tenues captet suus alueus vndas.

Annuat Aegides: vtroq³ Acheloe, domoq³,

Consilioq³ tuo, respondit: & vsus vtroq³ est.

Pumice multicauo, nec leuibus atria tophis

Structa subit, molli tellus erat humida musco.

Summa lacunabant alterno murice conchæ.

Iamq³ duas lucis partes Hyperione mensæ,

Discubuere toris Theseus, comitesq³ laborum.

Hæc Ixionides, illa Træzenius heros

Parte Lelex, raris iam sparsus tempora canis,

Quosq³ alios parili fuerat dignatus honore

Annis Acarnanum letissimus hospite tanto.

Protinus oppositas nude vestigia Nymphæ

Nymphæ
Naiades in
insulas E-
chinadas.

* culmine

Achelous.

t 4


Instru-

Instruxere epulis mensas, dapibusq₃ remotis
 In gemma posuere merum. tum maximus heros
 Aequora prospiciens oculis subiecta, quis, inquit,
 Ille locus, digitoq₃ ostendit, & insula nomen
 Quod gerit illa, doce, quanquam non vna videtur.
 Amnis ad hac, non est, inquit, quod cernimus, vnum.
 Quinq₃ iacent terra, spacij discrimina fallunt.
 Quoq₃ minus spreta factum mirere Diana,
 Naiades hæ fuerant, quæ cum bis quinq₃ iuuenços
 Mactassent, rurisq₃ Deos ad sacra vocassent,
 Immemores nostri festas duxere choreas.
 Intumui, quantusq₃ feror, cum plurimus vnquam,
 Tantus eram, pariterq₃ animis immanis, & vndis
 A syluis syluas, & ab aruis arua reuulsi.
 Cumq₃ loco Nymphas memores tum deniq₃ nostri,
 In freta prouolui, fluctus nosterq₃, marisq₃
 Continuum diduxit humum, pariterq₃ reuellit
 In totidem, medijs, quot cernis Echinadas, vndis.

F A B. X. A R G V M E N T V M.

Perimele Hippodamantis filia, cum ab Acheloo amne per vim esset vitata, pater eam ob admissum flagitium in pelagus ex alto scopulo præcipitavit. Achelous verò de salute amicæ vehementer sollicitus, à Neptuno petijt, ne ipsam submergeret, sed ei vel tutum aliquem locum præberet, vel eam in locum conuerteret: Quod sanè Neptunus facile permisit, statimq₃ Perimelem in insulam transmutauit.

Vt tamen ipse vides, procul, en procul vna recessit
 Insula



Insula grata mihi. Perimelen nauita dicit.
 Huic ego virgineum dilectæ nomen ademi :
 Quod pater Hippodamas ægrè tulit, inq̃, profundum
 Propulit è scopulo peritura corpora natæ.
 Excepi, nantemq̃, ferens, ô proxima terra
 Regna, vagæ, dixi sortite Tridentifer vnda,
 In quo desinimus, quò sacri currimus amnes,
 Huc ades, atq̃, audi placidus Neptune precantem.
 Huic ego, quam porto, nocui : sis mitis, & æquus.
 Si pater Hippodamas, aut si minus impius esset,
 Debuit illius misereri, & ignoscere nobis.
 Cui quondam tellus clausa est feritate paterna,
 Affer opem, merseq̃, precor, feritate paterna
 Da Neptune locum, vel sit locus ipsa licebit,

t s

Hunc

Hunc quoq₃ complectar. mouit caput equoreus rex,
 Concussitq₃ suis omnes assensibus vndas.
 Extimuit Nymphe, nabat tamen, ipse natantia
 Pectora tangebam trepido salientia motu,
 Dumq₃ ea contrecto, totum durefcere sensi
 Corpus, & inducta condi præcordia terra.
 Dum loquor, amplexa est artus noua terra natantes,
 Et gratis increuit mutatis insula membris.

Perimele
 in insulam.

FAB. XI. ARGVMENTVM.

Iupiter & Mercurius in humanam formam
 conuerfi, Phrygiam regionem, vt hominum
 animos eorumq₃ benignitatem experirentur,
 peragrârunt. Cùm autem ex oppidanis eos ne-
 mo reciperet, tandē Philemonis rustici & pau-
 peris cuiusdam hospitium ingressi, ab eo libe-
 raliter aclautè, pro tenuitate ac rei familiaris
 angustia, tractati sunt. Nam præter vulgares
 epulas etiam Philemon vnicumq₃, quem ha-
 bebat, anserem mactare volebat. Eius verò ne-
 cem Dñ prohibuerunt.

Annis ab his tacuit. factum mirabile cunctos
 Mouerat: irridet credentes, vtq₃ Deorum
 Spretor erat, mentisq₃ ferox Ixione natus,
 Ficta refers, nimiumq₃ putas Acheloë potentes
 Esse Deos, dixit, si dant, adimuntq₃ figuras.
 Obstupuere omnes, nec talia * dicta probarunt,
 Ante omnesq₃ Lelex animo maturus, & æuo,
 Sic ait: immensa est, finemq₃ potentia cæli
 Non habet, & quicquid superi voluere peractum est.

Oppidū in
 stagnum.

* verba

Quoq₃ Deorum p^a
 testas.



Quoq; minus dubites, tilia contermina quercus
 Collibus est Phrygijs, medio circumdata muro.
 Ipse locum vidi, nam me Pelopeia Pitheus
 Misit in arua, suo quondam regnata parenti.
 Haud procul hinc stagnum est, tellus habitabilis olim,
 Nunc celebres mergis, fulicisq; palustribus vnda.
 Iuppiter huc specie mortalis, cumq; parente
 Venit Atlantiades positus caducifer alis.
 Mille domos adiere, locum, requiemq; petentes:
 Mille domos clausere sera: tamen vna recepit,
 Parua quidem stipulis, & canna tecta palustri:
 Sed pia Baucis anus, pariliq; etate Philemon
 Illa sunt annis iuncti iuuenilibus, illa
 Consenuere casa, paupertatemq; ferendo

Baucis &
 Philemon.

Essece-

Effecere leuē, nec iniqua mente ferendam.
 Nec refert dominos illhic, famulosne requiras:
 Tota domus, duo sunt, ydem parentq₃, iubentq₃,
 Ergo vbi cœlicolæ paruos tetigere penates,
 Summissoq₃ humiles intrârunt vertice postes.
 Membra senex posito iussit releuare sedili,
 Quod superiniecit textum rude sedula Baucis.
 Inde foco tepidum cinerem dimouit, & ignes
 Suscitât hesternos, folijsq₃, & cortice sicco
 Nutrit, & ad flammâs anima perducit anili:
 Multifidasq₃ faces, ramaliaq₃, arida tectô
 Detulit, & minuit, paruog₃, admouit aheno.
 Quodq₃ suus coniux riguo collegerat horto,
 Truncat olus folijs, furca leuat ille bicorni
 Sordida terga suis nigropendentia tigno,
 Seruatoq₃ diu refecat de tergore partem
 Exiguam, sectamq₃, domat ferentibus vndis.
 Interea medias fallunt sermonibus horas,
 Sentiriq₃ moram prohibent. erat aliuens illhic
 Fagineus, dura clauo suspensus ab ansâ:
 Is tepidis impletur aquis, artusq₃ fouendos
 Accipit: in medio torus est de mollibus vluis
 Impositus * lecto, sponda, pedibusq₃ salignis.
 Vestibus hunc velant, quas non nisi tempore festo
 Sternere consuerant, sed & hac vilisq₃, vetusq₃
 Vestis erat, lecto non indignanda saligno,
 Accubucere Dei, mensam succincta, tremensq₃
 Ponit anus, mensa sed erat pes tertius impar,
 Testa parem fecit, quæ postquam subdita cliuum
 Sustulit,

* lecto

Sustulit, aequatam menta extersere virenti.
 Ponitur hic bicolor sincera bacca Minerue,
 Conditag, in liquida corna autumnalia fece,
 Intybag, & radix, & lactis massa coacti,
 Onag, non acri leuiter versata fauilla
 Omnia fctilibus. post hac calatus eodem
 Sistitur argento crater, fabricatag, fago
 Pocula, quæ caua sunt flauentibus illita ceris.
 Parua mora est, epulasq, foci misere calentes,
 Nec longè rursus referuntur vina senectæ,
 Dantq, locum mensis paulum seducta secundis.
 Hic nux, hic mista est rugosis carica palmis,
 Prunag, & in patulis redolentia mala canistris.
 Et de purpureis collecta vitibus vua,
 Candidus in medio fauus est, super omnia vultus
 Accessere boni, nec iners, pauperq, voluntas.
 Interea quoties haustum cratera repleti
 Sponte sua, per seq, vident, succrescere vina,
 Attoniti nouitate pauent, manibusq, supinis
 Concipiunt, Baucisq, preces timidusq, Philemon,
 Et veniam dapibus, nullisq, paratibus orant.
 Vnicus anser erat minima custodia villa,
 Quem Djs hospitibus domini mactare parabant:
 Ille celer penna tardos ætate fatigat,
 Eluditq, diu, tandemq, ost visus ad ipsos
 Confugisse Deos. superi vetuere necari,
 Djq, sumus, meritasq, luet vicinia pœnas
 Impia, dixerunt: vobis immunibus huius
 Esse mali dabitur, modò vestra relinquite tecta,

Ac

Ac nostros comitate gradus, & in ardua montis
 Ite simul, parent, & Dijs praeuntibus, ambo
 Membraleuant baculis, tardiq; senilibus annis
 Nituntur longo vestigia ponere cliuo.
 Tantum aberant summo, quantum semel ire sagitta
 Missa potest, flexere oculos, & mersa palude
 Catera prospiciunt, tantum sua tecta manere.


FAB. XII. ARGVMENTVM.

Iupiter & Mercurius benignitatem Philemonis & Baucidis experti, se Deos palam ostendunt, eosq; secum ascendere collem iubent. Quo facto, mox suum oppidulum in lacum vident conuersum, omnesq; domos praeter suam casam, quæ in templum erat mutata, submersas. Porro à Dijs optione data senibus, vt quicquid vellent, peterent, Philemon se templi huius sacerdotes esse ea conditione optauit, vt nec ipse coniugis, nec vxor eius mortem videret. Voti igitur ambo facti compotes, tandem cum ad extremam peruenissent senectutem, in arbores euaserunt.

Dumq; ea mirantur, dum descent fata suorum,
 Mersa vident, quæruntq; suæ pia culmina villæ:
 Sola loco stabant, dum descent fata locorum,
 Illa vetus dominis, & iam casa parua duobus
 Vertitur in templum: furcas subiere columnæ,
 Stramina flauescunt, aurataq; tecta videntur,
 Celataq; fores, adopertaq; marmore tellus.
 Concipiunt Baucisq; preces, timidusq; Philemon,

Domus Philemonis & Baucidis in templum.

Talia



Talia cum placido Saturnius edidit ore:
 Dicite iuste senex, & scemina coniuge iusto
 Digna, quid optetis? cum Baucide pauca locutus
 Iudicium superis aperit commune Philemon.
 Esse sacerdotes, delubraq, vestra tueri
 Poscimus: & quoniam concordēs egimus annos,
 Auferat hora duos eadem, nec coniugis unquam
 Busta meae videam, neu sim tumultandus ab illa.
 Vota fides sequitur. templi tutela fuere,
 Donec vita data est: annis, æuoq, soluti,
 Ante gradus* templi cū starent forteq, lociq,
 Narrarent casus, frondere Philemona Baucis,
 Baucida conspexit senior frondere Philemon.
 Iamq, super geminos crescente cacumine vultus,

*sacros
 Philemō &
 Baucis in ar
 bores.

Mutua,

Mutua, dum licuit, reddebant dicta, valeq;
 O coniux dixere simul, simul abdita textit
 Ora frutex: ostendit adhuc Tyaneius illhic
 Incola de gemino vicinos * corpore truncos.
 Hæc mihi non vani, nec erat cur fallere vellent,
 Narrauere senes. equidem pendentia vidi
 Serta super ramos, ponensq; recentia, dixi,
 Cura Deum Dii sint, & qui coluere colantur.

* arbore

Desierat, cunctosq; & res, & mouerat auctor,
 Thesæa præcipue, quem facta audire volentem
 Mira Deum, nixus cubito Calydonius * amnis
 Talibus alloquitur: sunt o fortissime quorum
 Forma semel mota est, & in hoc renouamine mansit.
 Sunt quibus in plures ius est transire figuras,
 Vt tibi complexi terram maris incola Proteu,
 Nam modò te iuuenem, modò te videre leonem,
 Nunc violentus aper, nunc quem tetigisse timerent
 Anguis eras, modò te faciebant cornua taurum.
 Sæpe lapis poteras, arbor quog; sæpe videri.
 Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum
 Flumen eras, interdum vndis contrarius ignis.

Proteus in
varias for-
mas.


* Heros

Proteus.

FAB. XIII. ARGVMENTVM.

Erifichthon Theffalus, Deorum contem-
 ptor, cum in Cereris nemore multas arbores se-
 curi violaret, altissimamq; quercum, in qua
 Nympha habitabat, excinderet, Hamadryades
 illorum montium incolæ ad Cererem conue-
 nerunt, precantes, vt tantum contemptum &
 impietatem vlsceretur. Ceres igitur & sua &
 Hamadryadû causa permota, Erifichthonem
 nouo

nouo supplicij genere afficere, assiduaq; famis stimula-
tione cruciari decreuit.



Nec minus Autolyco coniux Erisichthone nata
Iuris habet. pater huius erat, qui numina diuina
Sperneret, & nullos aris adoleret honores.
Ille etiam Cereale nemus violasse securi
Dicitur, & lucos ferro temerasse vetustos.
Stabat in his ingens annoso robore quercus,
Vna nemus: vitta mediam, memoresq; tabella
Sertaq; cingebant, voti argumenta potentis.
Sape sub hac Dryades festas duxere choreas.
Sape etiam manibus nexis ex ordine, trunci
Circumiêre modum: mensuraq; roboris vlnas
Quinq; ter implebat, nec non & cetera tantum

Mestie in
varias figu-
ras,

Sylua

Sylua sub hac omnis, quantum fuit herba sub illa.
 Nec tamen idcirco ferrum Triopæius illa
 Abstenuit, famulosq; iubet succidere sacrum
 Robur, & ut iussos cunctari vidit, ab vno
 Edidit hæc rapta sceleratus verba securi:
 Non dilecta Dea solum, sed & ipsa, licebit
 Sit Dea, iam *tanget frondente cacumine terram. *tangis
 Dixit, & obliquos dum telum librat in ictus,
 Contremuit, gemitumq; dedit decidua Quercus,
 Et pariter frondes, pariter pallescere glandes
 Cœpere, ac longi pallorem ducere rami.
 Cuius ut in trunco fecit manus impia vulnus,
 Haud aliter fluxit discusso cortice sanguis,
 Quam solet, ante aras ingens ubi victima taurus
 Concidit, abrupta cruor è ceruice profundi.
 Obstupere omnes, aliquisq; ex omnibus audet
 Detertere nefas seuamq; inhibere bipennem.
 Aspicit hunc, mentisq; piæ cape præmia dixit
 Thessalus, inq; virum conuertit ab arbore ferrum,
 Detruncatq; caput, repetitaq; robora cedit.
 Editus & medio sonus est de robore talis:
 Nympha sub hoc ego sum, Cereri gratissima, ligno,
 Quæ tibi factorum pœnas instare tuorum
 Vaticinor moriens nostri solatia leti.
 Persequitur scelus ille suum, labefactaq; tandem
 Ictibus innumeris, adductaq; funibus arbor
 Corruit, & multam prostrauit pondere syluam.
 Attonitæ Dryades damno nemorumq; suoq;
 Omnes germanæ Cererem cum vestibis atris

Mœren-

Thessali
pietas.

*tangis

Mærentes adeunt, pœnamq; Erisichthonis orant.
 Annuit his, capitisq; sui pulcherrima motu
 Concussit gravidis oneratos mœsibus agros.
 Molliturq; genus pœna miserabile, si non
 Ille suis esset nulli miserabilis actis,
 Pestifera lacerare fame: quæ, quatenus ipsi
 Non adeunda Dea (neq; enim Cereremq;, Famemq;
 Fata coire sinunt) montani numinis vnam
 Talibus agrestem compellat Oreada dictis.

FAB. XIII. ARGVMENTVM.

Ceres Dea frugum, Erisichthonis immani
 facinore vehementer indignata, vnam è Nym-
 phis ad Famem, quæ Dea repræsentatur, in ex-
 tremam Scythiam ablegauit, quæ suo nomi-
 ne oraret ipsam, vt Erisichthonem tota vi in-
 uaderet, eidemq; famelico prorsus omnem
 edendi satietatem adimeret. Nympha ergo
 Deæ morem gerens, à draconibus vecta, il-
 lud à Fame, quamuis Cereri aliàs inimica, im-
 petrauit.

Est locus extremis Scythiæ glacialis in oris,
 Triste solum, sterilis, sine fruge, sine arbore tellus,
 Frigus iners, illhic habitant Pallorq;, Tremorq;
 Etieiuna Fames, ea se in præcordia condant
 Sacrilegi scelerata iube, nec copiarerum
 Vincat eam, superetq; meas certamine vires.
 Neue viæ spaciū te terreat, accipe currus,
 Accipe quos frænis altè moderere dracones,
 Et dedit: illa dato subuecta per aëra curru,

Famis de-
 scriptio.

v z

Deuc-



Deuenit in Scythiam, rigidiq; cacumina montis,
 (Caucason appellant) serpentum colla leuauit,
 Quaesitamq; Famem lapidoso vidit in agro,
 Vnguibus, & raris vellentem dentibus herbas.
 Hirtus erat crinis, caua lumina, pallor in ore,
 Labra incana situ, scabri rubigine dentes,
 Dura cutis, per quam spectari viscera possent.
 Ossa sub incuruus extabant arida lumbis.
 Ventris erat pro ventre locus, pendere putares
 Pectus, & à spina tantummodo crate teneri.
 Auxerat articulos macies, genuumq; tumebat
 Orbis, & immodico prodibant tubere tali.
 Hanc procul vt vidit (neq; enim est accedere iuxta
 Ausa) refert mandata Dea: paulumq; morata,

Quan-

Quancūq̃ aberat longē, quancūq̃ modō venerat illuc.
 Visatamen sensisse Famem, retroq̃, dracones
 Egit in Aemoniam versis sublimis habenis.


FAB. XV. ARGVMENTVM.

Fames, nomine Cereris à Nympha vocata, noctu domum Erisichthonis intrauit, sc̃q̃ per aures, os & nares in viscera dormientis immisit, eumq̃ tanta stimulauit violentia, vt sibi noctu per somnum omnia deuorare, nullisq̃ epulis satiari posse videretur. Expergefactus autem, dapes confestim requisit, nec cibis vllis famem sedare potuit, donec gula tandem omnes facultates totumq̃ patrimonium abligeret.

Dicta Fames Cereris (quamuis contraria semper
 Illius est operi) peragit, perq̃, aëra vento
 Adiussam delata domum est, & protinus intrat
 Sacrilegi thalamos, altoq̃, sopore solutum
 (Noctis enim tempus) geminis amplectitur * vlnis, * alis,
 Sc̃q̃, viro inspirat, faucesq̃, & pectus, & ora
 Afflat, vt in vacuis peragat ieiunia venis.
 Functaq̃, mandato fecundum deserit orbem,
 Inq̃, domos inopes, assuetaq̃, vertitur * antra.
 Lenis adhuc somnus placidis Erisichthona pennis
 Mulcebat, petit ille dapes sub imagine somni,
 Oraq̃, vana mouet, dentemq̃, in dente fatigat,
 Exercetq̃, cibo delusum guttur inani,
 Proq̃, epulis tenues nequicquam deuorat auras.
 Vt verò est expulsa quies, furit ardor edendi,
 Perq̃, auidas fauces, immensaq̃, viscera regnat.

* arua
 Erisichtho-
 nis fames.

*Nec mora, quod pontus, quod terra, quod educat aër
 Poscit, & appositus queritur ieiunia mensis,*



*Inq̃ epulis epulas querit: quodq̃, vrbibus esse,
 Quodq̃, satis poterat populo, non sufficit vni.
 Plusq̃, cupit, quo plura suam demittit in aluum.
 Vtq̃, fretum recipit de tota flumina terra,
 Nec satiatur aquis, peregrinosq̃, ebibit amnes,
 Vtq̃, rapax ignis non vnquam alimenta recusat.
 Innumerasq̃, faces cremat, & quo copia maior
 Est data, plura cupit, turbaq̃, voracior ipsa est,
 Sic epulas omnes Erisichthonis ora profani
 Accipiunt, poscuntq̃, simul. cibus omnis in illo
 Causa cibi est, semperq̃, locus fit inanis edendo.*

FAB.

FAB. XVI. ARGVMENTVM.

Cūm Erisichthon totum iam patrimonium ventri impendisset, vnicam quoq; filiam Metram, olim à Neptuno vitiatam, vendere coactus est. Hæc autem vt seruitutis iugum effugeret, Neptuni auxilium implorauit, qui ei in vetulum piscatorem conuersa concessit, vt quas vellet formas assumeret. Hoc pacto per aliquot tempus patrem famelicum aluit, sed tandem omnibus facultatibus absumptis, Erisichthon sua ipsius comedit viscera, & sic miserabili morte periit.



Iamq; fame patrias, altiꝫ voragine ventris
Attenuarat opes, sed in attenuata manebat
Tum quoq; dira fames, implacataq; vigeat

v 4

Flamma

Flamma gula tandem demisso in viscera censu,
 Filia restabat non illo digna parente:
 Hanc quoque vendit inops dominum generosa recusat,
 Et vicina suas tendens super aquora palmas,
 Eripe me domino, qui raptæ * premia nobis
 Virginitatis habes, ait. Hæc Neptunus habebat,
 Qui prece non spreta, quamvis * modò visa sequenti * ea
 Esset hero, formamque nouat, vultumque virilem
 Induit, & vultus pisces capientibus aptos.
 Hanc dominus spectans, ô qui pendentia paruo
 Aera cibo celas moderator arundinis, inquit,
 Sic mare compositum, sic sit tibi piscis in vnda
 Credulus, & nullos nisi fixus sentiat hamos.
 Quæ modò cum vili turbatis veste capillis
 Littore in hoc steterat (nam stantem in littore vidi)
 Dic vbi sit, neque enim vestigia longius extant.
 Illa Dei * munus bene cedere sensit, & à se
 Sequari gaudens, his est rescuta rogantem,
 Quisquis es ignoscas: in nullam lumina partem
 Gurgite ab hoc flexi, studioque oneratus inhasi.
 Quoque minus dubites, sic has Deus aquoris artes
 Adiuvet, ut nemo iam dudum littore in isto
 Me tamen excepto, nec fœmina constitit vlla.
 Credidit, & verso dominus pede pressit arenam,
 Elususque abiit, illi sua redditæ forma est.
 Ast vbi habere suam transformia corpora sensit,
 Sæpe pater dominis Triopeida tradit. at illa
 Nunc equa, nunc ales, modò bos, modò ceruus abibat,
 Præbebatque avido non iusta alimenta parenti.

* nostra

 Filia Eri-
 fichthonis
 in virum.

* munus

 Triopeis in
 varias figu-
 ras.

Vis

*Vis tamen illa mali postquam consumpserat omnem
 Materiam, dederatq; graui noua pabula morbo,
 Ipse suos artus lacero diuellere morsu
 Cæpit, & infelix minuendo corpus alebat.
 Quid moror externis? etiam mihi sæpe nouandi
 Corporis ô iuuenes numero finita potestas:
 Nā modo q. nūc sum, videor: modo flector in anguem.
 Armenti modo dux, vires in cornua sumo:
 Cornua dum sumpsi, nunc pars caret altera telo
 Frontis, vt ipse vides, gemitus sunt verba secuti.*

P. OVIDII NASO-
NIS METAMORPHO-
 feon Liber IX.

FAB. I. ARGVMENTVM.

Deianira Oenei regis filia, virgo Aetola-
 rum speciosissima, cū a multis amaretur, pa-
 teream in matrimonium huic dare constituit,
 qui luctaudi gratia veniens victoriam reporta-
 ret. Omnibus autem metu percussis retroq;
 cedentibus, duo sunt inuenti, Hercules & Ache-
 lous, qui manus inter se conferere auderent.
 Commisso igitur prælio, Achelous multis do-
 lis Herculem elusit, seq; in varias transmutauit
 formas, at tandem succumbens, Herculem vi-
 ctorem agnouit, qui filiam regis pugnando ad-
 ceptus est.

Que gemitus, truncaq; Deo Neptunius heros
 Causarogat frontis: cū sic Calydonius amnis

Achelous
 in varias fi-
 guras.

v s

Cæpit,



Cœpit, inornatos redimitus arundine crines.
 Triste petis munus: quis enim sua pralia victus
 Commemorare velit? referam tamen ordine, nec tam
 Turpe fuit vinci, quàm contendisse decorum est,
 Magnaq; dat nobis tantus solatia victor.
 Nomine si qua suo tandem peruenit ad aures
 Deianira tuas, quondam pulcherrima virgo:
 Multorumq; fuit spes inuidiosa procorum.
 Cum quibus vt socii domus est intrata petiti,
 Accipe me generum, dixi, Parthaone nate,
 Dixit & Alcides. alij cessere duobus.
 Ille Iouem socerum dare se, famamq; laborum,
 Et superata sua referebat iussa nouerca.
 Contrà ego turpe Deum mortali cedere dixi:

Deianira,

(Non

(Nondū erat ille Deus) Dominū me cernis aquarum
 Curſibus obliquis inter tua regna fluentem,
 Nec gener externis hoſpes tibi miſſus ab oris,
 Sed popularis ero, & rerum pars vna tuarum.
 Tantum ne noceat, quod me nec regia Iuno
 Odit: & omnis abeſt iuſſorum pœna laborum.
 Nam quod te iactas Alcmena matre creatum,
 Iuppiter aut falſus pater eſt, aut crimine verus.
 Matris adulterio patrem petis: elige, fictum
 Eſſe Iouem malis, an te per dedecus ortum?
 Talia dicentem iamdudum lumine toruo
 Spectat, & accenſe non fortiter imperat ira,
 Verbaq; tot reddit: melior mihi dextera lingua eſt,
 Dum modo pugnando ſuperem, tu vince loquendo.
 Congrediturq; ferox. puduit modo magna locutum
 Cedere, reieci viridem de corpore veſtem,
 Brachiaq; oppoſui, tenuiq; à pectore varas
 In ſtatione manus, & pugnae membra parauī.
 Ille cauiſ hauſto ſparſit me puluere palmis,
 Inq; vicem fuluæ tactu ſlaueſcit arena.
 Et modo ceruicem, modo crura micantia captat,
 Aut captare putes, omniq; à parte laceſcit.
 Me mea defendit grauitas, fruſtraq; petebar,
 Haud ſecus ac moles, quam magno murmure fluſtus
 Oppugnant, manet illa, ſuoq; eſt pondere tuta.
 Digredimur paulum, ruruſq; ad bella coimus,
 Inq; gradu ſtetimus certi non cedere, eratq;
 Cum pede pes iunctus: totoq; ego pectore pronus
 Et digitos digitis, & frontem fronte premebam,

Herculis &
 Acheloi cō-
 greſſus.

Non

Non aliter vidi fortes concurrere tauros,
 Cum precium pugnae toto nitidissima saltu
 Expetitur coniux. spectant armenta, pauentq;
 Nescia quem maneat tanti victoria regni.
 Ter sine profectu voluit nitentia contra
 Reicere Alcides à se mea pectora, quarto
 Excudit amplexus, adductaq; brachia soluit.
 Impulsumq; manu (certum est mihi vera fateri)
 Protinus auertit, tergoq; onerosus inhaesit.
 Si qua fides (neq; enim ficta mihi gloria voce
 Queritur) impositus pressus mihi monte videbar.
 Vix tamen inserui sudore fluentia multo
 Brachia, vix solui duros à corpore nexus.
 Instat anhelanti, prohibetq; resumere vires,
 Et ceruice mea potitur, tum deniq; tellus
 Pressa genu nostro est, & arenas ore momordi.
 Inferior virtute, meas diuertor ad artes,
 Elaborq; viro, longum formatus in anguem.
 Qui postquam flexos sinuavi corpus in orbe,
 Cumq; fero moui linguam stridore bisulcam,
 Risit, & illudens nostras Tirynthius artes.
 Cunarum labor est angues superare mearum,
 Dixit, & vt vincas alios Acheloe dracones,
 Pars quota Lernae serpens eris vnus Echidnae?
 Vulneribus foecunda suis erat illa, nec vllum
 De centum numero caput est impune recisum,
 Quin gemino ceruix herede valentior esset.
 Hanc ego ramosam natis è cade colubris,
 Crescentemq; malo domui, domitamq; reduxi.

Achelous
 in anguem

Lernae cent
 tum capita

Quid

Quid fore te credis? falsum qui versus in anguem
 Arma aliena moues? quem forma precaria celat?
 Dixerat, & summo digitorum vincula collo
 Inijcit. angebar ceu guttura forcipe pressus,
 Pollicibusq; meas pugnabam euellere fauces.
 Sic quoq; deuicto, restabat tertia tauri
 Forma trucidis. Tauro mutatus membra, rebello.
 Induit ille toris à laeva parte lacertos,
 Admissumq; trahens sequitur, depressaq; dura
 Cornua figit humo, meq; alta sternit arena.
 Nec satis hoc fuerat, rigidum fera dextera cornu
 Dum tenet, infregit, truncaq; à fronte reuellit.
 Naiades hoc pomis, & odoro flore repletum
 Sacrarunt, diuesq; meo bona copia cornu est.
 Dixerat, & Nymphæ ritu succincta Dianæ
 Vna ministrarum fufis vtring; capillis
 Incessit, totumq; tulit prædiuite cornu
 Autumnum, & mensas felicia poma secundas.
 Lux subit, & primo feriente cacumina Sole
 Discedunt iuuenes. neq; enim dum flumina pacem,
 Et placidos habeant * lapsus, * totaq; residant,
 Operiuntur aquæ. vultus Achelous agrestes,
 Et lacerum cornu medijs caput abdudit vndis.
 Hunc tamen ablati domuit iactura decoris,
Cætera sopes habet, capitis quoq; fronde saligna,
 Aut superimposita celatur arundine damnum.

Achelous
 in taurum.

*cursus
 *moræq;

FAB. II. ARGVMENTVM.

Victor Hercules cùm Deianiram vxorem
 Nello Centauro commisisset, vt eam Euenum
 annem

amnem transueheret, is quidem forma puellæ allectus, sinuosis errabat flexibus, locum eius comprimendæ captans: Cæterùm vxore mariti sui fidem implorante, mox ab Hercule Nessus telo confixus est: qui cùm expiraret, vestem suam sanguine aspersam dedit Deianiræ, indicans hanc fore remedium aduersus desertum amorem coniugis, quam primùm ea indueretur. Cruor autem iste in venenum mutabatur.



*At te Nesse ferox eiusdem virginis ardor
Perdiderat, volucris traiectum terga sagitta.
Nanq, noua repetens patrios cum coniuge muros
Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad vndas.
Vberior solito, nimbis hyemalibus auctus,*

Nessi cruor
in venenū.

Forti-

Vorticibusq³ frequens erat, atq³ imperuius amnis.
 Intrepidum pro se, curam de coniuge agentem
 Nessus adit, membrisq³ valens, scitusq³ vadorum,
 Officioq³ meo ripa sistetur in illa.
 Hæc ait Alcide, tu viribus vttere nando.
 Tradidit Aonius pauidam Calydonida Nessø,
 Pallentemq³ metu, fluuiumq³, ipsumq³, timentem.
 Mox vt erat, pharetraq³ grauis spoliog³ leonis,
 (Nam clauam, & curuos trans ripā * iecerat arcus) * miserat
 Quandoquidem cœpi, superentur flumina dixit,
 Nec dubitat, nec qua sit clementissimus amnis
 Querit, & obsequio deferri spernit aquarum.
 Iamq³ tenens ripam, missos cum videret arcus,
 Coniugis agnouit vocem, Nessog³ paranti
 Fallere depositum, quod te fiducia, clamat,
 Vana pedum violente rapit? tibi Nesse biformis
 Diximus, exaudi, nec res intercipe nostras.
 Si te nulla mei reuerentia mouit, at orbes
 Concubitus veritos poterant inhibere paterni.
 Haud tamen effugies, quamuis ope fidis equina.
 Vulnere, non pedibus, te consequar. vltima dicta
 Reprobat, & missa fugientia ierga sagitta
 Trajicit: extabat ferrum de pectore aduncum.
 Quod simul euulsum est, sanguis per vtrung³ foramen
 Emicuit, mistus Lernæ tabe veneni.
 Excipit hunc Nessus, neq³ enim acriemur inulti,
 Secum ait, & calido velamina tincta cruore
 Dat munus raptæ, velut irritamen amoris.

F A B.

Hercules in Oechaliam regnum Euryti trañciens, Iolen eius filiam secum abduxit. Prior autem coniux Deianira falso suspicata animum viri à se abalienatum, tunicam Centauri sanguine tinctam, ipsi iam sacrificaturo, per Lichan famulum misit. Eam indutus Hercules ad aras accedens, flamma vestis citò incaluit, & veneno Lernæo eius viscera sunt infecta. In summo igitur cruciatu, cum vitam finire nequiret, Licham acerbissimumuneris autorem in mare Euboicum proiecit, qui in scopulum deinde conuersus est.



Longa fuit mediꝝ mora temporis, actaq; magni
Herculis implerant terras, odiumq; nouerca.
Victor ab Oechalia Canæo sacra parabas

Vota

* præceſſit

Vota Ioui, cùm fama loquax * peruenit ad aures
 Deianira tuas, quæ veris addere falſa
 Gaudet, & è minimo ſua per mendacia creſcit.
 Amphitryoniaden Ioles ardore teneri
 Credit amans, Veneriſq; nouæ perterrita fama
 Indulſit primò lachrymis, flendoq; dolorem
 Diffudit miſeranda ſuum: mox deinde, quid autem
 Fletus ait, pellex lachrymis letabitur iſtis, (dū eſt,
 Quæ quoniam adueniet, properandū, aliquidq; nouan
 Dum licet, & thalamos nondū tenet altera noſtros.
 Conquerar, an fileam? repetam Calydonā, morérne?
 Excedam tectis? * an ſic nihil ampliù obſtem? * ac
 Quid ſi me Meleagre tuam memorem eſſe ſororem?
 Forte paro facinus, quantumq; iniuria poſſit.
 Fæmineuſq; dolor, * vulgata pellice teſtor. * ingulata
 In curſus animus varios abit. omnibus illis
 Prætulit imbutam Neſſeo ſanguine veſtem
 Mittere, quæ vires defecto reddat amori:
 Ignaroq; Lichæ qui tradat neſcia, luctus
 Ipſa ſuos tradit, blandiſq; miſerrima verbis
 Dona det illa viro, mandat: capit inſcius heros,
 Induiturq; humeris Lernæ virus Echidnæ.
 Thura dabat primis, & verba precantia flammis,
 Vinaq; marmoreas patera fundebat in aras,
 Incaluit viſ illa mali, reſolutaq; flammis
 Herculeos abiit latè diſfuſa per artus.
 Dum potuit, ſolita gemitum virtute repreſſit.
 Viſta malis poſtquam eſt patientia, reppulit aras,
 Implenitq; ſuis nemoroſam vocibus Oeten.

π

Nec

Nec mora, letiferam conatur scindere vestem:
 Quæ trahitur, trahit illa cutem (scædumq; relatu)
 Aut hæret membris frustra tentata reuelli,
 Aut laceros artus, & grandia detegit ossa.
 Ipse cruor, gelido ceu quondam lamina candens
 Tincta lacu, stridet, coquiturq; ardente veneno.
 Nec modus est, sorbent auida præcordia flamma,
 Caruleusq; fluit toto de corpore sudor,
 Ambusti^{q;} sonant nerui, cæcæq; medullis
 * Tabe liquefactis, tollens ad sidera palmæ,
 Cladibus exclamat Saturnia pascere nostris:
 Pascere, & hanc pestem spectâ crudelis ab alto,
 Corq; ferum satia: vel si miserandus & hosti
 (Hostis enim tibi sum) diris cruciatibus ægram,
 Inuisamq; animam, natamq; laboribus, aufer.
 Mors mihi munus erit: decet hæc dare dona nouercæ.
 Ergo ego scædantem peregrino templa cruore
 Busirim domui? seuq; alimenta parentis
 Anteo cripui? nec me pastoris Iberi
 Forma triplex, nec forma triplex tua Cerbere mouit:
 Vosne manus validi præstistis cornua tauri?
 Vestrû opus Elis habet, vestrum Stymphalides vnda,
 Partheniumq; nemus, vestra virtute relatus
 Thermodoontiacæ calatus balthæus auro,
 Pomaq; ab insomni non custodita dracone.
 Nec mihi Centauri potuere resistere, nec mî
 Arcadiæ vastator aper: nec profuit Hydra
 Crescere per damnum, geminasq; resumere vires.
 Quid? quod Thracis equos humano sanguine pingues,
 Plena-

* Labe

Herculis la-
bores.

Plenaq³ corporibus laceris præsepia vidi?
 Visaq³ deteci, dominumq³, ipsosq³ percani?
 His elisa iacet moles Nemeæa lacertis:
 His Cacus horrendum Tyberino *gurgite monstrum,* in litore
 Hac cælum ceruice tuli: defessa iubendo est
 Sæua Iouis coniux, ego sum inde fessus agendo.
 Sed noua pestis adest, cui nec virtute resisti,
 Nec telis, armisq³ potest. pulmonibus errat
 Ignis edax imis, perq³ omneis pascitur artus.
 At valet Eurystheus. & sunt qui credere possint
 Esse Deos? dixit perq³ altam saucius Oeten
 Haud aliter graditur, quàm si venabula taurus
 Corpore fixa gerat, factiq³ refugerit autor.
 Sæpe illum gemitus edentem, sæpe trementem,
 Sæpe retentantem totas infringere vestes,
 Sternentemq³ trabes, irascentemq³ videres
 Montibus, aut patrio tendentem brachia cælo.
 Ecce Lycham trepidum, & latitantem rupe cauata
 Aspicit, vtq³ dolor rabiem collegerat omnem:
 Tunc Licha, dixit, feralia dona dedisti?
 Tunc mea necis autor eris? tremit ille pauetq³
 Pallidus, & timidè verba excusantia dicit.
 Dicentem, genibusq³ manus adhibere parantem,
 Corripit Alcides, & terq³, quaterq³ rotatum
 Mittit in Euboicas tormento fortius vndas.
 Ille per aërias pendens induruit auras.
 Vtq³ ferunt imbres gelidis concreescere ventis,
 Inde niues fieri, niuib³ quoq³ mole rotatis
 Astringi, & spissa glomerari grandine corpus:

x a

Sic

Sic illum validis iactum per inane lacertis,
 Exanguemq; metu, nec quicquam humoris habentē
 In rigidos versum silices prior edidit atas.
 Nunc quoq; in Euboico scopulus brevis eminet altē
 Gurgite, & humane seruat vestigia formæ:
 Quem quasi sensurum nautæ calcare verentur,
 Appellantq; Lichan. at tu Iouis inclyta proles
 Arboribus cæsis, quas ardua gesserat Oete,
 Inq; pyram structis, arcum, pharetramq; capacem,
 Regnaq; visuras iterum Troiana sagittas
 Ferre iubes Paante satum, quo flamma ministro
 Subdita: dumq; audis cōprehenditur ignibus agger,
 Congeriem syluæ Nemeæo vellere summam
 Sternis, & imposita clauæ cervice recumbis,
 Haud alio vultu, quàm si conuiuia iaceres,
 Inter plena meri redimitus pocula fertis.

Lichas in
 scopulum.

FAB. II. ARGVMENTVM.

Hercules diu multumq; grauissimis flammaram doloribus excruciat, in Oeta Thesaliæ monte rogum extrui curauit, sagittisq; Philoctetæ Pœantis filio traditis, qui pyram illi struxerat, igne combustus est, ita tamen, vt immortalium Deorum ius à Ioue in cælo reciperet, & aliquando placata Iunone, filiæ eiusdem nomine Hebe iungeretur. Deianira autē, vxor Herculis, recognita, præ ingenti animi luctu & mœstitia, sibi mortem laqueo consciiuit.

Iamq; valens, & in omne latus diffusa sonabat,
 Securosq; artus, contemptoremq; petebat

Hercules
 Deum.

Flamma



Flamma suum : timuere Dei pro vindice * terra. * mundi

Quos ita (sensit enim) leto Saturnius ore
Iuppiter alloquitur : nostra est , timor iste , voluptas ,
O superi , totoq , libens mihi pectore grator ,
Quod memoris populi dicor rectorq , paterq ,
Et mea progenies vestro quoq , tuta fauore est .
Nam quanquam ipsius datis hoc immanibus actis ,
Obligor ipse tamen . sed enim ne pectora vano
Fida metu paueant , Oet eas spernite flammās .
Omnia qui vicit , vincet quos cernitis ignes ,
Nec nisi materna Vulcanum parte potentem
Sentiet . eternum est à me quod traxit , & expers ,
Atq , immune necis , nullaq , domabile flamma .
Idq , ego defunctum terra , cœlestibus oris

x 3

Acci-

Hercules
Deum.


Accipiam, cunctisq³ meum lotabile fatum
 Dijs fore confido. si quis tamen Hercule, si quis
 Fortè Deo doluturus erit, data præmia noller,
 Sed meruisse dare sciet, inuitusq³ probabit.
 Assensere Dei. coniux quoq³ regia visa est
 Cætera non duro, duro tamen vltima vultu
 Dicta tulisse Iouis, seq³ indoluisse notatam.
 Intereà quodcunq³ fuit populabile flammæ,
 Mulciber abstulerat, nec cognoscenda remansit
 Herculis effigies, nec quicquam ab imagine ductum
 Matris habet, tantumq³ Iouis vestigia seruat.
 Utq³ nouus serpens posita cum pelle senecta,
 Luxuriare solet, squamaq³ nitere recenti:
 Sic vbi mortales Tirynthus exuit artus,
 Parte sui meliore viget, * maiorq³ videri
 Cæpit, & augusta fieri grauitate verendus.
 Quem pater omnipotens inter caua nubila raptum
 Quadrijugo curru radiantibus intulit astris.

* meliorq³
 Hercules a
 potheosis.

F A B. V. A R G V M E N T V M.

Alcmena vxor Amphitryonis, cùm ex Io-
 ue Herculem conceptum ob Iunonis odium
 parere non posset, Lucina partui præsens ab
 ea vocata, ad fores reginæ venit: quæ cùm in
 terra residens nexis manibus caneret, & ita Iu-
 nonis voluntate partu laborantem retardaret,
 Galanthis ministra Alcmenæ ipsam cõspiciens,
 prudenter fraudem hanc irrifit, & reginam
 peperisse, omniq³ dolore solutam mentita est:
 Lucina igitur manibus explicatis, Alcmenam
 cruciatu liberauit. Galanthis autem in mu-
 stelæ

stelæ figuram conuersa est, vt ore etiam quo mentiebatur pareret.



melior
erculis a
otheosis.

Sensit Atlas pondus. neg. adhuc Stheneleius iras
Soluerat Eurystheus, odiumq. in prole paternum
Exercebat atrox. at longis anxia curis
Argolis Alcmene questus vbi ponat aniles,
Cui referat nati testatos orbe labores,
Cuius suos casus, Iolen habet. Herculis illam
Imperio thalamoq. animoq. receperat Hyllus,
Impleatq. vterum generoso semine, cum sic
Incipit Alcmene : fauceant tibi numina saltem,
Corripiantq. moras tunc, cum matura vocabis
Præpositam timidis parientibus Ilthyiam,
Quam mihi difficilem Iunonis gratia fecit,

x 4

Nang.

Nang₃ laboriferi cum iam natalis adesset
 Herculis, & decimum premeretur sidere signum,
 Tendebat grauitas vterum mihi, quoq₃ ferebam
 Tantum erat, vt posses autorem dicere * tanti
 Ponderis esse Iouem: nec iam tolerare labores
 Vt₃terius poteram: quin nunc quoq₃ frigidus artus,
 Dum loquor, horror habet: parsq₃ est meminisse dolo-
 Septem ego per noctes, totidem cruciata diebus, (ris.
 Fessa malis, tendensq₃ ad cælum brachia, magno
 Lucinam * ad nexos partus clamore vocabam.
 Illa quidem venit, sed præcorrupta, mexm₃q₃
 Que donare caput Iunoni vellet iniqua.
 Vtq₃ meos audit gemitus, subsedit in illa
 Ante fores ara, dextroq₃ est poplite lauum
 Pressa genu, digitis inter se pectine iunctis
 Sustinuit partus, tacita quoq₃ carmina voce
 Dixit, & inceptos tenuerunt carmina partus.
 Nitor, & ingrato facio conuicia demens
 Vana Ioui: cupioq₃ mori, moturaq₃ duros
 Verba queror silices. matres Cadmeides adsunt,
 Votaq₃ suscipiunt, exhortanturq₃ dolentem.
 Vna ministrarum media de plebe Galanthis
 Flaua comas, aderat faciendis strenua iussis,
 Officijs dilecta suis. ea sensit iniqua
 Nescio quid Iunone geri, dumq₃ exit, & intrat
 Sæpe fores, diuam residentem vidit in ara,
 Brachiaq₃ in genibus digitis connixa tenentem.
 Et quæcunq₃ es, ait, domina gratare leuata est
 Argolis Alcmenæ, potiturq₃ puerpera voto.

* resti

* mexm₃q₃
pares

Exiliyt,

Exiliſt, iunctasq; manus paueſacta remiſit
 Diua potens vteri vinclis leuor ipſa remiſiſ.

Numine decepto riſiſſe Galanthida fama eſt.

Galanthis
 in muſte-
 lam.

Ridentem, preſamq; ipſis Dea ſeua capillis
 Traxit, & è terra corpus releuare volentem
 Arcuit, inq; pedes mutauit brachia primos.
 Srenuitas antiqua manet, nec terga colorem
 Amiſere ſuum, forma eſt diuerſa priori.
 Que, quia mendaci parientem iuuerat ore,
 Ore parit, noſtrasq; domos, velut antè, frequentat.

FAB. VI. ARGVMENTVM.

Dryope Euryti filia, ſoror Ioles, Andræmo-
 nis coniux, quam antè dilexerat Apollo, cùm ad
 lacum Nymphis ſacratum dona ferens, accede-
 ret, & ex arbore Loto (in quam Lotos Pria-
 pum fugiens, erat transfigurata) tantum de-
 cerperet, quo filiolum Amphionem ſecum ad-
 ductum, oblectaret, conſeſtim, quia ſacræ ar-
 boris violatrix extiterat, trunco infixæ adhæſit,
 & tota, niſi quòd humana reſtabat facies, in ar-
 boris formam tranſinigravit.

Dixit, & admonita veteris commota miniſtræ
 Ingemuit, quam ſic nurus eſt affata dolentem:

Lotos nym-
 pha in ar-
 borem ſuâ
 nominis.

Tetamen ô genitrix aliena ſanguine veſtro
 Rapta mouet facies. quid ſi tibi mira ſororiſ
 Fata me referam? quanquam lacrymæq; dolorq;
 Impediunt, prohibentq; loqui. fuit vnica matri,
 Me pater ex alia genuit (notiſſima forma)
 Ochalidum Dryope, quam virginitate carentem,

x s

Viniq;



Vm̃q̃, Dei passam Delphos, Delonq̃, tenentis
 Excipit Andramon, & habetur coniuge felix.
 Est lacus accliuus deuexo margine, formam
 Littoris efficiens, summum myrteta coronant.
 Venerat huc Dryope fatorum nescia, quoq̃,
 Indignere magis, Nymphis latura coronas,
 Inq̃, sinu puerum, qui nondum impleuerat annum.
 Dulce ferebat onus, tepidiq̃, ope lactis alebat.
 Haud procul à stagno Tyrios imitata colores,
 In spem baccarum florebat aquatica Lotos.
 Carpserrat hinc Dryope, quos oblectamina nato
 Porrigeret flores, & idem factura videbar:
 (Nanq̃, aderam) vidi guttas è flore cruentas
 Decidere, & tremulo ramos horrore moueri.

Scili-

Scilicet, vt referunt tardi nunc deniq, agrestes.
 Lotos in hanc Nymphæ fugiens obscœna Priapi
 Contulerat versos seruato nomine vultus.

Nescierat soror hoc, quæ cùm perterrita retro
 Iret, & oratis vellet discedere Nymphis,
 Haeserunt radice pedes, conuellere pugnat.
 Nec quicquam, nisi summa, mouet, succrescit ab imo,
 Totaq, paulatim lentus premit inguina cortex.
 Vt vidit, conata manu laniare capillos,
 Fronde manū implebit, frondes caput omne tenebant.
 At puer Amphisus (nanq, hoc auus Eurytus illi
 Addiderat nomen) materna rigescere sensit
 Vbera, nec sequitur ducentem lacteus humor.
 Spectatrix aderam * fati crudelis, opemq,
 Non poteram tibi ferre soror, quantumq, valebam
 Crescentem truncum, ramosq, amplexa, morabar.
 Et fateor, volui sub eodem cortice condi.
 Ecce vir Andræmon, genitorq, miserrimus adsunt,
 Et quærent Dryopen: Dryopen quærentibus illis
 Ostendi Loton. tepido dant oscula ligno.
 Affusiq, suæ radicibus arboris herent.
 Nil, nisi iam faciẽ, quod non foret arbor, habebat
 Chara soror, lachrymæ misero de corpore factis
 Irrorant folijs, ac dum licet, oraq, præstant
 Vocis iter, tales effundit in aëra questus:
 Si qua fides miseris, hoc me per numina iuro
 Non meruisse nefas, patior sine crimine pœnam.
 Viximus innocuæ, si mentior, arida perdam,
 Quas habeo frondes, & caesa securibus, vrar.

Dryope in
 arborem.

* facti.

Hunc

Hunc tamen infantem maternis demite ramis,
 Et date nutrici, nostraq₃ sub arbore, sepe
 Lac facitote bibat, nostraq₃ sub arbore ludat.
 Cumq₃ loqui poterit, matrem facitote salutet,
 Et tristis dicat, latet hoc in stipite mater.
 Stagna tamen timeat, nec carpas ab arbore flores,
 Et frutices omnes corpus putet esse Dearum.
 Chare vale coniux, & tu germana, paterq₃,
 *Et si qua est pietas, ab acuta vulnere falcis,
 A pecoris morsu, frondes defendite nostras.
 Et quoniam mihi fas *ad vos incumbere non est,
 Erigite huc artus, & ad oscula nostra venite,
 Dum tangi possum, paruumq₃ attollite natum.
 Plura loqui nequeo: nam iam per candida mollis
 Colla liber serpit, summog₃ cacumine condor,
 Ex oculis remouete manus. sine munere vestro
 Contegit inductus morientia lumina cortex.
 Desierat simul ore loqui, simul esse, diag₃
 Corpore mutato rami caluere recentes.

Dumq₃ refert Iole factum miserabile, dumq₃
 Eurytidos lacrymas admoto pollice siccant
 Alcмене, flet & ipsa tamen, compescuit omnem
 Res noua tristitiam. nam limine constitit alto
 Penè puer, dubiaq₃ tegens lanugine malas,
 Ora reformatus primos Iolaus in annos.
 Hoc illi dederat Iunonia muneris Hebe,
 Victa viri precibus, quæ cùm iurare pararet
 Dona tributuram post hunc se talia nulli,
 Non est passa Themis: nam iam discordia Thebe

*Qui

* Aliàs, nō
est incum-
bere vo-
bis.Iolaus se-
nex in iu-
uenem.Callirhoes
filijs impe-
beres in
ros.

Bella

Bella mouent, dixit, Capaneusq₃ nisi ab Ioue vinci
 Haud poterit, * sientq₃ pares in vulnera fratres, * deflentq₃
 Subductaq₃ suos manes tellure videbit
 Viuus adhuc vates, vltusq₃ parente parentem
 Natus, erit factio pius, & sceleratus eodem,
 Attonitusq₃ malis, exul mentisq₃, domusq₃,
 Vultibus Eumenidum, matrisq₃ agitabitur vmbis,
 Donec eum coniux fatale poposcerit aurum,
 Cognatumq₃ latus Phegeius hauserit ensis:
 Tum demum magno petit hoc Acheloia supplex
 Ab Ioue Callirhoë, natis infantibus annos
 * Addat, neue necem sinat esse vltoris inultam.
 Iuppiter his motus, priuigna dona, nurusq₃,
 Præcipiet, facietq₃ viros impubibus annis.

* Neue ne
 cē sinat es-
 se sui victo-
 ris inultā,
 expungen-
 do verbū
 Addat.

FAB. VII. ARGVMENTVM.


Miletus ex insula Creta profectus in Asiam,
 binos ibi ex Mæandri filia liberos suscepit, By-
 blida & Cænum: Byblis autem ad annos ali-
 quot progressa, cum fratre colludere, eumq₃ o-
 sculari & amplexari ausa est, vnde paulatim scin-
 tilla illiciti in germanum amoris creuit, adeo vt
 eum ardore plusquàm pio prosequeretur. Cum
 igitur cupiditatis suæ vesaniā diutius com-
 pescere nequiret, illi flagrantem suum animum
 aperuit: sed Cannus rei & indignitate & sororis
 impietate motus, petitionem hāc turpissimā
 recusauit.

Hec vbi faticano venturi præscia dixit
 Ore Themis, * vario superi sermone fremebant.

Byblis in
 fontem.
 * vano

Et

Et cur non alijs eadem dare dona liceret,
 Murmur erat: queritur veteres Pallantias annos
 Coniugis esse sui, queritur canescere nitentem
 Iasiona Ceres: repetitum Mulciber ænum
 Poscit Erichthonio: Venerem quoq; cura futuri



Tangit, & Anchise renouare paciscitur annos.
 Cui studeat Deus omnis habet, crescitq; favore
 Turbida seditio, donec sua Iuppiter ora
 Soluit: & ò nostri si qua est reuerentia, dixit,
 Quoruitis? tantumne aliquis sibi posse videtur,
 Fata quoq; vt superet? fati s Iolaus in annos
 Quos egit, redijt fati iuuenescere debent
 Callirhoë geniti, non ambitione, nec armis.

Vos

Vos etiam, quoq; vt hoc animo meliore feratis,
 Me quoq; fata regunt, quæ si mutare valerem,
 Nec nostrum feri curuarent Aeacon anni,
 Perpetuumq; cui florem Rhadamanthus haberet
 Cum Minœ meo, qui propter * amara senectæ * multa
 Pondera despicitur, nec, quo prius, ordine regnat:
 Dicta Iouis mouere Deos, nec sustinet vllus,
 Cùm videat fessos Rhadamanthon, & Aeacon annis,
 Et Minœa, queri: qui dum fuit integer cui,
 Terruerat magnas ipso quoq; nomine gentes,
 Tunc erat inualidus, Deionidemq; iuuentæ
 Robore Miletum, Phæboq; parente superbum
 Pertimuit: credensq; suis insurgere regnis,
 Haud tamen est patrïs arcere penatibus ausus.
 Sponte fugis Milete, tua celeriq; carina
 Aegæas metiris aquas, & in Aside terra
 Mœnia constituis, positoris habentia nomen.
 Hic tibi, dum sequitur patria curuaminaripa
 Filia Meandri toties redeuntis eodem,
 Cognita Cyaneæ præstanti corpore Nympha
 Byblida cum Cauno prolem est enixa gemellam.
 Byblis in exemplo est, vt ament concessa puella,
 Byblis Apollinei correpta cupidine fratris.
 Non soror vt fratrem, nec qua debebat, amauit.
 Illa quidem primò nullos intelligit ignes,
 Nec peccare putat, quòd sæpius oscula iungat,
 Quòd sua fraterno circundet brachia collo,
 Mendaciq; diu pietatis fallitur vmbra,
 Paulatim declinat amor, visurag; fratrem

Culta

Culta venit, nimiumq; cupit formosa videri,
 Et si qua est illhic formosior, inuidet illi.
 Sed nondum manifesta sibi est, nullumq; sub illo
 Igne facit votum, veruntamen astat intus.
 Iam dominum appellat, iam nomina sanguinis odit,
 Byblida iam mauult, quàm se vocet ille sororem.
 Spes tamen obscenas animo dimittere non est
 Ausa suo vigilans: placida resoluta quiete
 Sape videt quod amat, visa est quoq; iungere fratri
 Corpus, & erubuit, quamuis sopita iaceret.
 Somnus abit, silet illa diu, repetitq; quietis
 Ipsa suae speciem, dubia ita mente profatur:
 Me miseram, tacita quid vult sibi noctis imago?
 Quàm nolim rata sit, cur hæc ego somnia vidi?
 Ille quidem est oculis quamuis formosus iniquis,
 Et placet, & possim, si non sit frater, amari,
 Et me dignus erat: verùm nocet esse sororem.
 Dummodo tale nihil vigilans committere tentem,
 Sape licet simili redeat sub imagine somnus.
 Testis abest somno, nec abest imitatio voluptas.
 Prò Venus, & tenera volucer cum matre Cupido,
 Gaudia quantatuli? quàm me manifesta libido
 Contigit? vt iacui totis resoluta medullis?
 * Vt meminisse iuuat? quamuis brevis illa voluptas, * Quàm
 Noxq; fuit præceps, & ceptis inuida nostris,
 O ego si liceat mutato nomine iungi,
 Quàm benè Caune tuo poteram nurus esse parenti.
 Quàm benè Caune meo poteras gener esse parenti.
 Omnia Dii facerent, essent communia nobis,

Præter

Præter auos, tu me vellem generosior esses.
 Nescio quam facies igitur pulcherrime matrem.
 Hei mihi, quæ malè sum, quos tu sortita parentes.
 Nil nisi frater eris: quod obest, id habebimus vnum.
 Quid mihi significant ergo me a visa? quod autem
 Somnia pondus habent? an habent & somnia pondus?
 Dii melius, Dii nempe suas habuere sorores.
 Sic Saturnus Opim iunctam sibi sanguine duxit,
 Oceanus Tethyn, Iunonem rector Olympi.
 Sunt superis sua iura. quid ad cœlestia ritus
 Exigere humanos, diuersaq; fœdera tento?
 Aut nostro vetitus de corde fugabitur ardor:
 Aut hoc si nequeo, peream precor ipsa, toroq;
 Mortua componar. positaq; det oscula frater:
 Et tamen arbitrium quærit res ista duorum.
 Finge placere mihi, scelus esse videbitur illi.
 At non Aeolidae thalamos timuere sororum.
 Vnde sed hos noui? cur hæc exempla parauit?
 Quò feror? obscœna procul hinc discedite flammæ,
 Nec nisi quæ fas est, germana frater ametur.
 Si tamen ipse mei captus prior esset amore,
 Forsitan illius possem indulgere furori.
 Ergo ego, quæ fueram non reiectura petentem,
 Ipsa petam? poterisne loqui? poterisne fateri?
 Coget amor, potero. vel si pudor ora tenebit,
 Littera celatos arcana fatebitur ignes.
 Hoc placet. hæc dubiam vicit sententia mentem.
 In latus erigitur, cubitoq; innixa sinistro
 Viderit, insanos, inquit, fateamur amores.

J

Hei

Quam

Hei mihi quò labor? quem mens mea concipit ignem?
 Et meditata manu componit verba trementi.
 Dextra tenet ferrum, vacuam tenet altera ceram.
 Incipit, & dubitat, scribit, damnatq; tabellas.
 Et notat, & delet, mutat, culpatq; probatq;
 Inq; vicem sumptas ponit, positasq; resumit.
 Quid velit, ignorat: quicquid factura videtur,
 Displicet. in vultu est audacia mista pudori.
 Scripta soror fuerat, visum est delere sororem,
 Verbaq; correptis incidere talia ceris:
 Quam, nisi tu dederis, non est habitura salutem,
 Hanc tibi mittit amans. puget ah, pudet edere nomē,
 Et si quid cupiam, queris, sine nomine vellem
 Possset agi mea caussa meo, nec cognita Byblis
 Antè forem, quàm spes votorum certa fuisset.
 Esse quidem lasi poterat tibi pectoris index,
 Et color, & macies, & vultus, & humida sepe
 Lumina, nec caussa suspiria mota patienti,
 Et crebri amplexus, & quæ si fortè notasti,
 Oscula sentiri non esse sororia possent.
 Ipsa tamen, quamuis animi graue vulnus habebam,
 Quamuis intus erat furor igneus, omnia feci,
 (Sunt mihi Dii testes) vt tandem sanior essem.
 Pugnauiq; diu violenta Cupidinis arma
 Effugere infelix, & plu/quam ferre puellam
 Posse putes, ego dura tuli, superata fateri
 Cogor, opemq; tuam timidus exposcere votis.
 Tu seruare potes, tu perdere solus amantem.
 Elige vtrum facias. non hos inimica precatur.

Sed

Sed quæ cum tibi sit iunctissima, iunctior esse
 Expetit, & vinclo tecum propiore ligari.
 Iura senes norint, & quid liceatq³, nefasq³,
 Fasq³, sit inquirant, legumq³, examina seruent.
 Conueniens Venus est annis temeraria nostris,
 Quid liceat nescimus adhuc: & cuncta licere
 Credimus, & sequimur magnorum exempla Deorū.
 Nec nos aut durus pater, aut reuerentia fama,
 Aut timor impediet, tantum absit caussa timendi,
 Dulcia fraterno sub nomine furta tegemus.
 Est mihi libertas tecum secreta loquendi,
 Et damus amplexus, & iungimus oscula coram.
 Quantum est quod desit? miserere fatentis amorem;
 Et non fassura, nisi cogeret vltimus ardor.
 Neue merere meo subscribi caussa sepulchro.
 Talia nequicquam perarantem plena reliquit
 Cera manum, summoq³, in margine versus adhasit.
 Protinus impressa signat sua crimina gemma,
 Quam tinxit lacrymis, linguæ defecerat humor,
 Deq³, suis vnum famulis pudibunda vocauit,
 Et paulum blandita, ser has fidiſſime nostro
 Dixit, & adiecit (longo poſt tempore) fratri:
 Cum daret, elapſa manibus cecidere tabella.
 Omne turbata eſt, miſit tamen: apta miſter
 Tempora naſtus adit, traditq³, latentia verba.
 Attonitus ſubita iuuenis Meandrius ira
 Projicit acceptas, lecta ſibi parte, tabellas.
 Vixq³, manus retinens trepidantis ab ore miniſtri,
 Dum licet, o vetita ſcelerata libidinis auctor

Effuge, ait: qui si nostrum tua fata pudorem
 Non traherent tecum, pœnas mihi morte dedisses.
 Ille fuit pauidus, dominaq; ferocia Cauni
 Dicta refert. palles audita Bybli repulsa,
 Et paucet obsessum glaciali frigore corpus.
 Mens tamen vt redijt, pariter rediere furores,
 Linguaq; vix tales ic̃to dedit aëre voces:
 Et merito: quid enim temeraria vulneris huius
 Indicium feci? quid quæ celanda fuerunt
 Tam citò commissi properatis verba tabellis?
 Antè erat ambiguus animi sententia dictis
 Pratentanda mihi, ne non sequerentur euntem:
 Parte aliqua, veli qualis foret aura notare
 Debueram, tutoq; mari decurrere: quæ nunc
 Non exploratis impleuit linthea ventis.
 Nunc feror in scopulos igitur, submersaq; toto
 Obruor Oceano, nec habent mea vela recursus.
 Quid quòd & ominibus certis prohibebear amorì
 Indulgere meo, tunc cùm mihi ferre iubenti
 Excidit, & fecit spes nostras cera caducas?
 Nónne vel illa dies fuerat? vel tota voluptas?
 Sed potius mutanda dies? Deus ipse monebat,
 Signaq; certa dabat, si non malè sana fuisssem.
 Et tamen ipsa loqui, nec me committere cera
 Debueram, præsensq; meos aperire furores.
 Vidisset lacrymas, vultus vidisset amantis.
 Plura loqui poteram, quàm quæ cepere tabella.
 Inuito potui circundare brachia collo,
 Et si reijcerer, potui moritura videri,

Ample-

Amplectiq³, pedes, affusaq³, poscere vitam.
 Omnia fecissem, quorum si singula duram
 Flectere non poterant, potuissent omnia mentem.
 Forsitan & missi sit quadam culpa ministri.
 Non adiit aptè, nec legit idonea, credo,
 Tempora, nec petijt horamq³, animumq³, vacantem,
 Hac nocuere mihi. neq³, enim de tigride natus,
 Nec rigidos silices, solidum mœ in pectore ferrum
 Aut adamantina geret, nec lac bibit ille, leæna.
 Vincetur, repetendus erit, nec tadia cœpti
 Vlla mei capiam, dum spiritus iste manebit.
 Nam primum, si facta mihi reuocare liceret,
 Non cœpisse fuit: cœpta expugnare, secundum est.
 Quippe nec ille potest, vt iam mea vota relinquam,
 Non tamen ausorum semper memor esse meorum.
 Et quia desierim, leuiter voluisse videbor,
 Aut etiam tentasse illum, insidijsq³, petisse:
 Vel certè non hoc, qui pluribus vrget, & vrit
 Pectora nostra, Deo, sed victa libidine credar:
 Deniq³, iam nequeo nil commisisse nefandum.
 Et scripsi, & petij, temerata est nostra voluntas.
 Vt nil adijciam, non possum innoxia dici.
 Quod superest, multũ est in vota, in crimina paruum.
 Dixit, & incerta tanta est discordia mentis,
 * Dum pigeat tentasse, libet tentare, modumq³,
 Exit, & infelix committit saepe repelli.

* Cãm


FAB. VIII. ARGVMENTVM.

Byblis in fratrem Caunum mirifico amo-
 re inflammata, cùm animaduerneret literas,

y 3

quas

quas ad ipsum dederat, nihil effecisse, libidine detestabili indies magis magisque adaucta & incensa, propositum suum urget, & germanum ad incestum amorem allicere haudquaquam cessat. Caunus autem honestatis amans, ne tam horrendum perpetraret facinus, à patria profugus euasit. cuius vestigia soror dum sequitur, multas nationes peruagata, tandem in Cariam venit, ibique assiduo mœrore & fletu defatigata, in fontem delicuit.



Mox ubi finis abest, patriam fugit ille, nefasq;
Inq; peregrina ponit noua mœnia terra.
Tum verò mœstam tota Miletida mente
Defecisse ferunt, tum verò à pectore vestem
Diripuit, planxitq; suos furibunda lacertos.
Iamq; palam est domens, inconcessamq; satetur

Spem

Spem Veneris, sine qua patriam, inuisosq; penates
 Descriit, & profugi sequitur vestigia fratris.
 Utq; tuo mota proles Semeleia Thyrsos
 Ismaria celebrant repetita triennia Bacchæ.
 Byblida non aliter latos vlulasse per agros
 Bubasides videre nurus, quibus illa relictis
 Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamq; pererrat,
 Iam Crago, & Lymiren, Xanthiq; reliquerat vndas,
 Quoque Chimæra* iugum, medijs in partibus ignem. * iugo
 Pectus, & ora leæ, caudam serpentis habebat.
 Deficiunt sylva, cum tu lassata sequendo
 Concidis, & dura positis tellure capillis
 Bybliaces, frondesq; tuo premis ore caducas.
 Sape illam nymphæ teneris Lelegeides vlnis
 Tollere conantur, saepe ut medeatur amor
 Precipiunt, surdaq; adhibent solatia menti.
 Muta iacet, viridesq; suis tenet vnguibus herbas
 Byblis, & humectat lachrymarum gramina riuo.
 Naiadas his venam, quæ nunquam arefcere posset,
 Supposuisse ferunt: quid enim dare maius habebant?
 Protinus, ut secto piceæ de cortice gutta,
 Utue tenax grauida manat tellure bitumen,
 Utq; sub aduentum spirantis lene Fauoni
 Sole remollescit, quæ frigore constitit vnda,
 Sic lachrymis consumpta suis Phœbeia Byblis
 Vertitur in fontem, qui nunc quoq; vallibus illis
 Nomen habet domine, nigraq; sub ilice manat.

Biblis in
fontem.


FAB. IX. ARGUMENTVM.

Phæstos oppidum est in insula Creta vbi

y 4

Lycus

Lyctus generosi animi ac præstantis fidei homo degens,
 ab vxore sua Telethusa iam grauida & partui vicina, pe-
 tijt, vt si puellam pareret, eam statim interficeret, sin pue-
 rum, sobolem patriæ conseruaret. Cumq; ambo con-
 iuges pro futuro casu dedissent lachrymas, mater filiam
 enixa, manus ei afferre violentas non potuit: Isis autem
 Dea lugenti puerperæ adfuit, & ipsa infantem (patre filij
 opinione decepto) pro puero enutriuit.



*Fama noui centum Cretaas forsit an vrbes
 Implesset monstri, si non miracula nuper
 Iphide mutato Crete propiora tulisset.
 Proxima Gnostiaco nam quondam Phestia regno
 Progeniuit tellus ignotum nomine Lyctum
 Ingenua de plebe virum, nec census in illo*

Nobili-

*Nobili
 Inculp
 Vocib
 Que v
 Vtq; m
 Et vire
 Editaj
 (Inuit
 Dixera
 Tam q
 Sed ta
 Sollici
 Certa
 Vexer
 Cum n
 Inache
 Aut st
 Cornu
 Et reg
 Sancta
 Quig;
 Sistrac
 Plena
 Tum v
 Sic aff
 Pone g
 Nec da
 Toller
 Exora*

Nobilitate sua maior, sed vita, fidesq;
 Inculcata fuit, grauida qui coniugis aures
 Vocibus his monuit, cum iam propè partus adesset:
 Quæ voueam duo sunt, minimo vt releuere dolore,
 Vtq; marem parias. onerosior altera fors est,
 Et vires fortuna negat, quod abominor. ergo
 Edita fortè tuo fuerit si fœmina partu
 (Inuitus mando, pietas ignosce) necetur.
 Dixerat, & lachrymis vultum lauère profusis,
 Tam qui mandabat, quàm cui mandata dabantur.
 Sed tamen vsq; suum vanis Telethusa maritum
 Sollicitat precibus, ne spem sibi ponat in arcto.
 Certa sua est Lycto sententia. iamq; ferendo
 Vexerat illa grauem maturo pondere ventrem,
 Cum medio noctis spacio sub imagine somni
 Inachis ante torum pompa comitata sacrorum
 Aut stetit, aut visa est: inerant lunaria fronti
 Cornua, cum spicis nitido flauentibus auro,
 Et regale decus, cum qua latrator Anubis,
 Sanctaq; Bubastis, varijsq; coloribus Apis,
 Quiq; premit vocem, digitoq; silentia suadet:
 Sistraq; erant, nunquamq; satis quesitus Osiris,
 Plenag; somniferis serpens peregrina venenis.
 Tum velut excussam somno, & manifesta videntem
 Sic affata Dea est: Pars ô Telethusa mearum
 Pone graues curas, mandataq; falle mariti.
 Nec dubita, cum te partu Lucina leuauit,
 Tollere quicquid erit, Dea sum auxiliaris, opemq;
 Exorata fero, nec te coluisse querêris

Y 5

Ingra-

*Ingratum numen. monuit, thalamoq; recessit.
 Lata toro surgit, durasq; ad sidera supplex
 Cressa manus tollens, rata sint sua visa precatur.
 Vt dolor increuit, seq; ipsum pondus in auras
 Expulit, & nata est ignaro femina patri.
 Iussit ali mater puerum mentita, fidemq;
 Res habuit: neq; erat facti nisi conscia nutrix.
 Vota pater soluit, nomenq; imponit auitum.
 Iphis auus fuerat, gauisa est nomine mater.
 Quod commune foret, nec quenquam falleret illo.
 Impercepta pia mendacia fraude latebant.
 Cultus erat pueri: facies, quam siue puella,
 Siue dares puero, fierent formosus vterq;.*

FAB. X. ARGVMENTVM.


Cum Iphis puella iam ad maturam peruenisset ætatem, parens eam falsus à coniuge, marem existimans, virginem formosissimam ex Teleste genitam ipsi despondit. Varijs autem animi fluctibus, cum æstuarer Iphis mater, valdeq; metueret, ne Iphis puella cum infamia reperiretur, Dea Isis rursus auxilio Telethusæ rebus deploratis adfuit, & instantibus iam nuptijs, vt matrimonium fieret legitimum, Iphin puellam in puerum transfigurauit.

*Tertius interea decimo successerat annus,
 Cum pater Iphi tibi flauam despondet Ianthem.
 Inter Pheftiadas que laudatissima formæ
 Dote fuit virgo, Diotæo nata Teleste.
 Par ætas, par forma fuit, primasq; magistris*

Acce-



Accepe
 Hinc
 Vulnu
 Coniu
 Quem
 Iphis a
 Hoc ip
 Vixq;
 Cogni
 Cura
 Perdes
 Natu
 Nec v
 Vrit e



Accipere artes elementa ætatis ab iisdem.
 Hinc amor amborum tetigit rude pectus, & æquum
 Vultus utriq; dedit: fœderat fiducia dispar.
 Coniugium, pactæq; expectant tempora tædæ,
 Quemq; virum putat esse, suum fore credit Ianthæ.
 Iphis amat: quo posse frui desperat, & auget
 Hoc ipsum flammæ, ardetq; in virgine virgo.
 Vixq; tenet lachrymas, Quis me manet exitus? inq;
 Cognita quàm nulli, quàm prodigiosa, nouæq;
 Cura tenet Veneris? si Dî mihi parcere vellent.
 Perdere debuerant: si non & perdere vellent,
 Naturale malum saltem, & de more dedissent.
 Nec vaccam vacca, nec equas amor vrit equarum.
 Vrit oves aries, sequitur sua fœmina ceruum.

Sic

Sic & aues coeunt : interq³ animalia cuncta
 Fœmina fœmineo correpta cupidine nulla est.
 Vellem nulla forem. ne non tamen omnia Crete
 Monstra ferat, taurum dilexit filia Solis,
 Fœmina nempe marem, meus est furiosior illo,
 Si verum profitemur, amor. tamen illa secuta est
 Spem Veneris, tamen illa dolis, & imagine vacca
 Passa bouem est, & erat, qui deciperetur, adulter.
 Huc licet ex toto solertia confluat orbe,
 Ipse licet reuolet ceratis Dædalus alis,
 Quid faciet? num me puerum de virgine doctis
 Artibus efficiet? num te mutabit Ianthe?
 Quin animum firmas? teq³ ipsa colligis Iphi?
 Consiliq³ inopes, & stultos excutis ignes?
 Quid sis nata, vides, nisi te quoq³ decipis ipsam.
 Et pete quod fas est, & ama, quod fœmina debes.
 Spes est quæ captat, spes est quæ pascat amantem.
 Hanc tibi res adimit, non te custodia charo
 Arcet ab amplexu, nec cauti cura * mariti,
 Non patris asperitas, nec se negat ipsa roganti.
 Nec tamen est potiunda tibi. nec vt omnia fiant,
 Esse potes felix, vt Dijq³, hominesq³ laborent.
 Nunc quoq³ votorum pars nulla est vana meorum,
 Dijq³ mihi faciles quicquid valuere, dederunt,
 Quod volo, vult genitor, socer & vult ipse futurus:
 At non vult natura, potentior omnibus istis,
 Quæ mihi sola nocet, venit ecce optabile tempus,
 Luxq³ iugalis adest, & iam mea fiet Ianthe,
 Nec mihi continget. medijs sitiemus in vndis.

* magistri

Prona-

Pronuba quid Iuno? quid ad hæc Hymenæe venitis
 Sacra, quibus qui ducat abest, vbi nubimus ambæ.
 Presit ab his vocem, nec lenius altera virgo
 Aestuat, vtq; celerrimè venias Hymenæe precatur. (fert,
 Quod petit hæc, Telethusa timens modò tempora dis-
 Nunc ficto languore, moram trahit, omnia sepe
 Visaq; causatur: sed iam consumpserat omnem
 Materiam ficti, dilataq; tempora tæde
 Institerant, vnusq; dies restabat, at illa
 Crinalem capiti vittam nataq; sibiq;
 Detrahit, & passis aram complexa capillis,
 Ipsi Parætonium, Mareoticæq; arua, Pharong;
 Quæ colis, & septem digestum in cornua Nilum,
 Fer precor (inquit) opem, nostroq; medere timori.
 Te Dea, te quondam, tuæq; hæc insignia vidi,
 Cunctaq; cognoui, sonitum, comitesq; facesq;
 Sistrorum, memoriq; animo tua iussa notavi.
 Quod videt hæc lucem, quod non ego punior ipsa,
 Consilium, monitumq; tuum est, miserere duarum,
 Auxilioq; iuua. lacrymæ sunt verba secuta.
 Visa Dea est mouisse suas, & mouerat, aras:
 Et templi tremuere fores, imitataq; Lunam
 Cornua fulserunt, crepuitq; sonabile sistrum.
 Non securæ quidem, fausto tamen omine lata
 Mater abit templo, sequitur comes Iphis euntem,
 Quàm solita est maiore gradu, nec candor in ore
 Permanet, & vires augentur, & acrior ipse est
 Vultus, & incomptis breuior mensura capillis.
 Plusq; vigoris adest, habuit quàm sæmina: nam quæ

Ihs.

Iphis in ma-
sculum.

Femi-

agistri

Fœmina nuper eras, puer es, date munera templis,
 Nec timida gaudete fide, dant munera templis,
 Addunt & titulum, titulus breue carmen habebat.
 *Vota puer soluit, quæ sœmina nouerat Iphis.
 Postera lux radijs *totum patefecerat orbem,
 Cum Venus, & Iuno, sociusq; Hymeneus ad ignes
 Conueniunt, potiturq; sua puer Iphis Ianthe.

* Dona
 * latum

P. OVIDII NASO-
 NIS METAMORPHO-
 seon Liber X.

FAB. I. ARGVMENTVM.

Orpheus Apollinis & Calliopes (vel, vt alij volunt, Oeagri fluij, & Polymnia Musæ) filius, Eurydicen in matrimonium duxerat, cum qua infausto omine coniunctus, & si vitam aliquandiu tranquillam, &, vt sibi videbatur, beatam ageret, breui tamen fœdus coniugij morte Eurydices dissolutum est. ea enim cum aliquandiu associata Nymphis, per prata ambulare, floresq; colligeret selectissimos, istu serpentis in plantam infixio, ex hac mortali vita ad inferos emigravit.

INde per immensum croceo velatus amictu
 Aethera digreditur, Ciconumq; Hymeneus ad ora
 Tendit, & Orpheia nequicquam voce vocatur.
 Affuit ille quidem, sed nec solennia verba,
 Nec lætos vultus, nec felix attulit omen.

FAX



*Fax quoq, quam tenuit, lacrymoso stridula fumo
Vsq, fuit, nullosq, inuenit moribus ignes.
Exitus auspicio grauior. nam nupta per herbas
Dum noua Naiadum turba comitata vagatur,
Occidit in talum serpentis dente recepto.*


FAB. II. ARGVMENTVM.

Eurydice mortua, tantum dolorem Orpheo marito attulit, vt eam non solum acerbissimis defleret lacrymis, sed & arte sua ludendi cithara confusus, ad inferos descenderet. Quo cum peruenisset, Plutonium & Proserpinam citharæ adeo suauitate demulsit, vt vxorem ab ijs reciperet, ea tamen lege, ne illam prius quam ad superos reuersus esset, intueretur. Orpheus autem dubitans, vtrum

YXOF

vxor eum sequeretur, respexit: statim igitur à
Plutone ad inferos Eurydice reuocata, mari-
tum in maximis animi cruciatibus reliquit.

*Quam satis ad superas postquam Rhodopeius auras
Desleuit vates, ne non tentaret & vmbas,
Ad Styga Tanaria est ausus descendere porta.
Perq; leues populos, simulacraq; functa sepulchro
Persephonen adiit, in amœnag; regna tenentem
Vmbrarum dominum, pulsissq; ad carmina neruis*



*Sic ait: o positi sub terra numina mundi,
In quem decidimus quicquid mortale creamur.
Si licet, & falsi positis ambagibus oris,
Vera loqui sinitis, non huc, vt opaca viderem
Tartara descendi, nec vti villosa colubris*

Terna

Terna Medusæ vincirem guttura monstri:
 Causa viæ est coniux, in quam calcata venenum
 Vipera diffudit, crescentesq; abstulit annos.
 Posse pati volui, nec me tentasse negabo.
 Vicit amor, supera Deus hîc benè notus in ora est.
 An sit & hîc, dubito: sed & hîc tamen auguror esse:
 Famaq; si veteris non est mentita rapina, (ris,
 Vos quoq; iunxit amor. per ego hæc loca plena timo-
 Per Chaos hoc ingens, vastiq; silentia regni,
 Eurydices oro properata retexite fata.
 Omnia debentur vobis: paulumq; morati.
 Serius, aut citius sedem properamus * ad vnam. * imane
 Tendimus huc omnes, hæc est domus vltima, vosq;
 Humani generis longissima regna tenetis.
 Hæc quoq; cum * iustos natura peregerit annos * iustos
 Iuris erit vestri: pro munere poscimus vsum.
 Quod si fata negant veniam pro coniuge, certum est
 Nolle redire mihi: leto gaudete duorum.
 Talia dicentem, neruosq; ad verba mouentem,
 Exangues flebant anima, nec Tantalus vnam
 Captauit refugam, stupuitq; Ixionis orbis.
 Nec carpere iecur volucres, vrnisq; vacarunt
 Belides, inq; tuo sedisti Sisyphæ saxo.
 Tum primum lacrymis victarum carmine fama est
 Eumenidum maduisse genas, nec regia coniux
 Sustinet oranti, nec qui regit ima, negare.
 Eurydicenq; vocant: vmbras erat illa recentes
 Inter, & incessit passu de vulnere tardo.
 Hanc simul, & legem Rhodopeius accipit Orpheus,

2

Ne

Ne flectat retrò sua lumina, donec Auernas
 Exierit valles: aut irrita dona futura.
 Carpitur accliuus per muta silentia trames
 Arduus, obscurus, caligine densus opaca.
 Nec procul absfuerant telluris margine summa:
 Hic ne deficeret metuens, auidusq₃ videndi
 Flexit amans oculos, & protinus illa relapsa est:
 Brachiaq₃ intendens prendiq₃, & prendere captans,
 Nil nisi cedentes infelix arripit auras.
 Iamq₃ iterum moriens, non est de coniuge quicquam
 Quaestus suo. quid enim nisi se quereretur amatam?
 Supremumq₃ vate, quod iam vix auribus ille
 Acciperet, dixit: reuocataq₃ rursus eòdem est.
 Non aliter stupuit gemina nece coniugis Orpheus,
 Quàm tria qui timidus medio portante catenas
 Colla canis vidit, quem non pauor antè reliquit,
 Quàm natura prior, saxo per corpus oborto:
 Quiq₃ in se traxit crimen, voluitq₃ videri
 Olenus esse nocens: tuq₃ ò confusa figura
 Infelix Lethæa tua, iunctissima quondam
 Corpora, nunc lapides, quos humida sustinet Ide.
 Orantem, frustra q₃ iterum transire volentem
 Portitor arguerat: septem tamen ille diebus
 Squallidus in ripa Cereris sine munere sedit,
 Cura, dolorq₃ animi, lacrymeq₃, alimenta fuere.
 Esse Deos Erebi crudeles questus, in altam
 Se recipit Rhodopen, pulsūq₃ Aquilonibus Aemum.

FAB.

Olenus &
 Lethæa in
 lapides.

FAB. III. ARGVMENTVM.

Orpheus de vxore sua recuperanda planè desperans, à consuetudine mulierum abstinuit, nec vllam cum ijs rem in posterum habuisse creditur. Deinde se in montem Thraciæ contulit. ibi dulcedine ac suauitate cantus omne penè ferarum genus, atque aded cunctas fermè arbores ac plantas demulsit, & ad sese allexit. Inter quas & pinus Cybeles arbor erat, in quam Atys olim puer eximia pulchritudine fuit commutatus.



enus &
hæa in
ides.

*Textius equoreis inclusunt piscibus annum
Finierat Titan, omnemq; refugerat Orpheus
Femineam Venerem, seu quod male cesserat illi,
Sine fidem dederat: multas tamen ardor habebat
lungere sevari, multæ doluere repulsa.*

Orpheus.

2 2

Ille

Ille etiam Thracum populis fuit autor, amorem
In teneros transferre mares, citraq; iuuentam
Aetatis breue ver, & primos carpere flores.

Collis erat, collemq; super planissima campi
Area, quam viridem faciebant graminis herbae.
Vmbra loco deerat, qua postquam parte resedit
Dys genitus vates, & fila sonantia mouit,
Vmbra loco venit, non Chaonis absuit arbor,
Non nemus Heliadum, non frondibus aesculus altis,
Nec tilia molles, nec fagus, & innuba laurus,
Et coryli fragiles, & fraxinus utilis hastis,
Enodisq; abies, curuataq; glandibus ilex,
Et platanus * genialis, acerq; coloribus impar,
Amnicolaq; simul salices, & aquatica lotos,
Perpetuoq; virens buxus, tenuesq; myrica,
Et bicolor myrtus, & baccis cerula ficus.
Vos quoq; * flexibiles edera venistis, & vnâ
Pampineavites, & amicta vitibus vlni,
Orniq; & picea, pomoq; onerata rubenti
Arbutus, & lenta victoris premia palma,
Et succincta comas, hirsutaq; vertice pinus
Grata Deum matri: siquidem Cybeleius Atys
Exiit hac hominem, truncoq; induruit illo.

FAB. II. ARGVMENTVM.

Cyparissus Amyclæi filius, ex insula Cæa
oriundus, vehementer ab Apolline dilectus,
ceruum auro gemmisq; ornatum, Nymphis
sacrum & sibi maximopere charum, per im-
prudenciam sagitta transfixit, cuius morte
dein-

Atys in pi-
num.

* genialis

* flexipe-
des

deinceps tantis doloribus est affectus, vt sibimet manus inferre violentas conaretur. Hunc autem Apollo ex imminenti periculo liberans, medijs hærentem cruciatibus in arborem cupressum transmoutauit.



Affuit huic turbæ metas imitata cupressus,
Nunc arbor, puer antè Deo dilectus ab illo,
Qui citharam neruis, & neruis temperat arcum.
Nanq, sacer Nymphis Carthea tenentibus arua
Ingens ceruus erat, lateq, patentibus altis
Ipse suo capiti præbebat cornibus umbras:
Cornua fulgebant auro, demissaq, in amos
Pendebant tereti *gemmata monilia collo.
Bulla super frontem paruis argentea loris
Vineta mouebatur, pariliq, atate nitebant

Cyparissus
in cupressum.

*demissa

Auribus è geminis, circum caua tempora, bacca.
 Isq₃ metu vacuus, naturaliq₃ pauore
 Deposito celebrare domos, mulcendaq₃ colla
 Quamlibet ignotis manibus præbere solebat.
 Sed tamen ante alios Cæa pulcherrime gentis
 Gratus erat Cyparisse tibi, tu pabula ceruum
 Ad noua, tu liquidi ducebas fontis ad vndas,
 Tu modò texebas varios per cornua flores,
 Nunc eques in tergo residens huc latus, & illhuc
 Mollia purpureis franabas ora capistris.
 Aestus erat, mediusq₃ dies, solisq₃ vapore
 Concaua littorei seruebant brachia Cancri.
 Fessus in herbose posuit sua corpora terra
 Ceruus, & arborea frigus ducebat ab vmbra.
 Hunc puer imprudens iaculo Cyparissus acuto
 Fixit, & vt sauo morientem vulnere vidit,
 Velle mori statuit: quæ non solatia Phæbus
 Dixit? & vt leuiter, pro materiaq₃ doleteret,
 Admonuit: genuit ille tamen, munusq₃ supremum
 Hoc petit à superis, vt tempore lugeat omni.
 Iamq₃ per immensos egesto sanguine fletus
 In viridem verti cæperunt membra colorem.
 Et modò qui niuea pendebant fronte capilli,
 Horrida casaries fieri, sumptroq₃ rigore
 Sidereum gracili spectare cacumine cælum.
 Ingemuit, tristisq₃ Deus lugebere nobis,
 Lugebisq₃ alios, aderisq₃ dolentibus, inquit.

Cyparissus
 in arborē.

F A B. V. A R G V M E N T V M.
 Ganymedes filius Trois regis puer erat exi-
 mia

mia facie, & admiranda corporis formositate præditus, quem Iupiter tanto est amore prosecutus, vt ipse in aquilæ formam transmutatus, puerum ad sese in cœlos veheret, mensæq; suæ præficeret, vt eius minister ac pincerna foret. In illum verò Iouis vxor Iuno, tanquam impatiens socij, summa inuidia & offensione fuit commota.



Tale nemus vates attraxerat, inq; ferarum
 Consilio, medius * turba volucrumq; sedebat.
 Vt satis impulsas tentauit pollice chordas,
 Et sensit varios, quamuis diuersa sonarent,
 Concordare modos, hoc vocem carmine mouit.
 Ab Ioue musa parens (cedunt Iouis omnia regno)
 Carmina nostra moue, Iouis est mihi sæpe potestas
 Dicta: prius cecini plectro grauiore Gigantes,

Iupiter in
 aquilam.
 * turba

℥ 4

Spar-

*Sparsaq; Phlegraeis victricia *fulgura campū,*
Nunc opus est leniore lyra, puerosq; canamus,
Dilectos superis, inconcessisq; puellas
Ignibus attonitas meruisse libidine pœnam.
Rex superūm Phrygi quondam Ganymedis amore
Arfit, & inuentum est aliquid, quod Iuppiter esse
Quàm quod erat mallet. nulla tamen alite verti
Dignatur, nisi quæ portat sua fulmina terra.
Nec mora, percusso mendacibus aëre pennis
Arripit Iliaden, qui nunc quoq; pocula miscet,
Inuitaq; Ioui nectar Iunone ministrat.

*prælia

 Iouis amor
 & raptus
 Ganyme-
 dis.

FAB. VI. ARGVMENTVM.

Hyacinthus Amyclæ & Diomedis filius, ab
 Apolline dilectus, cum per iocum & impruden-
 tiam cum ipso in certamen disci descenderet,
 pondus à Phœbo altius iactum, prius haud ac-
 cipere valuit iuuenis, quàm in caput eius ma-
 gno cum impetu decideret: Quo ictu in ter-
 ram subito prostratus, nullum prorsus admi-
 nit remedium, quod vulnus curare, ipsumq; re-
 ficere posset. Hyacintho igitur sic moriente,
 cruor emanans, ab eodem Apolline in florem
 eiusdem nominis est conuersus.

Te quoq; Amyclide posuisset in æthere Phœbus,
Tristia si spaciū ponendi fata dedissent.
Quà licet æternus tamen es, quotiesq; repellit
Ver hyemem, Pisciq; Aries succedit aquoso,
Tu toties oreris, viridiq; in cespite flores.
*Te meus ante *omnes genitor dilexit, & orbe*
In medio positi caruerunt præside Delphi.

 Hyacinthus
 in florem

* alios

Dum



Dum Deus Eurotam, immunitamq, frequentat
 Sparten, nec cithara, nec sunt in honore sagittæ.
 Immemor ipse sui non retia ferre recusat,
 Non tenuisse canes, non per iuga montis iniqui
 Ire comes, longaq, alit assuetudine flammæ.
 Iamq, ferè medius Titan venientis, & actæ
 Noctis erat: spaciog, pari distabat vtring,
 Corpora veste leuant, & succo pinguis oliuæ
 Splendescunt, latiꝑ, ineunt certamina disci.
 Quem prius aërias libratum Phæbus in auras
 Misit, & oppositas disiecit pondere nubes.
 Decidit in solidam longo post tempore terram
 Pondus, & exhibuit iunctam cum viribus artem.
 Protinus imprudens, actusq, cupidine lusus

2 5

Tollere

Tollere Tanarides orbem properabat : at illum
 Dura percusso subiecit in aëre tellus
 In vultus Hyacinthe tuos. expalluit aequè,
 Quàm puer ipse Deus, collapsosq; excipit artus,
 Et modò te refouet, modò tristia vulnera siccant,
 Nunc animam ad motis fugientem sustinet herbis.
 Nil profunt artes, erat immedicabile vulnus.
 Ut si quis violas, riguoq; papauera in horto,
 Liliag; infringat, fuluis herentia * virgis,
 Marcida demittant subito caput illa grauatum,
 Nec se sustineant, spectentq; cacumine terram :
 Sic vultus moriens iacet, & defecta vigore,
 Ipsa sibi est oneri ceruix, humeroq; recumbit.
 Laberis Oebalide prima fraudata iuuenta,
 Phœbus ait, videoq; tuum mea crimina vulnus.
 Tu dolor es, facinusq; meum, mea dextera leto
 Inscribenda tuo est, ego sum tibi funeris autor.
 Quæ mea culpa tamen ? nisi * si luisse, vocari
 Culpa potest ? nisi culpa potest, & amasse, vocari :
 Atq; utinam pro te vitam, tecumq; liceret
 Reddere : quod quoniam fatali lege tenemur,
 Semper eris mecum, memoriq; herebis in ore.
 Telyra pulsa manu, te carmina nostra sonabunt,
 Flosq; nouus scripto gemitus imitabere nostros.
 Tempus & illud erit, quo se fortissimus heros
 Addat in hunc florem, folioq; legatur eodem.
 Talia dum vero memorantur Apollinis ore,
 Ecce cruor, qui fusus humi signauerat herbas,
 Desinit esse cruor, Tyrioq; nitentior ostro

* linguæ,

* sic

Flos

Flos oritur, formamq; capit, quam lilia: si non
 Purpureus color his, argenteus esset in illis.
 Non satis hoc Phæbo est (is enim fuit autor honoris)
 Ipse suos gemitus folijs inscribit, & * hæhya * ai ai
 Flos habet inscriptum, funestaq; littera ducta est,
 Nec gemuisse pudet Sparten Hyacinthon, honorq;
 Durat in hoc æui: celebrandaq; more priorum
 Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.


F A B. VII. ARGVMENTVM.

Amathus oppidum in insula Cypro est,
 cuius incolæ nefaria & impia consuetudine so-
 liti sunt ad aram Iouis, quæ proxima erat Deæ
 Veneris, aduenas ac hospites obtruncare & ibi-
 dem immolare. quorum crudelitate Venus of-
 fensa, ne vel locum sedemq; mutare cogeren-
 tur, vel aliquod necis supplicium in eos sta-
 tueretur, in boues illos conuertit, quæ à ma-
 gnitudine cornuum Cerastræ à Salaminijis sunt
 nominati.

At si fortè roges sæcundam Amathuntæ metallis, Cypri inco
 le in boues.
 Angenuisse velit Propætidæ, annuat aquè
 Atq; illos, gemino quondam quibus aspera cornu
 Frons erat: vnde etiam nomen traxere Cerastræ.
 Ante fores horum stabat Iouis hospitis ara
 Lugubris, quam si quis sanguine tinctam
 Aduena vidisset, mactatos crederet illhic
 Lactantes vitulos, Amathusiacasq; bidentes.
 Hospes erat cæsus. sacris offensa nefandis
 Ipse suas vrbes, Ophiusiag; armis parabat

Defere-

Deferere alma Venus, sed quid loca grata, quid vrbes
 Peccauere mea? quod, dixit, crimen in illis?
 Exilio pœnam potius gens impia pendat,
 Vel nece, vel si quid medium est, mortisq̃, fugæq̃,
 Idq̃, quid esse potest, nisi versa pœna figura?
 Dum dubitat, quo mutet eos, ad cornua vultum
 Flexit, & admonita est hæc illis posse relinqui,
 Grandiaq̃, in toruos transformat membra iuuenços.



Sunt tamen obscurne Venerem Propœtides ausæ
 Esse negare Deam, pro qua sua numinis ira
 Corpora cum forma primæ vulgasse feruntur.
 Utq̃, pudor cecidit, sanguisq̃, induruit oris,
 In rigidum paruo filicem discrimine versa.


Propœti-
des in fili-
cem.

Quas
Viderat,
Femineæ
Vinebat,

F A B.

FAB. VIII. ARGVMENTVM.

Pygmalion rex Tyri offensus impudentia vulgari Propeetidum, quæ à Venere propter obscenitatem in lapides erant conuersæ, vitam cœlibem exigere statuit. qui cùm effigiem virginis ex ebone sculpsisset, captus specie eius pulcherrima, in amorem incidit, & petijt à Dea Venere, vt eiusmodi vxorem sibi largiretur. Venus igitur statuæ, quam in lectum ipse collocarat, eburneæ animam inspirauit. Ex hac vxore sua deinde rex Paphum filium genuit, qui in insula Cypro oppidum sui nominis extruxit.



Propeetidum
des in fili-
cem.

*Quas quia Pygmalion æuū per crimina agentes
Viderat, offensus virijs, quæ plurima menti
Femineæ natura dedit, sine coniuge cœlebs
Vinebat, thalamiq; diu consorte carebat.*

Eburnea sta-
tua in puel-
lam.

Interea

Intere à niueum mira feliciter arte
 Sculpsit ebur, formamq; dedit, qua fœmina nasci
 Nulla potest, operisq; sui concepit amorem.
 Virginis est vera facies, quam viuere credas,
 Et si non obstet reuerentia, velle moueri.
 Ars adeò latet: arte sua miratur, & haurit
 Pectore Pygmalion simulati corporis ignes.
 Sape manus operi tentantes admouet, an sit
 Corpus, an illud ebur, nec adhuc ebur esse fatetur.
 Oscula dat, reddiq; putat, loquiturq;, tenetq;
 Et credit tactis digitos insidere membris,
 Et metuit pressos veniat ne liuor in artus.
 Et modo blanditias adhibet, modo grata puellis
 Munera fert illi conchas, teretesq; lapillos,
 Et paruas volucres, & flores mille colorum,
 Lilia, perpiclasq; pilas, & ab arbore lapsas
 Heliadum lacrymas, ornat quoq; vestibus artus.
 Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo.
 Aure leues bacca, redimicula pectore pendent.
 Cuncta decent: nec nuda minus formosa videtur.
 Collocat hanc stratis concha Sidonide tinctis,
 Appellatq; tori sociam, acclinataq; colla
 Mollibus in plumis tanquam sensura reponit.
 *Festa dies Veneris, tota celeberrima Cypro
 *Venerat, & blandis induta cornibus aurum
 Conciderant icta niuea ceruice iuuenca.
 Thuraq; fumabant, cum munere functus ad aras
 Constitit, & timide, si Dii dare cuncta potestis,
 Sit coniux opto, non ausus eburnea virgo

Dcere

Dicere Py
 Sensit, vt
 Vota qu
 Flamma
 Vt redijt
 Incumber
 Admouet
 Tentatur
 Subsedet
 Cera rem
 Vertitur
 Dum stup
 Rursus an
 Corpus er
 Tum verò
 Verba, qu
 Ore suo n
 Sensit, &
 Attollens
 Coniugio
 Cornibus
 Illa Paphu

* Leta
 * Venerat
 aurat
 nata cor
 nua seri

F

Myrrh
 chreidis
 præferre
 Ceterum
 nemine
 it. Qua

Dicere Pygmalion, *similis mea dixit eburna.*
Sensit, vt ipsa suis aderat Venus aurea festis,
Vota quid illa velint, & amici numinis omen
Flamma ter accensa est apicemq; per aëra duxit.
Vt redijt, simulacra sua petit ille puella,
Incumbensq; toro dedit oscula. visa tepere est.
Admouet os iterum, manibus quoq; pectora tentat.
Tentatum mollescit ebur, positoq; rigore
Subsedit digitis, ceditq; vt Hymettia sole
Cera remollescit, tractataq; pollice multas
Vertitur in facies, ipsoq; fit vtilis vsu.
Dum stupet, & dubie gaudet, falliq; veretur,
Rursus amans, rursusq; manu sua vota retractat.
Corpus erat, saluunt tentata pollice vena.
Tum verò Paphius plenissima concipit heros
Verba, quibus Veneri grates agit, oraq; tandem
Ore suo non falsa premit, dataq; oscula virgo
Sensit, & erubuit, timidumq; ad lumina lumen
Attollens, pariter cum cælo vidit amantem.
Coniugio quod fecit, adest Dea, iamq; coactis
Cornibus in plenum nouies lunaribus orbem,
Illa Paphum genuit, de quo tenet insula nomen.

Eburneasta
 tus in virgi
 nem.


FAB. IX. ARGVMENTVM.

Myrrha Cinyræ Cypriorum regis & Cen-
 chreidis filia, iracūdia Veneris, quod mater eius
 præferretur Deæ, in patrē impio amore exarsit.
 Cæterum nullam explendi sui desiderij ratio-
 nem inueniens, vitam laqueo finire constitu-
 it. Quam in cubiculo suspensam & adhuc
 gemen-

gementem, cum nutrix audiret, & causam mortis ex ea clam quæreretur, effecturam se promisit, ut cum parente sine ullo infamiae periculo coniungi possit.

*Editus hac ille est: qui si sine prole fuisset,
Inter felices Cinyras potuisset haberi.
Dira canam, procul hinc nata, procul este parentes:
Aut mea si vestras mulcebunt carmina mentes,
Desit in hac mihi parte fides, nec credite factum:
Vel si credetis, facti quoque credite poenam.
Si tamen admissum finit hoc natura videri,
Gentibus Ismarijs, & nostro gratulor orbi.*

Myrrha
arborē sui
nominis.



*Gratulor huic terra quod abest regionibus illis,
Quae tantum genuere nefas. sit diues amomo,*

Cnina-

Cinnama
Thura fe
Dum fera
Ipse nega
Myrrha,
Stipite t
Etribus v
Hic amor
Te cupiun
Adthalar
Elige My
Illa quide
Et secum
Dij preco
Hoc proh
Sitamen
Hanc Ve
Cetera a
Ferre pa
Quasq; c
Semine c
Felices q
Cura de
Inuidia i
In quibus
Iungitur
Me miser
Fortuna
Spes inq

Cinnamag₃, costum₃ suam, sudatag₃ ligno
Thura ferat, floresq₃ * alios Panchaica tellus, * suos
Dum ferat & Myrrham: tanti noua non fuit arbor.

Myrrha
borē sui
ominis.

Ipsē negat nocuisse tibi sua tela Cupido
Myrrha, facesq₃ suas à crimine vindicat isto.
Stipite te Stygio, tumidisq₃ affluit Echidnis
Eribus vna soror: scelus est odisse parentem:
Hic amor est odio, maius scelus: vndiq₃ lecti
Te cupiunt procures, totoq₃ Oriente iuuentus
Adthalami certamen adest: ex omnibus vnum
Elige Myrrha virum, dum non sit in omnibus vnus.
Illa quidem sentit, fœdoq₃ repugnat amori.
Et secum: Quò mente feror? quid molior? inquit,
Dij precor, & pietas, sacratag₃ iura parentum,
Hoc prohibete nefas, sceleriq₃ resistite nostro,
Sitamen hoc scelus est, sed enim damnare negatur
Hanc Venerem pietas: cœuntq₃ animalia nullo
Cetera delicto: nec habetur turpe iuuenca
Ferre patrem tergo, sit equo sua filia coniux,
Quasq₃ creauit init pecudes caper: ipsaq₃ cuius
Semine concepta est, ex illo concipit ales.
Felices quibus ista licent, humana malignas
Cura dedit leges, & quod natura remittit,
Inuidia iura negant: gentes tamen esse feruntur,
In quibus & nato genitrix, & nata parenti
Iungitur, & pietas geminato crescit amore.
Me miseram, quòd non nasci mihi contigit illic,
Fortunaq₃ loci ledor, quid in ista reuoluor?
Spes interdicta discedite, dignus amari.

Myrrha de-
perit paren-
tem.

44

Ille,

Ille, sed ut pater est. ergo si filia magni
 Non essem Cinyra, Cinyra concumbere possem.
 Nunc quia iam meus est, non est meus. ipsa q₃ damno
 Est mihi proximitas: aliena potentior essem.
 Ire libet procul hinc, patria q₃ relinquere fines,
 Dum scelus effugiam: retinet malus* ardor amante,* error
 Ut praesens spectem Cinyram, tangam q₃, loquar q₃,
 Oscula q₃ admoueam, si nil conceditur ultra.
 Ultra autem sperare aliquid potes impia virgo?
 Nec* quod confundas & iura, & nomina sentis? * quos
 Tunc eris & matris pellex, & adultera patris?
 Tunc soror nati? genitrix q₃ vocabere fratris?
 Nec metues sacro crinitas angue sorores?
 Quas facibus saevis oculos atq₃ ora petentes
 Noxia corda vident? at tu dum corpore non es
 Passa nefas, animo ne concipe, neue potentis
 Concubitu vetito natura pollue foedus.
 Velle puta, res ipsa vetat. pius ille, memor q₃
 Moris, & o vellem similis furor esset in illo.
 Dixerat: at Cinyras, quem copia digna procorum
 Quid faciat dubitare facit, scitatur ab ipsa
 Nominibus dictis, cuius velit esse mariti.
 Illa filet primo, patris q₃ in vultibus haerens
 Aestuat, & tepido suffundit lumina rore.
 Virginei Cinyras haec credens esse timoris,
 Flere vetat, siccata q₃ genas, atq₃ oscula iungit.
 Myrrha datis nimium gaudet, consulta q₃ qualem
 Optet habere virum: similem tibi, dixit. at ille
 Non intellectam vocem collaudat, & esto

Tans

Tam pia semper, ait. pietatis nomine dicto,
 Demisit vultus, sceleris sibi conscia virgo.
 Noctis erat medium, curasq₃, & corpora somnus
 Soluerat: at virgo Cinyreia peruigil igne
 Carpitur indomito, furiosaq₃ vota retrahat.
 Et modò desperat, modò vult tentare, pudetq₃.
 Et cupit, & quid agat, non inuenit, utq₃, securi
 Saucia trabs ingens, ubi plaga nouissima restat,
 Quò cadat, in dubio est, omniq₃, à parte timetur,
 Sic animus * vario labefactus vulnere nutat
 Huc leuis, atq₃, illuc, momentaq₃, sumit utroq₃.
 Nec modus, & requies, nisi mors reperitur amoris:
 Mors placet: erigitur, laqueoq₃, innectere fauces
 Destinât: & zona summo de poste reuincta,
 Chare vale Cinyra, caussamq₃, intellige mortis,
 Dixit, & aptabat pallenti vincula collo.
 Murmura verborum, fidas nutricis ad aures
 Peruenisse ferunt, limen seruantis alumna.
 Surgit anus, reſeratq₃, fores, mortisq₃, paratæ
 Instrumenta videns spacio conclamat eodem,
 Seq₃, ferit, scinditq₃, sinus, ereptaq₃, collo
 Vincula dilaniat, tum deniq₃, flere * vacauit,
 Tum dare complexus, laqueiq₃, requirere caussam,
 Muta silet virgo, terramq₃, immota tuetur.
 Et deprensa dolet tarda cenamina mortis.
 Instat anus, canosq₃, suos, & inania nudans
 Vbera, per cunas, alimentaq₃, prima precatur,
 Ut sibi committat quicquid dolet: illa rogantem
 Aversata gemit, certa est exquirere nutrix,

* dubio


* vetauit

Nec solam spondere fidem. Dic, inquit, opemq;
 Me sine ferre tibi: non est mea pigra senectus.
 Seu furor est, habeo quod carmine sanet, & herbis,
 Siue aliquis nocuit, magico lustrabere ritu:
 Ira Deum siue est, sacris placabimus iram.
 Quid rear ulterius? certe fortuna, domusq;
 Sospes ab incurso est, viuunt genitrixq;, paterq;.
 Myrrha patre audito, suspiria duxit ab imo
 Pectore, nec nutrix etiamnum concipit vllum
 Mente nefas, aliquemq;, tamen presentit amorem,
 Propositiq;, tenax, quodcunq; est, orat, vt ipsi
 Indicet, & gremio lacrymantem tollit anili.
 Atq; ita complectens infirmis membra lacertis,
 Sensimus (inquit) amas, & in hoc mea (pone timorem)
 Sedulitas erit apta tibi: nec sentiet vnquam
 Hoc pater, exilijs gremio furibunda, torumq;
 Ore premens, discede precor, miseroq;, pudori
 Parce, ait, instanti discede, aut desine, dixit,
 Querere quid doleam. scelus est, quod scire laboras.
 Horret anus, tremulasq;, manus annisq;, metuq;
 Tendit, & ante pedes supplex procumbit alumna,
 Et modo blanditur, modo si non conscia fiat,
 Terret, & indicium laquei, cœptaq;, minatur
 Mortis, & officium commissio spondet amori.
 Extulit illa caput, lacrymisq;, impleuit obortis
 Pectora nutricis, conataq;, saepe fateri,
 Sape tenet vocem, pudibundaq;, vestibis ora
 Texit: & ô, dixit, felicem coniuge matrem.

F A B

FAB. X. ARGVMENTVM.

Anus Myrrhæ nutrix, singularem quandam viam excogitauit, qua patris amore filia potiri posset. Accidit autem, vt mater eius die solenni primitias offerens Cererî, à viro, ceu moris erat, secubaret. Myrrham igitur anus noctu ad parentem Cinyram in lecto cubantem (forma eius vt alienæ puellæ, multum prius laudata) introduxit. qui postquam cum ea rem habuit, lumen concubinæ inspiciendæ gratia sibi afferri iussit. filiam autem esse cernens, stricto gladio eam insecutus est, donec è manibus eius noctis præsidio elaberetur.



Hactenus, & gemuit: gelidos nutricis in artus
Ossaq, (sensit enim) penetrat tremor, albaq, toto
Vertice canicies rigidis stetit hirta capillis.

44 3

Mult-

Multaq; vt excuteret diros si posset, amores,
 Addidit. at virgo scit se non falsa moneri,
 Certa mori tamen est, si non potiatur amore.
 Viue, ait hæc, potiere tuo: non ausa parente
 Dicere, conticuit, promissaq; numine firmat.
 Festa pie Cereris celebrabant annua matres,
 Illa quibus niuea velata corpora veste
 Primitias frugum, dant spicea sæta suarum,
 Perq; nouem noctes Venerem, tactusq; viriles
 In vetitis numerant: turba Cinyreis in illa
 Regis adest coniux, arcanaq; sacra frequentat.
 Ergo legitima vacuus dum coniuge lectus
 Nacta grauem vino Cinyram male sedula nutrit
 Nomine mentito veros exponit amores,
 Et faciem laudat. quæsitis virginis annis,
 Par, ait, est Myrrha. quam postq; adducere iussa est,
 Vtq; domum redijt, gaude, mea dixit, alumna.
 Vicinus. infelix non toto pectore sensit
 Latitiam virgo, præsagaq; pectora mærent.
 Sed tamen & gaudet, tanta est discordia mentis,
 Tempus erat, quo cuncta silent, interq; Triones
 Flexerat obliquo plaustrum temone Bootes,
 Ad facinus venit illa suum. fugit aurea cælo
 Luna, tegunt nigra latitantia sidera nubes,
 Nox caret igne suo: primus tegis Icare vultus,
 Erigoneq; pio sacrata parentis amore.
 Ter pedis offensi signo est reuocata, ter omen
 Funereus bubo letali carmine fecit.
 It tamen: & tenebræ minuunt, noxq; atra pudorem,
 Nutri-

*Nutriciſq; manum leua tenet, altera motu
 Cecum iter explorat: thalami iam limina tangit,
 Iamq; fores aperit, iam ducitur intus: at illi
 Poplite ſucciduo genua intremuere, fugitq;
 Et color, & ſanguis, animuſq; reliquit euntem.
 Quoq; ſuo propior ſcleri eſt, magis horret, & auſi
 Pœnitet, & vellet non cognita poſſe reuerti.
 Contantem longæua manu deduxit, & alto
 Admotam lecto cùm traderet, accipe, dixit,
 Iſta tua eſt Cinyra, deuotaq; pectora iunxit.
 Accipit obſcæno genitor ſua viſcera lecto,
 Virgineoſq; metus leuat, hortaturq; timentem.
 Forſitan etatis quoq; nomine filia dixit:
 Dixit & illa, pater, ſcleri ne nomina deſint.
 Plena patris thalamiſ excedit, & impia diro
 Semina fert vtero, conceptaq; crimina portat.*

F A B. X I. A R G V M E N T V M.

*Myrrha parentis iram euitans, in Sabæam
 peruenit, quæ cùm ſe grauidam inceſto concu-
 bitu ſentiret, tam vitæ ſtudio quàm mortis me-
 tu eſt affecta, & crimen ſuum palàm confeſſa,
 Deos obnixè rogauit, vt neque ſuperſtes viuos,
 neq; mortua extinctos offenderet. Hæc igitur ab
 ijs exaudita in arborem Myrrham euasi: infans
 autem Adoniſ cortice adhuc inclufus, à Nym-
 phis poſt natiuitatem ſuam, propter egregiam
 corporis formam, eſt enutritus.*

*Poſtera nox facinus geminat, nec finis in illa eſt,
 Cùm tandem Cinyras auidus cognoscere amantem
 Poſt tot concubitus, illato lumine vidit.*

Et scelus, & natam, verbisq, dolore retentis
 Pendenti nitidum vagina dripit ense.
 Myrrha fugit, tenebrisq, & cæca munere noctis
 Intercepta neci est: latosq, vagata per agros,



Palmiferos Arabas, Panchaag, rura reliquit,
 Perq, nouem errauit redeuntis cornua Luna,
 Cùm tandem tetra requieuit fessa Sabæa.
 Vixq, vteri portabat onus. tum nescia voti,
 Atq, inter mortisq, metus, & tadia vitæ,
 Est tales complexa preces: ô si qua patetis
 Numina confesis, merui, nec triste recuso
 Supplicium, sed ne violem viuosq, superstes,
 Mortuaq, extinctos, ambobus pellite regnis,
 Mutatq, mihi vitamq, necemq, negate.

Numen

Numen confectis aliquod patet. vltima certe
Vota suos habuere Deos: nam crura loquentis
Terra superuenit, ruptosq; obliqua per vngues
Porrigitur radix, longi firmamina trunci,
Ossaq; robur agunt, mediaq; manente medulla
Sanguis it in succos, in magnos brachia ramos,
In paruos digiti, duratur cortice pellis.
Iamq; grauem crescens vterum præcinxerat arbor,
Pectoraq; obruerat, collumq; operire parabat.
Non tulit illa moram, venientiq; obuia ligno
Subsedit, mersitq; suos in cortice vultus.
Quæ quanquam amisit veteres cum corpore sensus,
Flet tamen, & tepida manant ex arbore gutta.
Est honor & lachrymis, stillataq; cortice Myrrha
Nomen herile tenet, nulloq; tacebitur æuo.

FAB. XII. ARGVMENTVM.

Adonis ex incesto Cinyræ & filiæ eius Myr-
rhæ concubitu natus, tantæ fuit pulchritudi-
nis, vt eius amore Venus ipsa (Cupidinis bene-
ficio) caperetur. vtq; diutius illius consuetudi-
ne frui posset, vnâ cum eo venationibus indul-
gebat, ac præcipuè fugacia sequebatur anima-
lia, feras autem armatas vitabat, Adonimq; vt
sibi ab hîsdem diligenter caueret, fidelissimè hor-
tabatur.

At malè conceptus sub robore creuerat insans,
Querebatq; viam, qua se genitrice relicta
Exereret, media gravidus tumet arbore venter.
Tendit onus matrem, neq; habent sua verba dolores,
Nec Lucina potest parientis voce vocari.

Ex incesto
Cinyræ &
Myrrhæ cõ-
cubitu na-
tus Adonis.

aa 5

Nitenti



Nitenti tamen est similis, curuataq; crebros
 Dat gemitus arbor, lacrymisq; cadentibus humet.
 Constitit ad ramos mitis Lucina dolentes,
 Admouitq; manus, & verba puerpera dixit.
 Arbor agit rimas, & * scisso cortice, vinum
 Reddit onus, vagitq; puer, quem mollibus herbis
 Naiades impositum lachrymis vixere parentis.
 Laudaret faciem lixur quoq; : qualia nant,
 Corpora nudorum tabula pinguntur Amorum,
 Talis erat : sed ne faciat discrimina cultus,
 Aut huic adde leues, aut illis deme pharetras.
 Labitur occultè, fallitq; volatilis ætas,
 Et nihil est annis velocius. ille sorore
 Natus, auoq; suo, qui conditus arbore nuper,

Nuper

* fissa

Nuper
 Iam in
 Iam p
 Nant
 Insciu
 Lesa m
 Vulnu
 Capta
 Littor
 Piscosa
 Abstin
 Hunc
 Indulg
 Per ius
 Nuda
 Horta
 Aut pr
 Aut ag
 Raptor
 Vitat,
 Te qu
 Posset
 Inqui
 Parce
 Néue
 Stet *
 Nec f
 Setige
 Fulm

Nuper erat genitus, modo formosissimus infans,
 Iam iuuenis, iam vir, iam se formosior ipso est.
 Iam placet & Veneri, matrisq; placent ignes:
 Namq; pharetratus dum dat puer oscula matri,
 Inscius, extanti distrinxit arundine pectus.
 Læsa manu natum Dea reppulit, altius actum
 Vulnus erat specie, primoq; fefellerat ipsam.
 Captæ viri forma, non iam Cythereia curat
 Littora, non alto repetit Paphon æquore cinctam,
 Piscosamq; Cnidō, grauidamq; Amathunta metallis.
 Abstinet & cælo, cælo præfertur Adonis. (bra est
 Hunc tenet, huic comes est, assuetaq; semper in vm-
 Indulgere sibi, formamq; augere colendo.
 Per iuga, per sylvas, dumos, & saxa vagatur
 Nuda genu, vestem ritu succincta Diane,
 Hortaturq; canes, tutaq; animalia præde
 Aut pronos lepores, aut celsum in cornua ceruum,
 Aut agitat damas. at fortibus abstinet apris,
 Raptoresq; lupos, armatosq; vnguibus vrsos
 Vitat, & armenti saturatos cæde leones.
 Te quoq; vt hos timeas, si quid prodesse monendo
 Posset, Adoni monet: fortisq; fugacibus esto,
 Inquit, in audaces non est audacia tuta.
 Parce meo iuuenis temerarius esse periclo,
 Nèue feras quibus arma dedit natura laceße,
 Stet * tibi ne magno tua gloria, non mouet ætas,
 Nec facies, nec quæ Venerem mouère, leones,
 Setigerosq; sues, oculosq; animosq; ferarum.
 Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri,

Venatio Ve-
natis.

* mibi

Impe-

*Impetus est fulvis, & vasta leonibus ira:
Inuisumq; mihi genus est. quæ causa roganti
Dicam, ait, & veteris monstrum mirabile culpæ.
Sed labor insolitus iam me lassauit, & ecce
Opportuna sua blanditur populus vmbra,
Datq; torum cespes, libet hac requiescere tecum.
Et requieuit humo, pressitq; & gramen, & ipsum.
Inq; sinu iuuenis posita cervice reclinis
Sic ait, ac medijs interserit oscula verbis.*


FAB. XIII. ARGVMENTVM.

Atalanta Scheneci regis in Scyro filia, pedum agilitate præstans, oraculum de matrimonio contrahendo consuluit. quod ei respondit, vt à coniugio prorsus abstineret. Cum autem multi proci eam ambirent, hac lege cum ipsis cursu certauit, vt is à quo victa foret, illius coniux esset: quem verò ipsa superaret, mortis discrimen subiret. Plurimis igitur à virgine deuictis & occisis, tandem Hippomenes Megarei filius, ex progenie Neptuni, cum ea in certamen descendit, & ope Veneris victoriam reportauit.

*Forstā audieras aliquam certamine cursus
Veloces superasse viros: non fabula, rumor
Ille fuit: superabat enim. nec dicere possis
Laude pedum, formæ ne bono præstantior esset.
Scitanti Deus huic de coniuge: Coniuge, dixit,
Nilopus est Atalanta tibi, fuge coniugis vsum.
Nec tamen effugies, teq; ipsa viuā carebis.
Territa sorte Dei per opacas innuba syluas*

Atalantæ vè
locitas.

Viuir



Viuit, & instantem turbam violenta procorum
 Conditione fugat: nec sum potienda, nisi, inquit,
 Victa prius cursu: pedibus contendite mecum.
 Præmia veloci coniux, thalamiq; dabuntur:
 Mors præcium tardis. ea lex certaminis esto.
 Illa quidem immitis, sed tanta potentia formæ est.
 Venit ad hanc legem temeraria turba procorum.
 Sederat Hippomenes cursus spectator iniqui:
 Et petitur cuiquam per tanta pericula coniux?
 Dixerat, ac nimios iuuenum damnavit amores.
 Ut faciem, & posito corpus velamine vidit,
 Quale meum, vel quale tuum, si sæmina fias,
 Obstupuit, tollensq; manus. Ignoscite, dixit,
 Quos modò culpaui, nondum mihi præmia nota,

Que

Que peteretis, erant : laudando concipit ignem.
 Et ne quis iuuenum currat velocius optat,
 Inuidiamq; timet : sed cur certaminis huius
 Intentata mihi fortuna relinquitur ? inquit.
 Audentes Deus ipse iuuat. dum talia secum
 Exigit Hippomenes, passu volat alite virgo.
 Quæ quanquam Scythica non segnius ire sagitta
 Aonio visa est iuueni, tamen ille decoris
 Mirator magis est, cursus facit ipse decorem.
 Aura refert ablata citis talaria plantis,
 Tergaq; iactantur, crines per eburnea, quaq;
 Poplitibus suberant picto genualia limbo,
 Inq; puellari corpus candore, ruborem
 Traxerat : haud aliter, quàm cùm super atria velum
 Candida purpureum similem dat, & insicit ymbra.
 Dum notat hæc hospes, decursa nouissima meta est,
 Et tegitur festa victrix Atalanta corona.
 Dant gemitum victi, penduntq; ex fœdere pœnas.
 Non tamen euentu iuuenum deterritus horum
 Constitit in medio, vultuq; in virgine fixo,
 Quid facilem titulum superando queris inertes ?
 Mecum confer, ait : seu me fortuna potentem
 Fecerit, à tanto non indignabere vinci.
 Namq; mihi genitor Megareus Onchestius illi
 Est Neptunus auus, prônepos ego regis aquarum.
 Nec virtus citra genus est. seu vincar, habebis
 Hippomene victo magnum & memorabile nomen.
 Talia dicentem molli Schœncia vultu
 Aspicit, & dubitat superari, an vincere malit,

Atq;

Atq; ita: Quis Deus hunc formosis, dixit, iniquus
 Perdere vult? charaq; iubet discrimine vitæ
 Coniugium petere hoc? non sum me iudice tanti.
 Nec forma tangor (poteram tamen hac quoq; tangi)
 Sed quod adhuc puer est, non me mouet ipse, sed ætas.
 Quid? quod inest virtus, & mens interrita leti?
 Quid? quod ab æquorea numeratur origine quartus?
 Quid? quod amat, tantiq; putat connubia nostra,
 Vt pereat? si me fors illi * dura negarit. * dira
 Dum licet, hospes, abi, thalamosq; relinque cruentos.
 Coniugium crudele meum est, tibi nubere nulla
 Nollet, & optari potes à sapiente puella.
 Cur tamen est mihi cura tui tot iam antè peremptis,
 Viderit, intereat, quoniam tot cade procorum
 Admonitus non est, agiturq; in tedia vitæ.
 Occidet hic igitur, voluit quia viuere mecum?
 Indignamq; necem precium patietur amoris?
 Non erit inuidiæ victoria nostra ferenda.
 Sed non culpa mea est, vtinam desistere velles:
 Aut quoniam es demens, vtinam velocior esses.
 Ah quàm virgineus puerili vultus in ore est.
 Ah miser Hippomene, nollem tibi visa fuissem.
 Viuere dignus eras. quod si velocior essem,
 Nec mihi coniugium fata importuna negarent,
 Vnus eras cum quo sociare cubilia vellem.
 Dixerat, vtq; rudis, primoq; Cupidine tacta,
 Quod facit ignorans, amat, & non sentit amorem.
 Iam solitos poscunt cursus, populusq; paterq;
 Cum me sollicita proles Neptunia vocet

Inuo-

Inuocat Hippomenes, *Cytheaq₃ comprecor, ausis *Cythere-
 Adsit, ait, nostris, & quos dedit adiunget ignes. am
 Detulit aura preces ad me non inuida blandas,
 Motaq₃ sum (fatcor) nec opis mora longa dabatur.


FAB. XIII. ARGUMENTVM.

Hippomenes cum tribus malis aureis de se
 proiectis, Atalantam in cursus certamine præ-
 pediret, victoriam obtinuit. Verum quia in-
 gratus aduersus Venerem Deam est inuentus,
 vnâ cum vxore improbitatis ac sceleris sui pœ-
 nas dedit. Nam postquam impulsu eiusdem
 Deæ lucum matris Deorum ambo transgredi-
 untur, continere affectus suos non potuere,
 quin omni religionis cultu posthabito, in loco
 sacrato concumberent: quamobrem à Deo in
 leones sunt commutati.

Est ager, indigenæ Damascum nomine dicunt,
 Telluris Cypria pars optima, quam mihi præsci
 Sacrauere senes, templisq₃ accedere dotem
 Hanc iussere meis. medio nitet arbor in aruo
 Fulua comas, fuluo ramis crepitantibus auro.
 Hinc tria fortè mea veniens decerpta ferebam
 Aurea poma manu, nulliq₃ videnda nisi ipsi.
 Hippomenen adij, docuiq₃ quis vsus in illis.
 Signa tubæ dederant, cum carcere pronus vterq₃
 Emicat, & summam celeri pede libat arenam.
 Posse putes illos sicco freta radere passu,
 Et segetis canæ stantes percurrere aristas.
 Adijciunt animos iuueni clamorq₃, fauorq₃,
 Verbaq₃ dicentum: nunc, nunc incumbere tempus,
 Hippo-

there-

Hippomene propra, nunc viribus ytere totis,
 Pelle moram, vinctes. dubium Megareius heros



Gaudeat, an virgo magis his Schœneia dictis.
 O quoties cū iam posset transire, morata est,
 Spectatosq; diu vultus inuita reliquit,
 Aridus à lasso veniebat anhelitus ore,
 Metaq; erat longè: tum deniq; de tribus vnum
 Fœtibus arboreis proles Neptunia misit.
 Obstupuit virgo, nitidiq; cupidine pomi
 Declinat cursus: aurumq; volubile tollit,
 Præterit Hippomenes, resonant spectacula plausu.
 Illa moram celeri, cessataq; tempora cursu
 Corrigit, atq; iterum iuuenem post terga relinquit.
 Et rursus pomi iactu remorata secundi

bb

Conse-

Consequitur, transitq; virum. pars vltima cursus
 Restabat: nunc, inquit, ades Dea muneris autor,
 Inq; latus campi, quò tardius illa rediret,
 Iecit ab obliquo liquidum iuueniliter aurum,
 An peteret virgo visa est dubitare, coëgi
 Tollere, & adieci sublato pondera malo,
 Impediq; oneris pariter gravitate, moraq;.
 Néue meus sermo cursu sit tardior ipso,
 Præterita est virgo, duxit sua præmia victor.
 Dignane cui grates ageret? cui thuris honorem
 Ferret Adoni fui? nec grates immemor egit,
 Nec mihi thura dedit. subitam conuertor in iram,
 Contemptuq; dolens, ne sim spernenda futuris,
 Exemplo caueo, meq; ipsam exhortor in ambos.
 Tempa Deum matri, quæ quondam clarius Echion
 Fecerat ex voto, nemorosis abdita syluis,
 Transibant, & iter longum requiescere suasit.
 Illic concubitus intempestiua cupido
 Occupat Hippomenen, à numine concita nostro.
 Luminis exigui fuerat prope templa, recessus
 Speluncæ similis, natiuo pumice tectus,
 Religione sacer prisca, quo multa sacerdos
 Ligneâ contulerat veterum simulacra Deorum.
 Hunc init, & vetito temerat sacraria probro,
 Sacra retorserunt oculos, turritaq; mater
 An Stygia fontes dubitauit mergeret vnda.
 Pœna levis visa est. ergo modo leuia fuluæ
 Colla iubæ velant: digiti curuantur in vngues.
 Ex humeris armi fiunt. in pectora totum

Hippome-
nes in leo-
nē, & Ata-
lanta in le-
nam.

Pondus

Pondus abit, summa cauda verruntur arena.
 Iram vultus habet: pro verbis murmura reddunt,
 Pro thalamis celebrant sylvas: alijsq; timendi
 Dente premunt domito Cybeleia frena leones,
 Hos tu chare mihi, cumq; his genus omne ferarum.
 Quod non terga fuga, sed pugna pectore præbet,
 Effuge, ne virtus tua sit damnoſa duobus.

FAB. XV. ARGUMENTVM.

Adonim Cinyre & Myrrha filium, Venus,
 quem summopere diligebat, in venationibus
 fideliter admonuit, vt à feris armatis & trucu-
 lentioribus abſtineret. Is autem adhortationes
 hæſce parum curans, ad aprum propius acceſſit,
 & ab eo circa inguina ſauciatus occubuit. cuius
 cruor deinde eiufdem Deæ beneficio, in florem
 purpureum, quem Anemonem nominant, eſt
 conuerſus.

Illa quidem monuit, iunctisq; per aëra cynis
 Carpit iter: ſed ſtat monitis contraria virtus.
 Fortè ſuam latebris veſtigia certa ſecuti
 Exciungere canes, ſyluisq; exire parantem
 Fixerat obliquo iuuenis Cinyreius ictu.
 Protinus excuſſit pando venabula roſtro
 Sanguine tincta ſuo, trepidumq; & tuta petentem
 Trux aper inſequitur, totosq; ſub inguine dentes
 Abdidit, & ſulua moribundum ſtrauit arena.
 Veſta leui curru, medias Cytherea per auras
 Cypron olorinis nondum *peruenerat alis.
 Agnouit longè gemitum morientis, & albas

Adonis in
 Anemonē.

*penetra-
 uerat

bb 2

Flexit



Flexit aues illhuc: vtq̃, æthere vidit ab alto,
 Exanimem, inq̃, suo iactantem sanguine corpus,
 Desiliyt, pariterq̃, sinum, pariterq̃, capillos
 Rupit, & indignis percussit pectora palmis.
 Quæstaq̃, cum fatis, & non tamen omnia vestri
 Iuris erunt, dixit. luctus monumenta manebunt
 Semper Adoni mei, repetitaq̃, mortis imago
 Annua piangoris peraget simulamina nostri.
 At cruor in florem mutabitur. An tibi quondam
 Fœmineos artus in olentes vertere menthas
 Persephone licuit? nobis Cinyreius heros
 Inuidia mutatus erit? sic fata, cruorem
 Nectare odorato sparsit, qui tactus ab illo
 Intumuit, sic vt * pluuiæ perlucida cælo

Minthe
 nymphe in
 mentham
 herbam.

* fuluo

Surgere

*Surgere bulla solet. nec plena longior hora
Facta mora est, cum flos de sanguine concolor ortus,
Qualem quæ lento celant sub cortice granum
Punica ferre solent, brevis est tamen vsus in illo.
Nang, malè herentem, & nimia leuitate caducum
Excutiunt ijdem, qui perslant omnia, venti.*

P. OVIDII NASO-
NIS METAMORPHO-
feon Liber XI.

FAB. I. ARGVMENTVM.

Orpheus Oeagri fluminis & Calliopès fili-
us, mulierum consuetudinem post amissam
Eurydicen prorsus aspernabatur. Quam ob
causam Threiciæ mulieres, Bacchi sacra cele-
brantes, ipsum in ferarū cœtu cantantem, easq;
suauiter demulcentem, magno cum impetu in-
uasērunt: & membra eius dilacerantes, de sua
immanitate non prius destiterant, quàm ipsi
omniñò vitam adimerent, & crudelem interi-
tum afferrent.

CArmine dum tali syluas, animosq; ferarum,
Threicius vates, & saxa sequentia traxit,
Ecce nurus Ciconum tecta lymphata ferinis
Pectora velleribus, tumuli de vertice cernunt
Orpheæ percussis sociantem carmina nervis.
Equibus vna, leues iactato crine per auras,
En, ait, en hic est nostri contemptor, & hastam
Vatis Apollinei vocalia misit in ora,

bb 3

Qua



Quæ solijs præfusa, notam sine vulnere fecit.
 Alterius telum lapis est, qui missus in ipso
 Aëre, concentu victus, vocisq, lyraq, est.
 Ac veluti supplex pro tam furialibus ausis
 Ante pedes iacuit: sed enim temeraria crescunt
 Bella, modusq, abijt, insanaq, regnat Erinny's,
 Cunctaq, tela forent cantu mollita, sed ingens
 Clamor, & inflato Bercynthia tibia cornu,
 Tympanaq, & plausus, & Bacchei vlulatus
 Obstrepere sono citharæ. tum deniq, saxa
 Non exauditi rubuerunt sanguine Vatis.
 Ac primum attonitas etiamnum voce canentis
 Innumeras volucres, anguesq, agmenq, ferarum,
 Menades Orpei titulum rapuere theatri.

Orpheus
 discerpit
 à Bacchis.


Inde

Inde cruentatis vertuntur in Orphea dextris,
 Et coeunt, ut aues, si quando luce vagantem
 Noctis aem cernunt, structoq; vtrinq; theatro
 Ut matutina ceruus periturus arena
 Prada canum est, vatemq; petunt, & fronde virentes
 Coniungunt thyrsos, non hac in munera factos:
 Haec glebas, illa direptos arbore ramos,
 Pars torquent filices, neu desint tela furori.
 Fortè boues presso subigebant vomere terram,
 Nec procul hinc multo fructum sudore parantes
 Dura lacertosi fodiebant arua coloni.
 Agmine qui viso fugiunt, operisq; relinquunt
 Arma sui, vacuosq; iacent dispersa per agros
 Sarculaq;, rasirig; graues, longiq; ligones:
 Quae postquam rapuere ferae, cornuq; minaces
 Diuulsere boues, aduatis fata recurrunt,
 Tendentemq; manus, atq; illo tempore primum
 Irrita dicentem, nec quicquam voce mouentem
 Sacrilegae perimunt, perq; os (pro Iuppiter) illud
 Auditum saxi, intellectumq; ferarum
 Sensibus, in ventos anima exhalata recessit.

F A B. II. ARGVMENTVM.

Orpheum à Bacchis mulieribus crudeliter
 interfectum, Nymphæ, arbores, saxa, feræ
 miserandum in modum deflebant. Mulieres
 autem indignatæ, caput eius à membris a-
 uulsum, vnà cum lyra in flumen Hebrum
 proiecerunt. quæ cum in mare, & hinc in in-
 sulam Lesbion, delata essent, serpens quidam
 horri-

horribilis caput Orphei dilaniaturus, ab Apolline in
faxum conuersus est.



Te mæsta volucres Orpheu, te turba ferarum,
Te rigidi silices, tua carmina saepe secutæ
Fleuerunt syluæ: positus te frondibus arbos
Tonsa comas, luxit lacrymis quoq; flumina dicunt
Increuisse suis, obscuraq; carbasa pullo
Naiades, & Dryades, passosq; habuere capillos.
Membra iacent diuersa locis, caput Hebre, lyramq;
Excipis (& mirum) medio dum labitur amne,
Flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua
Murmurat exanimis, respondent flebile *ripæ.
Iamq; mare inuectæ flumen populare relinquunt,
Et Methymnæa potiuntur littore Lesbi.

*syluæ

Hic

ein



Hic ferus exposito peregrinis anguis arenis
 Obstitit, & sparsos stillanti rore capillos
 Lambit, & hymniferos inhiat diueller evultus:
 Tandem Phœbus adest, morsusq; inferre parantem
 Arcet, & in lapidem rictus serpentis apertos
 Congelat, & patulos (vt erant) indurat hiatus.
 Umbra subit terras, & quæ loca viderat antè,
 Cuncta recognoscit: quærensq; per arua piorum
 Inuenit Eurydicen, cupidisq; amplectitur vlnis.
 Hic modò coniunctis spaciuntur passibus ambo,
 Nunc præcedentem sequitur, nunc præuius anteit,
 Eurydicenq; suam iam tutò respicit Orpheus.

Serpens in
 lapidem.

Non impune tamen scelus hoc finit esse Lyæus,
 Amissoq; dolens sacrorum vate suorum,
 Protinus in syluis matres Aedonidas omnes,
 Quæ videre nefas, torta radice ligauit:
 Quippe pedum digitos in quantum est quæq; secuta
 Traxit, & insolitam detrusit acumine terram.
 Vtq; suum laqueis, quos callidus abdidit auceps,
 Crus vbi commisit volucris, sensitq; teneri,
 Plangitur, ac trepidans astringit vincula motu:
 Sic quæcunq; solo defixa cohaeserat harum
 Externata, fugam frustra tentabat. at illam
 Lenta tenet radix, exultantemq; coërcet.
 Dumq; vbi sint digiti, dum pes vbi quærit, & ungues,
 Aspicit in teretes lignum succedere suras.
 Et conata femur mœrenti plangere dextra,
 Robora percussit: pectus quoq; robora fiunt,
 Robora sunt humeri: longos quoq; brachia veros

Thraciæ mu-
 lieres in ar-
 bores.

bb s

Esse

Esse putes ramos, & non fallere putando.

FAB. III. ARGVMENTVM.

Midas, Phrygiæ rex, Silenum Bacchi famulum à rusticis captum, sibiq; traditum, Baccho reddidit. ob quod beneficium optandi facultatem à Deo consequutus est. Cùm igitur rex, vt quæcunq; attrectaret, aurum fierent, petisset, voti compos est redditus: & quicquid attigit, aurum euasit, adeoq; cibus & potus, vt nihilo amplius vesci posset. Tandem stulticiam suam agnoscens Midas, à Baccho iussus est se totum in flumine Pactolo lauare. hinc aqua illa aurei coloris esse cœpit.



*Ne c satis hoc Baccho est, ipsos quoq; deserit agros,
Cumq; choro meliore, sui *vineta Timoli,* *pineta*
Pacta-

Paſſalonq; petit, quamvis non aureus illo
 Tempore, nec charis erat inuidioſus arenis.
 Hunc aſſueta cohors Satyri, Bacchaq; frequentant.
 At Silenus abeſt. titubantem annisq; , meroq;
 Ruricola cepere Phryges, vinctumq; coronis
 Ad regem duxere Midam, cui Thracius Orpheus
 Orgea tradiderat cum Cecropio Eumolpo:
 Qui ſimal agnouit ſocium, comitemq; ſacrorum,
 Hoſpitis aduentu feſtum genialiter egit
 Per bis quinque dies, & iunctas ordine noctes.
 Et iam ſtellarum ſublime cœggerat agmen
 Lucifer vndecimus, Lydos cum letus in agros
 Rex venit, & iuueni Silenum reddit alumno.
 Huic Deus optanti gratum, ſed inutile fecit
 Muneris arbitrium, gaudens altore recepto.
 Ille male uſurus donis, ait: Effice quicquid
 Corpore contigero, ſuluum uertatur in aurum.
 Annuit optatis, nocituraq; munera ſoluit
 Liber, & indoluit quod non meliora petiſſet.
 Letus abit, gaudetq; malo Berecynthius heros.
 Polliciriq; fidem tangendo ſingula tentat.
 Vixq; ſibi credens, non alta fronde virentem
 Illice detraxit virgam, virga aurea facta eſt.
 Tollit humo ſaxum, ſaxum quoq; palluit auro:
 Contigit & glebam, contactu gleba potenti
 Maſſa fit. arentes Cereris decerpiſt aristas,
 Aurea meſſis erat: demptum tenet arbore pomum,
 Heſperides donaſſe putes. ſi poſtibus altis
 Admouit digitos, poſtes radiare videntur.

Midæ regis
votum.

Tacta à Mi-
da in aurū.

Ille

Ille etiam liquidis palmas vbi lauerat vndis,
 Vnda fluens palmis Danaën eludere possit.
 Vixq; spes ipse suas animo capit, aurea fingens
 Omnia gaudenti mensas posuere ministri.
 Extructas dapibus, nec tostæ frugis egentes.
 Tum verò, siue ille sua Cerealia dextra
 Munera contigerat, Cerealia dona rigabant:
 Siue dapes auido conuellere dente parabat,
 Lamina sulua, dapes, admoto dente nitebat.
 Miscuerat pueris autorem muneris vndis,
 Fusile per rictus aurum fluitare videres.
 Attonitus nouitate mali, diuesq; miserq;,
 Effugere optat opes, & quæ modo vouerat, odit.
 Copia nulla famem releuat, sitis arida guttur
 Vrit, & inuiso meritis torquetur ab auro.
 Ad cælumq; manus, & splendida brachia tollens,
 Da veniam Lenæe pater, peccauimus, inquit:
 Sed miserere precor, speciosq; eripe damno.
 Mite Deum numen Bacchus peccasse fatentem
 Restituit, factiq; fide data munera soluit.
 Néue malè optato maneat circumlitus auro,
 Vade, ait, ad magni vicinis Sardibus amnem,
 Perq; iugum ripæ labentibus obuius vndis
 Carpe viam, donec venias ad fluminis ortus.
 Spumigeroq; tuum fonti, qua plurimus exit,
 Subde caput, corpusq; simul, simul elue crimen.
 Rex iussu succedit aque, vis aurea tinxit
 Flumen, & humano de corpore cessit in amnem.
 Nunc quoq; iam veteris percepto semine venæ

Arue

Arue

 sylu
 fustu
 Apo
 iudi
 affen
 sua
 Mid
 bus

 Ille p
 Pana
 Ping

Aruarigent, auro madidis pallentia glebis.

FAB. IIII. ARGVMENTVM.

Midas facultatem auri efficiendi, opesq; perosus, in syluis degebat, Panag; pastorum Deum colebat: qui cum fistula inuenta, sibi multum Nymphis placere videretur, Apollinem in certamen prouocauit, Tmolo montis Deo, iudice constituto, à quo Apollini victoria alijs omnibus assentientibus, est attributa. id autem solus Midas pro sua stulticia improbare ausus est. Quare Apollo offensus, Midæ aures in asininas conuertit, vt eius stoliditas omnibus innotesceret.



*Ille perosus opes, syluas & rura colebat,
Panag; montanis habitantem semper in antris:
Pingue sed ingenium mansit, nocituraq; vt antè*

Rursus

Rurſus erant domino ſtolida præcordia mentis.
 Nam fræta proſpiciens latè riget arduus alto
 Tmolus in aſcenſu, cliuq̃, extenſus vtroq̃,
 Sardibus hinc, illhinc paruis finitur Hypæſis.
 Pan ibi dum teneris iactat ſua carmina Nymphis,
 Et leue cerata modulatur arundine carmen,
 Auſus Apollineos præ ſe contemnere cantus,
 Iudice ſub Tmolo certamen venit ad impar.
 Monte ſuo ſenior iudex conſedit, & aures
 Liberat arboribus. Quercu coma cærule tantum
 Cingitur, & pendent circum caua tempora glandes.
 Iſq̃, Deum pecoris ſpectans in iudice, dixit,
 Nulla mora eſt. calamis agreſtibus inſonat ille.
 Barbaricoq̃, Midan (aderat nam fortè canenti)
 Carmine delinijt, poſt hunc ſacer ora * reſoluit
 Tmolus ad os Phœbi, vultum ſua ſylua ſecuta eſt.
 Ille caput ſlauum lauro Parnaſſide vinctus,
 Verrit humum Tyrio ſaturata murice palla.
 Diſtinctamq̃, lyram gemmis, & dentibus Indis
 Suſtinet à leua: tenuit manus altera plectrum.
 Artiſciſ ſtatus ipſe fuit: tum ſtamina docto
 Pollice ſollicitat: quorum dulcedine captus
 Panaiubet Tmolus citharæ ſummittere cannas.
 Iudicium, ſanctiq̃, placet ſententia montis
 Omnibus: arguitur tamen, atq̃, iniuſta vocatur
 Vnius ſermone Midæ: nec Delius aures
 Humanam ſtolidas patitur retinere figuram:
 Sed trahit in ſpaciũ, villisq̃, albenſibus implet:
 Inſtabilesq̃, illas facit, & dat poſſe moueri.

Midas can-
 tu certat cū
 Apolline.

* reſorſit

Cætera

*Cætera sunt hominis: partem damnatur in vnam,
Induiturq; aures lentè gradientis aſelli.*

*Mide aures
in aſininas.*

*Ille quidem celare cupit, turpiq; pudore
Tempora purpureis tentat velare tiaris.
Sed ſolitus longos ferro reſecare capillos
Viderat hoc ſamulus, qui cùm nec prodere viſum
Dedecus auderet, cupiens efferre ſub auras,
Nec poſſet reticere tamen, ſecedit, humumq;
Effodit, & domini quales conſpexerit aures,
Voce reſert parua, terraq; immurmurat hauſtæ,
Indiciūq; ſuæ vocis tellure regeſta
Obruit, & ſcrobibus tacitus diſcedit opertis.
Creber arundinibus tremulis ibi ſurgere lucus
Cæpit, & vt primum pleno maturuit anno,
Prodidit agricolam: leni nam motus ab aſtro
Obruta verba reſert, dominiq; coarguit aures.*

*Cannæ vo.
cales.*

FAB. V. ARGVMENTVM.

Apollo & Neptunus, cùm Laomedonta regem Troiæ, filium Ili, mœnia vrbiſ edificantem viderent, in humanam conuerſi ſpeciem, aurum prius cum eo paciſcentes, ſe opus quàm ciſſimè abſoluturos, promiſerunt. Perfectis autem mœnibus, pactionem initâ Laomedon prorsus negauit: hoc Neptunus indignè ferens, diluuium agris Troianis immiſit, Regemq; vt filiam ſuam Heſionem beluæ proñceret marine coëgit. Qua liberata ab Hercule, denuò fraudulentus eſt repertus, ideoq; Hercules Ilium expugnauit.

Vultus abit Tmolus, liquidumq; per aëra vectus

Augu-



Augustum citra pontum Nephelidos Helles
 Laomedonteis Latoius astitit aruis.
 Dexterâ Sigæi, Rhœtæi læua profundi
 Ara Panomphæo vetus est sacrata Tonanti.
 Inde nouæ primùm moliri mœnia Troiæ
 Laomedontæ videt, susceptaq; magna labore
 Crescere difficili, nec opes exposcere paruas.
 Cumq; tridentigero tumidi* genitore profundi
 Mortalem induitur formam, Phrygiæq; tyranno
 Aedificat muros, pacto promœnibus auro.
 Stabat opus: precium rex inficiatur, & addit
 Persidiæ cumulum, falsis periuria verbis.
 Non impune ferēs, rector maris inquit, & omnes
 Inclinauit aquas ad auaræ littora Troiæ,

Apollo, &
 Neptunus
 in homines

* rectore

Inq;

Inq; fr
 Abstul
 Pœna
 Poscit
 Vindict
 Poscit
 Bis * p
 Nec pa
 Hesione
 Clarus
 Nomin
 Contig

Pro
 di Ch
 fore v
 Iupite
 nepot
 tur vi
 mùm
 lucren
 Thetis
 lio Pro
 concu
 Gracco

Nan
 Concip
 Acta pa
 Ergo ne

Inq̃, freti formam terras conuertit, opesq̃,
 Abstulit agricolis, & fluctibus obruit agros.
 Pœna neq̃, hæc satis est, regis quoq̃, filia monstro
 Poscitur æquoreo, quam dura ad saxa reuinctam
 Vindicat Alcides, promissaq̃, munera dictos
 Poscit equos: tantiq̃, operis mercede negata,
 Bis * periura capit superatæ mœnia Troie.
 Nec pars militiæ Telamon sine honore recepit,
 Hesioneq̃, data potitur: nam coniuge Peleus
 Clarus erat Diua, nec aui magis ille superbit
 Nomine, quam foci: si quidem Iouis esse nepotem
 Contigit haud vni, coniux Dea contigit vni.

* peritura

FAB. VI. ARGVMENTVM.

Proteus Deus marinus & vates, cùm Theti-
 di Chironis filiæ prædixisset, si viro nuberet,
 fore vt natum parente suo fortiozem pàreret,
 Iupiter cum ea concumbere non ausus, Pelea
 nepotem suum ad eius amorem incitauit. Is igitur
 virginem in specu iacentem amplexus, pri-
 mum spe sua frustratus est, nunc enim in vo-
 lucrem, nunc in arborem, nunc in tygrim se
 Thetis transformabat. Tandem verò confi-
 lio Protei vinculis eam ligans, arcteq̃, tenens,
 concubitu Nymphæ potitus, ex ea Achillem
 Græcorum fortissimum progeniuit.

Nanq̃, senex Thetidi Proteus * prædixerat vde,
 Concipe, mater eris iuuenis, qui fortibus armis
 Acta patris vincet, maiorq̃, vocabitur illo.
 Ergo ne quicquam mundus Ioue maius haberet,

Thetis in
varias figu-
ras.* dea dixe-
rat vnde.

c c

Quamuis



Quamvis haud tepidos sub pectore senferat ignes
 Iuppiter, æquorea Thetidis connubia vitat,
 Inq̃, sua Aeaciden succedere vota nepotem
 Iussit, & amplexus in virginis ire marine.
 Est finus Aemoniæ, curuos falcatus in arcus,
 Brachia procurrunt : vbi si foret altior vnda,
 Portus erat, summis inductum est æquor arenis.
 Littus habet solidum, quod nec vestigia seruet,
 Nec remoretur iter, nec apertum pendeat alga.
 Myrtea sylva subest bicoloribus obsita baccis :
 Et specus medio, natura factus, an arte,
 Ambiguum, magis arte tamen, quò sepe venire
 Frænato Delphine sedens Theri nuda solebas.
 Illhic te Peleus, vt somno victa iacebas,

Occu-

Occup
 Vim p
 Quòd
 Ad sol
 Sed m
 Nunc
 Terti
 Terru
 Isq̃, D
 Et pec
 Donec
 Aeac
 Tu m
 Ignar
 Nect
 Sed pr
 Dixera
 Admisi
 Pronus
 Hesper
 Nereis
 Vix be
 Illa no
 Sensit
 Tum d
 Exhibi
 Et por

Pe.
 Pe.

Occupat : & quoniam precibus tentata repugnas,
 Vim parat, innectens ambobus colla lacertis :
 Quod nisi venisses variatis saepe figuris
 Ad solitas artes, auso foret ille potitus.
 Sed modo tu volucris, volucrem tamen ille tenebat.
 Nunc grauis arbor eras, harebat in arbore Peleus,
 Tertia forma fuit maculose Tigridis : illa
 Territus Aeacides à corpore brachia soluit :
 Isq; Deos pelagi vino super aquora fuso,
 Et pecoris fibris, & fumo thuris adorat,
 Donec Carpathius medio de gurgite vates,
 Aeacide, dixit, thalamis potiere petitis.
 Tu modo, cùm gelido sopita quiescit in antro,
 Ignaram laqueis, vincloq; innecte tenaci.
 Nec te decipiat centum mentita figuras :
 Sed preme quicquid erit, dñ quod fuit antè reformet.
 Dixerat hæc Proteus, & condidit aquore vultum,
 Admisitq; suos in verba nouissima fluctus.
 Pronus erat Titan, inclinatoq; petebat
 Hesperium temone fretum, cùm pulchra relicto
 Nereis ingreditur consuetæ cubilia * fluctu. * ponto
 Vix benè virgineos Peleus inuaserat artus,
 Illa nouat formas, donec sua membra teneri
 Sensit, & in partes diuersas brachia tendit.
 Tum demum ingemuit : Neq; ait, sine numine vincis.
 Exhibita estq; Theris : confessam amplectitur heros,
 Et potitur votis, ingentiq; implet Achille.

F A B. VII. ARGVMENTVM.

Peleus fratre Phoco occiso, in exilium eie-
 ctus,

ctus, ad Ceycem Trachinis, vrbis Theſſaliae regem, miſerandum Dædalionis fratris caſum lugentem, conſu-
git. Nam Dædalion Luciferi filius Chionem habuit fi-
liam, quæ cùm ex Mercurio Autolycum, & ex Apolline
Philamnonem peperiſſet, Dianæ forma ſe præferre au-
ſa eſt. Dea igitur indignata, eam ſagittis conſecit. cu-
ius mors Dædalionem tanto dolore affecit, vt ſeiſpſum ex
Parnafi montis vertice in mare præcipitem daret : ope
autem Apollinis in accipitrem eſt conuerſus.



*Felix & nato, felix & coniuge Peleus,
Et cui, ſi demas iugulati crimina Phoci,
Omnia contigerant: fraterno ſanguine ſontem,
Expulſumq; domo patria Trachinia tellus
Accipit: hic regnum ſine vi, ſine cade regebat*

Luci-

Lucifero genitore satus, patriumq; nitorem
 Ore ferens Ceyx, illo qui tempore mæstus,
 Dissimilisq; sui fratrem lugebat ademptum.
 Quod postquam Aeacides fessus curaq; viaq;
 Venit, & intrauit paucis comitantibus urbem,
 Quosq; greges pecorum, quæ secum armēta trahebat,
 Haud procul à muris sub opaca valle reliquit.
 Copia cum facta est adeundi tecta tyranni,
 Velamenta manu prætendens supplice, qui sit,
 Quoq; satus memorat: tantum sua crimina celat,
 Mentiturq; fugæ causam, petit vrbe, vel agro
 Se iuuet. hunc contra placido Trachinius ore
 Talibus alloquitur, Mediæ quoq; commoda plebi
 Nostra patent Peleu, nec inhospita regna tenemus.
 Adjicis huic animo monumenta potentia, clarum
 Nomen, auumq; Iouem. nec tempora perde precando.
 Quod petis omne feres, tuaq; hæc pro parte *vocado, *norato
 Qualiacunq; vides. vtinam meliora videres.
 Et flebat. moueat tantos quæ causæ dolores,
 Et Peleus, comitesq; rogant. quibus ille profatur:
 Forsitan hanc volucrem, raptæ quæ viuit, & omnes
 Terret aues, semper pennas habuisse putatis.
 Vir fuit, & tanta est animi constantia, quantum
 Acer erat, bellog; ferox, ad vimq; paratus,
 Nomine Dædalion, illo genitore creatus.
 Qui vocat auroram, cæloq; nouissimus exit.
 Culta mihi pax est, pacis mihi cura tuendæ
 Coniugijq; fuit, fratri fera bella placebant.
 Illius virtus gentes, regesq; subegit,

Dædalio in
 accipitrē.

Quæ nunc Thisbeas agit at mutata columbas.
 Nata erat huic Chione, quæ dotatissima forma
 Mille*procis placuit, bis septem nubilis annis.
 Fortè reuertentes Phæbus, Maiaq, creatus,
 Ille suis Delphis, hic vertice Cyllenæo,
 Videre hanc pariter, pariter traxere calorem.
 Spem Veneris differt in tempora noctis Apollo.
 Non fert ille moras, virgaq, mouente soporem
 Virginis os tangit, tactu iacet illa potenti,
 Vimq, Dei patitur. Nox cælum sparserat astris.
 Phæbus anum simulat, præreptaq, gaudia sumit.
 Vt sua maturus compleuit tempora venter,
 Alipedis de stirpe Dei versuta propago
 Nascitur Autolycus, furtum ingeniosus ad omne,
 Qui facere assuerat patriæ non degener artis
 Candida de nigris, & de candentibus atra.
 Nascitur è Phæbo (nang, est enixa gemellos)
 Carmine vocali clarus, citharaq, Philammon.
 Quid peperisse duos, & Dÿs placuisse duobus,
 Et forti genitore, & progenitore Tonante
 Esse sat am prodest? an obest quoq, gloria multis?
 Obsuit huic certè, quæ se præferre Dianæ
 Sustinuit, faciemq, Deæ culpauit. at illi
 Ira ferox mota est, factisq, placebimus, inquit.
 Nec mora, curauit cornu, neruoq, sagittam
 Impulit, & meritam traiecit arundine linguam.
 Lingua iacet, nec vox, tentataq, verba sequuntur,
 Conantemq, loqui, cum sanguine vita reliquit.
 Quàm miser (ô pietas) ego tunc, patrioq, dolorem

*procos habuit,

Mercurius
vitiat Chio-
nem.

Auto'yceus.

Chione à
Diana in-
terfecta.

Corde

Corde tuli, fratriq; pio solatia dixi.
 Quæ pater haud aliter, quam cautes murmura Ponti
 Accipit, & natam delamentatur ademptam.
 Vt verò ardentem vidit, quater impetus illi
 In medios fuit ire rogos, quater inde repulsus
 Concita membra fugæ mandat, similisq; iuuenco
 Spicula crabronum pressa ceruice gerenti,
 Quæ via nulla * fuit. iam tum mihi currere visus * ruit
 Plus homine est, alasq; pedes sumpsisse putares.
 Effugit ergo omnes, veloxq; cupidine leti
 Vertice Parnasi potitur. miseratus Apollo,
 Cum se Dædalion saxo misisset ab alto,
 Fecit auem, & subitis pendentem sustulit alis,
 Oraq; adunca dedit, curuos dedit vnguibus hamos,
 Virtutem antiquam, maiores corpore vires.
 Et nunc accipiter nulli satis æquus, in omnes
 Senit aues, alijsq; dolens sit causa dolendi.

FAB. VIII. ARGUMENTUM.


Anetor armentorum custos, quem Peleus
 ad Ceyca regem Trachinis adduxerat, refert
 quo pacto lupo horribilis, cui nemo resistere
 auit, & homines & armenta crudeliter interi-
 mat. Intelligens autem Peleus, hoc sibi Psama-
 thes Nymphæ marinæ ira (quod Phocum ex
 ipsa & Aeaco genitum interfecisset) accide-
 re, suppliciter eam rogauit, vt de lupo pœ-
 nam sumeret. Factum est igitur vt illa The-
 tidis etiam precibus mota, feram in saxum com-
 mutaret.

Quædum Lucifero genitus miracula narrat

CC 4


De

*De consorte suo, cursu festinus anhelō.
Aduolat armenti custos Phocæus Anetor,
Et Peleu, Peleu, magna tibi nuntius adsum*



*Cladis, ait, quodcūq; ferat, iubet edere Peleus,
Pendet & ipse metu trepidi Trachinius oris.
Ille refert fessos ad littora curua iuuenos
Appuleram, medio cū Sol altissimus orbe
Tantum respiceret, quantum superesse videret,
Parsq; boum fuluis gēua inclinarat arenis,
Latarumq; iacens campos spectabat aquarum,
Pars gradibus tardis illhuc errabat, & illhuc
Nant aliq. celsiq; extant super aquora collo,
Templa mari subsunt, nec marmore clara, nec auro.
Sed trabibus densis, lucosq; ymbrosa vetusto,*

Nerei-



Nereides, Nereusq³, tenent: hos nauita, templi
 Edidit esse Deos, dum retia littore siccant.
 Iuncta palus huic est densis obfessa salictis,
 Quam restagnantis fecit maris vnda paludem.
 Inde fragore graue strepitus loca proxima terret
 Bellua vasta, lupus, syluisq³, palustribus exit,
 Oblitus est spumis, & crasso sanguine, rictus
 Fulmineus, rubra suffusus lumina flamma.
 Qui quanquam seuit pariter rabieq³, fameq³,
 Acrior est rabie, neq³, enim ieiunia curat
 Cade boum, diramq³, famem finire, sed omne
 Vulnerat armentum, sternitq³, hostiliter omnes.
 Pars quoq³, de nobis funesto saucia morsu,
 Dum defensamus, leto est data sanguine littus,
 Vndaq³, prima rubet, demugitq³, paludes.
 Sed mora damnoſa est, nec res dubitare remittit.
 Dum superest aliquid, cuncti coeamus ad arma.
 Arma capeſſamus, coniunctaq³, tela seramus.
 Dixerat agrestis, nec Pelea damna mouebant,
 Sed memor admiſſi Nereida colligit orbam,
 Damna ſuo inferias extincto mittere Phoco.
 Induere arma viros, violentaq³, ſumere tela
 Rex iubet Oeteus, cum queis ſimul ipſe parabat
 Ire, ſed Alcyone coniux excita tumultu
 Proſilit, & nondum totos ornata capillos,
 Diſſicit hos ipſos, colloq³* infixam mariti,
 Mittat vt auxilium ſine ſe, verbisq³, precatur,
 Et lacrymis, animasq³, duas vt ſeruet in vna.
 Aeacides illi: Pulchros Regina, piosq³,

Lupi ra-
bies.

* infusa

cc 5

Pone


Pone metus, plena est promissi gratia vestri.
 Non placet arma mihi contra noua monstra mouere.
 Numen adorandum pelagi est. erat ardua turris,
 Arce locus summa, fessis loca grata carinis.
 Ascendunt illuc, stratosq; in littore tauros
 Cum gemitu aspiciunt, vastatoremq; cruento
 Ore ferum, longos infectum sanguine villos.
 Inde manus tendens in aperti littora ponti,
 Cœruleam Peleus Psamathen, vt finiat iram,
 Orat, opemq; ferat. nec vocibus illa rogantis
 Flectitur Aeacida. Thetis hanc pro coniuge supplex
 Accepit veniam. sed enim irreuocatus ab acri
 Cade lupus perstat dulcedine sanguinis asper,
 Donec inhaerentem lacera ceruice iuuenta
 Marmore mutauit corpus, pariterq; colorem.
 Omnia seruauit: lapidis color indicat illum
 Iam non esse lupum, iam non debere timeri.
 Nec tamen hac profugum consistere Pelea terra
 Fata sinunt: Magnetæ adit vagus exul, & illhic
 Sumit ab Aemonio purgamina cedis Acasto.

Lupus in la
pidem.

FAB. IX. ARGVMENTVM,

Ceyx Luciferi filius, fratris casu sollicitus,
 ad Clarium oraculum consulendum, iter cū
 institueret, diu ab Halcyone vxore eius deten-
 tus fuit. rege autem promittente, se intra duos
 menses reuersurum, à coniuge veniam eundi
 consequitur. Verū in Aegeo mari Ceyx gra-
 ui orta tempestate, naufragium fecit: diuq; in
 aquis tabulae adhærens, suæq; saluti consulere
 volens,

volens, accrescentibus vndis, miserè tandem extinctus est.



Interea fratruq, sui, fratremq, securis
 Anxia prodigijs turbatus pectora Ceyx,
 Consulat vt sacras hominum oblectamina sortes,
 Ad Clarium parat ire Deum: nam templa profanus
 Inuia cum Phlegyis faciebat Delphic: Phorbæ.
 Consilij tamen ante sui fidissima certam
 Te facit Alcyone, cui protinus intima frigus
 Ossa receperunt, buxoq, simillimus ora
 Pallor obit, lachrymisq, genæ maduere profusis,
 Ter conata loqui, ter sletibus ora rigauit,
 Singultuq, pias interrumpente querelas
 Quæ mea culpa tuam, dixit, charissime, mentem

Ceyx it cō-
 sultū Apol-
 linem.

Vertit?

Vertit? vbi est quæ cura mei prior esse solebat?
 Iam potes Alcyonè securus abesse relicta?
 Iam via longa placet? iam sum tibi charior absens?
 At puto per terras iter est? tantumq; dolebo,
 Non etiam metuam? curaq; timore carebunt?
 Aequora me terrent, & ponti tristis imago,
 Et laceras nuper tabulas in littore vidi.
 Et sæpe in tumulis sine corpore nomina legi.
 Néue tuum fallax animum fiducia tangat,
 Quòd focer Hippotades tibi sit, qui carcere fortes
 Contineat ventos, & cùm velit aequora placet:
 Cùm semel emissi tenuerunt aequora venti,
 Nil illis vetitum est, incommendataq; tellus
 Omnis, & omne fretum est, cœli quoq; nubila vexant,
 Excutiuntq; feris rutilos concursibus ignes.
 Quòd magis hos noui (nam noui, & sæpe paterna
 Parua domo vidi) magis hos reor esse timendos.
 Quòd tua si flecti precibus sententia nullis
 Chare potest coniux, nimiumq; es certus eundi,
 Me quoq; tolle simul, certè iactabimur vnà,
 Nec, nisi quæ patiar metuam, pariterq; feremus
 Quicquid erit, pariter super aequora lata feremur.
 Talibus Aeolidis dictis, lacrymisq; mouetur
 Sidereus coniux, neq; enim minor ignis in ipso est.
 Sed neq; propositos pelagi dimittere cursus
 Nec vult Alcyonen in partem adhibere pericli,
 Multaq; respondit timidum solantia pectus.
 Non tamen idcirco causam probat: addidit illis
 Hoc quoq; lenimen, quo solo flexit amantem.

Longa

Longa quidem est nobis omnis mora: sed tibi iuro
 Per patrios ignes (si me modo fata remittant)
 Antè reuersurum, quàm Luna bis impleat orbem.
 His vbi promissis spes est admota recursus,
 Protinus eductam naualibus aequore tingi,
 Aptariq³ suis pinum iubet armamentis.
 Qua rursus visa, veluti presaga futuri
 Horruit Alcyone, lacrymasq³ emisit obortas,
 Amplexumq³ dedit, tristiq³ miserrima tandem
 Ore vale, dixit, collapsaq³ corpore toto est.
 At iuuenes, quærente moras Ceyce reducant
 Ordinibus geminis ad fortia pectora remos.
 Aequaliq³ ictu scindunt freta, sustulit illa
 Humentes oculos, stantemq³ in puppe recurua,
 Concussaq³ manu dantem sibi signa maritum
 Prima videt, redditq³ notas. vbi terra recessit
 Longius, atq³ oculi nequeunt cognoscere vultus,
 Dum licet, insequitur fugientem lumine pinum.
 Hæc quoq³ vt haud poterat spacio summoti videri,
 Vela tamen spectat summo fluitantia malo.
 Vt nec vela videt, vacuum petit anxia lectum,
 Seq³ toro ponit: renouat lectusq³ locusq³
 Alcyones lacrymas, & quæ pars admonet absit.
 Portubus exierant, & mouerat aura rudentes,
 Obuertit lateri pendentes nauita remos.
 Cornuaq³ in summa locat arbore, totaq³ in malo
 Carbasa deducit, venientesq³ excipit auras.
 Aut minus, aut certè medium non amplius æquor
 Puppe secabatur, longeq³ erat vtraq³ tellus,

Ceycis na-
 uigatio Del-
 phos.

Cum

Cum mare sub noctem tumidis albescere * cœpit
 Fluctibus, & præceps spirare valentius Eurus.
 Ardua iamdudum demittite cornua, rector
 Clamat, & antennis totum * subnectite velum.
 Hic iubet, impediunt aduersa iussa procellæ,
 Nec finit audiri vocem fragor æquoris vllam.
 Sponte tamen properant: alij subducere remos,
 Pars munire latus, pars ventis vela negare.
 Egerit hic fluctus, æquorq̃, refundit in æquor.
 Hic rapit antennis: quæ dum sine lege geruntur,
 Aspera crescit hyems, omniq̃, à parte feroces
 Bellerunt venti, fretaq̃, indignantia miscent.
 Ipse pauet, nec se quis sit status, ipse fatetur
 Scire ratis rector: nec quid iubeátue, velitue
 Tanta mali moles, tantoq̃, potentior arte est.
 Quippe sonant clamore viri, stridore rudentes,
 Vndarum incursum grauis vnda, tonitribus æther
 Fluctibus erigitur, cœlumq̃, equare videtur
 Pontus, & inductas aspergine tangere nubes.
 Et modo cum fuluas ex imo vertit arenas,
 Concolor est illis, Stygia modo nigrior vnda,
 Sternitur interdum, spumisq̃, sonantibus albet.
 Ipsa quoq̃, his agitur vicibus Trachinia puppis,
 Et nunc sublimis veluti de vertice montis
 Despicere in valles, imumq̃, Acherontæ videtur,
 Nunc ubi demissam curuum circumstetit æquor,
 Susplicere inferno summum de gurgite cœlum.
 Sepe dat ingentem fluctu latus icta fragorem,
 Nec leuius pulsata fonat, quàm ferreus olim

* sentit

* subduci-
te

Cum

Cum laceras aries, ballistæque concutit arces.
 Utq; solent sumptis incursum viribus, ire
 Pectore in arma feri, protentaq; tela leones,
 Sic ubi se ventis commiserat vnda coortis,
 Ibat in arma ratis, multoq; erat altior illis.
 Iamq; labant cunei, spoliataq; tegmine ceræ
 Rima patet, præbetq; viam latalibus vndis.
 Ecce cadunt lægi resolutis nubibus imbres,
 Inq; fretum credas totum descendere cælum,
 Inq; plagas cæli tumefactum scandere pontum.
 Vela madent nimbis, & cum cælestibus vndis
 Aquoreæ miscentur aqua: caret ignibus æther,
 Cecaq; nox premitur tenebris hyemisq; suisq;
 Discutiunt tamen has, præbentq; * micantia lumen * minan-
 Fulmina: fulmineis ardescunt ignibus vnde, tia
 Dat quoq; iam saltus intra caua texta carinæ
 Fluctus. & ut miles numero præstantior omni
 Cum sæpe assilijt defensæ mœnibus vrbs,
 Spe potitur tandem, laudisq; accensus amore
 Inter mille viros, murum tamen occupat vnus:
 Sic ubi pulsarunt celsi latera ardua fluctus,
 Vastius insurgens decimæ ruit impetus vnde.
 Nec prius absistit fessam oppugnare carinam,
 Quàm velut in capte descendat mœnia naus.
 Pars igitur tentabat adhuc inuadere pinum:
 Pars maris intus erat, trepidanti haud segnius omnes
 Quàm solet vrbs, alijs murum fodientibus extrâ
 Atq; alijs murum trepidare tenentibus intus.
 Deficit ars, animiq; cadunt, totidemq; videntur


Quos

Quot veniunt, fluctus, ruere, atq; irrumpere mortes.
 Non tenet hic lacrymas, stupet hic, vocat ille beatos
 Munera quos maneant: hic votis numen adorat,
 Brachiaq; ad cœlum, quod non videt, irrita tollens
 Poscit opem: subeunt illi * materq;, parensq;, * fraterq;
 Huic cum pignoribus domus, & quod cuiq; relictū est.
 Alcyone Ceyca mouet, Ceycis in ore
 Nulla nisi Alcyone est, & cū desideret vnam,
 Gaudet abesse tamen: patriæ quoq; vellet ad oras
 Respicere, inq; domum supremos vertere vultus:
 Verū vbi sit nescit, tanta vertigine pontus
 Feruet, & inducta piceis è nubibus vmbra
 Omne latet cœlum, duplicataq; noctis imago est.
 Frangitur incurſu nimboſi turbinis arbor,
 Frangitur & regimen, spolijsq; animosa * superstes * superbū
 Vnda velut victrix sinuatq; despicit vndas.
 Nec leuius, quàm si quis Athon, Pindumq; reuulsos
 Sede sua, totos in apertum verteret aquor,
 Precipitata cadit, pariterq; & pondere, & ictu,
 Mergit in ima ratem: cum qua pars magna virorum Naufragiū
 Gurgite pressa graui, neg; in aëra reddita, fato Ceycis.
 Functæ suo est. alij partes, & membra carinæ
 Trunca tenent. tenet ipse manu, qua scepra solebat,
 Fragmina nauigij Ceyx, socerumq;, patremq;
 Inuocat (heu) frustra, sed plurima nantis in ore
 Alcyone coniux, illam meminitq;, refertq;
 Illius ante oculos, vt agant sua corpora fluctus,
 Optat, & ex animis manibus tumuletur amicis.
 Dum natat, absentem, quoties finit hiscere fluctus,
 Nomi-

*Nominat Alcyonen, ipsisq; immurmurat vndis.
Ecce super medios fluctus niger arcus aquarum
Quaritur, & rupta mersum caput obruit vnda.
Lucifer obscurus, nec quem cognoscere posses,
Illa nocte fuit: quoniamq; excedere cælo
Non licuit, densis texit sua nubibus ora.*

FAB. X. ARGVMENTVM.

Halcyone mariti sui Ceycis aduentum magno expectans desiderio, quia præstituto tempori non respondisset, indies maiori luctu afficiebatur, metuens, ne in nauigatione periculosa vitam finisset. Supplicabat igitur Dñs, & inprimis Iunoni, eamq;



submisſe obteſtabatur, vt Ceyca (qui amplius in vi-
uis non erat) ſaluum & incolumem reduceret. Iuno
dd autem

autem Iridem ad somnum misit, qui Halcyonæ
per quietem regis interitum aperiret.

*Aeolis interea tantorum ignara malorum
Dinumerat noctes, & iam quas induat ille,
Festinat vestes : iam quas, ubi venerit ille,
Ipsa gerat, reditusq; sibi promittit inanes.
Omnibus illa quidem superis pia tura ferebat.
Ante tamen cunctos Iunonis templa colebat,
Proq; viro, qui nullus erat, veniebat ad aras.
Utq; foret sospes coniux suus, utq; rediret
Optabat, nullamq; sibi praeferret. at illi
Hoc de tot votis poterat contingere solum.*


Alcyones
vota, p. Cey
ce.

FAB. XI. ARGUMENTVM.

Iuno Halcyonem pro reditu mariti nequicquam vota facientem miserata, Iridem nunciam suam ad Somnum misit, cui mandaret, ut is per quietem Halcyonæ eadem forma & habitu appareret, in quo Ceyx naufragium faciens, interisset. Prius autem & habitatio Somni, & triplex somniorum genus, a Poeta luculenter describitur, quam Iridis eò profectæ mandatum exponatur.

*At Dea non vltrà pro functo morte rogari
Sustinet, utq; manus funestas arceat aris :
Iri meæ, dixit, fidissima nuncia vocis,
Vise soporiferam Somni velociter aulam:
Extinctiq; iube Ceycis imagine mittat
Somnia ad Alcyonem veros narrantia casus.
Dixerat, induitur velamina mille colorum*

Iris,



Iris.

Somni eius
que regis
descriptio.

Iris, & arquato cœlum curuamine signans
Tecta peti iussit sub nube latentia regis.
Est prope Cimmerios longo spelunca recessu,
Mons caueus, ignauæ domus & penetralia Somni,
Quò nunquam radijs oriens, medijsue, cadensue
Phœbus adire potest, nebula caligne mista
Exhalantur humo, dubiaq; crepuscula lucis.
Non vigilales ibi cristati cantibus oris
Euocat Auroram, nec voce silentia rumpunt
Sollicitiue canes, canibusue sagacior anser.
Non fera, non pecudes, non moti flamine rami,
Humanaue sonum reddunt conuicia lingue,
Tuta quies habitat, saxo tamen exit ab imo
Riuus aqua Lethes, per quem cum murmure labens

dd 2

Inuitat


Inuitat somnos crepitantibus vnda lapillis.
 Ante fores antrifœcunda papauera florent,
 Innumeraq; herba: quarum de lacte soporem
 Nox legit, & spargit per opacas humida terras.
 Ianua ne verso stridorem cardine reddat,
 Nulla domo tota est, custos in limine nullus,
 * At medio torus est hebeno sublimis in antro
 Plumeus, vnicolor, pullo velamine tectus,
 Quo cubat ipse Deus membris languore solutis.
 Hunc circa passim varias imitantia formas
 Somnia vana iacent: totidem quot mœsis aristas,
 Sylua gerit frondes, eiecat littus arenas.
 Quò simul intrauit, manibusq; obstantia virgo
 Somnia dimouit, vestis fulgore reluxit
 Sacra domus: tarda q; Deus grauitate iacentes
 Vix oculos tollens, iterumq; iterumq; relabens,
 Summa q; percutiens nutanti pectora mento,
 Excussit tandem sibi se, cubitoq; leuatus
 Quid veniat (cognouit enim) scitatur at illa:
 Somne quies rerum, placidissime somne Deorum,
 Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris
 Fessa ministerijs mulces, reparasq; labori,
 Somnia quæ veras æquant imitamine formas,
 Herculeam Trachina iube sub imagine regis,
 Alcyonen adeant, simulacra q; naufragi fingant.
 Imperat hoc Iuno: postquam mandata peregit,
 Iris abit, neq; enim vlterius tolerare soporis
 Vim poterat: labiq; vt somnum sensit in artus,
 Effugit, & remeat, per quos modò venerat arcus.

* In

FAB.

FAB. XII. ARGVMENTVM.

Morpheus (Somniorum genius) Ceycis corpus re-
præsentans, Halcyone noctu, in lecto cubanti, apparuit,
& coniugis interitum nūciauit. Manè igitur regi-
na expergefacta, ad littus, vnde maritus soluerat, ac-
currit: ibiq; casum regis deflens, cadauer exangue Cey-
cis, fluctibus maris circumuolui eminus conspexit. ad
quod cū per vndas exilire vellet, in auem sui nominis
mutata, & corpus coniugis in eandem volucrem mascu-
lini sexus est conuersum.



At pater è populo natorum mille suorum
Excitat artificem, simulatoremq; figuræ
Morphaea. non illo iussos solertius alter
Exprimit incessus, vultumq; sonumq; loquendi,
Adjicit & vestes, & consuetissima quæq;

Morpheus
in varias fi-
guras.

dd 3

Verba

*Verba : sed hic solos homines imitatur. at alter
Fit fera, sit volucris, sit longo corpore serpens.*

*Hunc * Icelon superi, mortale Phobetora vulgus * Icilon
Nominat. est etiam diuersa tertius artis*

Phantasos : ille in humū, saxumq₃, vndam, trabemq₃,

Qua₃q₃ vacant anima fallaciter omnia transit.

Regibus hi, ducibusq₃, suos ostendere vultus

Nocte solent : populos alij, plebemq₃, pererrant.

Præterit hos senior, cunctisq₃, è fratribus vnum

Morphea, qui peragat Thaumantidos edita, Somnus

Eligit. & rursus molli languore solutus,

Deposuitq₃ caput, stratoq₃, recondidit alto.

Ille volat, nullos strepitus facientibus alis

Per tenebras, intraq₃, mora breue tempus in urbem

Peruenit Aemoniam, positusq₃, è corpore pennis

In faciem Ceycis abit : sumptaq₃, figura

Luridus, ex animi similis, sine vestibus vllis

Coniugis ante torum misera stetit. vda videtur

Barbaviri, madidisq₃, grauis fluere vnda capillis.

Tum lecto incumbens fletu super ora profuso

Hæc ait : Agnoscis Ceyca miserrima coniux ?

An mea mutata est facies nece ? respice, nosces,

Inueniesq₃, tuo pro coniuge coniugis vmbra.

Nil opis Alcyone nobis tua vota tulerunt.

Occidimus, falso tibi me promittere noli,

Nubibus Aegæo deprendit in æquore nauem

Auster, & ingenti iactatam flamine soluit,

Oraq₃, nostra tuum frustra clamantia nomen

Impleverunt fluctus. non hæc tibi nuntiat autor

Ambi-

Ambiguus, non ista vagis rumoribus audis.
 Ipse ego fata tibi præsens mea naufragus edo,
 Surge age, da lacrymas, lugubriaq₃ indue, nec me
 Indploratum sub inania tartara mitte.
 Adijcit his vocem Morpheus, quam coniugis illa
 Crederet esse sui. fletus quoq₃ fundere veros
 Visus erat, gestumq₃ manus Ceycis habebat.
 Ingemit Alcyone, lacrymas mouet, atq₃ lacertos
 Per somnum, corpusq₃ petens amplectitur auras.
 Exclamatq₃, mane, quo te rapis? ibimus vna.
 Voce sua, specieq₃ viri turbata, soporem
 Excuit, & primo si sit circumspicit illhic,
 Qui modò visus erat (nam moti voce ministri
 Intulerant lumen) postquam non inuenit vsquam,
 Percutit ora manu, laniatq₃ à pectore vestes.
 Pectoraq₃ ipsa ferit, nec crines soluere curans
 Scindit, & altrici quæ luctus causa roganti,
 Nulla est Alcyone, nulla est, ait, occidit vnà
 Cum Ceyce suo, solantia tollite verba.
 Naufragus interijt: vidi, agnouiq₃, manusq₃,
 Ac discedentem cupiens retinere, tenenti
 Vmbra fuit. sed & vmbra tamen manifesta, viriq₃,
 Vera mei: non ille quidem, si quæris, habebat
 Assuetos vultus, nec quo prius ore nitebat.
 Pallentem, nudumq₃, & adhuc humente capillo
 Infelix vidi. stetit hoc miserabilis ipso
 Ecce loco, & querit vestigia siqua supersint.
 Hoc erat, hoc animo quod diuinante timebam.
 Et ne me fugiens ventos sequerere, rogabam.

Alcyone.

d d 4

At

At certè vellem, quoniam periturus abibas,
 Me quoq³ duxisses. fuit ah, fuit vtile, tecum
 Ira mihi. neq³ enim vitæ de tempore quicquam
 Non simul egissem, nec mors discreta fuisset.
 Nunc absens perij, iactor quoq³ fluctibus absens:
 Et sine me te pontus habet: crudelior ipso
 Sit mihi mens pelago, si vitam ducere nitar
 Longius, & tanto pugnem superesse dolori.
 Sed neq³ pugnabo, nec te miserande relinquam.
 Et tibi nunc saltem veniam comes, inq³ sepulchro
 Si non vrna, tamen iunget nos littera: si non
 Ossibus ossa meis, at nomen nomine tangam.
 Plura dolor prohibet, verboq³ interuenit omni
 Plangor, & attonito gemitus à corde trahuntur.
 Manè erat, egreditur tectis ad littus, & illum
 Mæsta locum repetit, de quo spectarat euntem.
 Dumq³ moratur ibi, dumq³ hinc retinacula soluit,
 Hoc mihi discedens dedit oscula littore, dixit.
 Dumq³ notata oculis reminiscitur acta, fretumq³
 Prospicit, in liquida spacio distante tuetur.
 Nescio quid quasi corpus, aqua primog³, quid illud
 Effet: erat dubium. postquam paulum appulit vnda,
 Et quamuis aberat, corpus tamen esse liquebat.
 Quis foret ignorans, quia naufragus, omine mota est,
 Et tanquam ignoto lacrymas daret: heu miser, inquit.
 Quisquis es, & si qua est coniux tibi, fluctibus actum
 Fit propius corpus: quod quò magis illa tuetur,
 Hoc minus & minus est mētis: iam iamq³ propinquat,
 Admotum terræ, iam quod cognoscere posset,

Cernit:

Cernit : erat coniux : ille est, exclamat, & vnâ
 Ora, comas, vestem lacerat, tendensq; trementes
 Ad Ceyca manus : sic ô charissime coniux,
 Sic ad me miserande redis ? ait. adiacet vndis
 Facta manu moles, quæ primas æquoris vndas
 Frangit, & incursum quæ prædelassat aquarum.
 Infilat huc, mirumq; fuit potuisse : volabat,
 Percutiensq; leuem modò natis æra pennis,
 Stringebat summas ales miserabilis vndas.
 Dumq; volat, mæsto similem, plenumq; querelæ
 Ora dedere sonum, tenui crepitantia rostro.
 Vt verò tetigit mutum, & sine sanguine corpus,
 Dilectos artus amplexa recentibus alis,
 Frigida nequicquam duro dedit oscula rostro.
 Senferit hoc Ceyx, an vultum motibus vndæ
 Tollere sit visus, populus dubitabat. at ille
 Senferat, & tandem superis miserantibus, ambo
 Alite mutantur : fatis obnoxius iisdem
 Tunc quoq; mansit amor, nec coniugiale solutum est
 Fædus in alitibus : coeunt, fiuntq; parentes,
 Perq; dies placidos hiberno tempore septem
 Incubat Alcyone pendentibus æquore nidis.
 Tum via tutæ maris : ventos custodit, & arcet
 Aeolus egressu, præstatq; nepotibus æquor.

Alcyone in
 auem sui
 nominis.


FAB. XIII. ARGVMENTVM.

Aesacus Priami filius, ex Alyxothoe Nym-
 pha progenitus, cum amore Eperies Nymphæ
 captus, eam fugientem persequeretur, in cul-
 pa fuit, vt ipsa ex improviso mortem obiret:

dd 3

nam

nam inter festinandum à serpente lethaliter icta interijt.
cuius mors Aefaco tantum luctus & mœroris attulit, vt
seipsum ex alto scopulo præcipitem daret, sed mediò vo-
latu in mergum auem Tethys Dea, filia Titanis, eum
transmutauit.



Hos aliquis senior circum freta lata volantes
Spectat, & ad finem seruatos laudat amores.
Proximus, aut idem, si fors tulit, hic quoq; dixit,
Quem mare carpentem, substrictaq; crura gerentem
Aspicias (ostendens spaciosum in guttura mergum)
Regia progenies: & si descendere ad ipsum
Ordine perpetuo queris, sunt huius prigo
Ilus, & Assaracus, raptusq; Ioui Ganymedes,
Laomedonq; senex, Priamusq; nouissima Troia

Aefacus in
mergum.

Tempo.

Tempora sortitus: frater fuit Hectoris iste:
 Qui nisi sensisset prima noua fata iuuenta,
 Forſitan inferius non Hectore nomen haberet,
 Quamuis eſt illum proles enixa Dymantis.
 Aefacon vmbroſa furtim peperiffe ſub Ida
 Fertur Alyxothoë gracili conata bicorni.
 Oderat hic vrbes, nitidag, remotus ab aula
 Secretos montes, & in ambitioſa colebat
 Rura, nec Iliacos cœtus, niſi rarus adibat,
 Non agreſte tamen, nec inexpugnabile amoris
 Pectus habens, ſyluas captatam ſepe per omnes
 Aſpiciſcit Eperien patria Cebrenida ripa
 Iniectos humeris ſiccantem Sole capillos.
 Viſa fugit Nymphe, veluti perterrita fuluum
 Cerualupum, longeq, lacu deprenſa relicto
 Accipitrem fluminalis anas: quam Troius heros
 Inſequitur, celeremq, metu celer vrget amore.
 Ecce latens herba coluber, fugientis adunco
 Dente pedem ſtrinxit, viruſq, in corpore liquit.
 Cum vita ſuppreſſa fuga eſt. amplectitur amens
 Exanimem, clamatq, piget, * piget eſſe ſecutum:
 Sed non hoc timui, nec erat mihi vincere tanti.
 Perdidimus miſeram nos te duo. vulnus ab angue,
 A me cauſa data eſt. ego ſum ſcleratioꝝ illo,
 Qui tibi morte meam mortis ſolatia mittam.
 Dixit, & è ſcopulo, quem rauca ſubederat vnda,
 Decidit in pontum: Tethys miſerata cadentem
 Molliter excepit, nantemq, per æquora penniſ
 Texit, & optata non eſt data copia mortis.

* me te

Aefacus in
mergum.

Indigna-

*Indignatur amans se inuitum viuere cogi,
 Obstariq; animæ misera de sede volenti
 Exire. vtq; nouas humeris assumpserat alas,
 Subuolat, atq; iterum corpus super æquora mittit.
 Pluma leuat casus: fuerit Aesacus, inq; profundum
 Pronus abit, letiq; viam sine fine retentat.
 Fecit amor maciem, longa internodia crurum,
 Longa manet ceruix, caput est à corpore longè.
 Aequor amat, nomenq; manet, quia mergitur illo.*


P. OVIDII NASO-
 NIS METAMORPHO-
 seon Liber XII.

FAB. I. ARGVMENTVM.

Achiui expeditionem duce Agamemnone in Troiam facturi, cùm in Aulide sacrificarent, reliquos ibi expectantes Græciæ principes, Agamemnon Dianæ ceruam imprudens occidit. Dea itaq; irata tantam tempestatem concitauit, vt eorum classis inde soluere nequiret. Peste etiam ibidem grassante, consultus Calchas, respondit: hoc malum non nisi Agamemnonis filia Iphigeniæ immolatione tolli posse. Hæc igitur patris consensu ad aram deducta, à Diana surripitur, eiusq; loco cerua substituitur.

Nescius assumptis Priamus pater Aesacon alis
 Viuere, lugebat: tumulo quoq; nomen habentè
 Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.

Defuit



Desuit officio Paridis praesentia tristi,
Postmodò qui rapta longum cum coniuge bellum
Attulit in patriam, coniurataq; sequuntur
Mille rates, gentisq; simul commune Pelasge:

Græcorum
expeditio
côtra Tro-
ianos.

Nec dilata foret vindicta, nisi aquora sæui
Inuia fecissent venti, Bæotag; tellus
Aulide piscofa puppes tenuisset ituras.
Hic patrio de more Ioui cum sacra parassent,
Ut vetus accensis incanduit ignibus ara,
Serpere ceruleum Danaï videre Draconem,
In platanum, ceptis quæ stabat proxima * sacris. * castris
Nidus erat volucrum bis quatuor arbore summa,
Quas simul, & matrem, circû sua damna volantem
Corripuit serpens, audacq; recondidit aluo.

Obstu-

Obstupere omnes. vt veri prouidus augur
 Thestorides vincemus, ait. gaudete Pelasgi.
 Troia cadet, sed erit nostri mora longa laboris.
 Atq; nouem volucres in belli digerit annos.
 Ille vt erat virides amplexus in arbore ramos,
 Fit lapis, & seruat serpentis in imagine saxum.

Permanet Aonijs Nereus violentus in vndis,
 Bellaq; non transfert: & sunt qui parcere Troia
 Neptunum credant, quia mœnia fecerat vrbs.
 At non Thestorides: neq; enim nescitue, tacetue
 Sanguine virgineo placandam virginis iram
 Esse Deæ. postquam pietatem publica causa,
 * Resq; patrem vicit, castumq; datura cruorem
 Flentibus ante aram stetit Iphigenia ministris:
 Victa Dea est, nubemq; oculis obiecit, & inter
 Officium, turbamq; sacri, vocesq; precantem,
 Supposita fertur mutasse Mycenida cerua
 Ergo vbi qua decuit, lenita est cade Diana,
 Et pariter Phœbes, pariter maris ira recessit,
 Accipiunt ventos à tergo mille carina,
 Multaq; perpeffa, Phrygia potiuntur arena.

Orbe locus medio est inter terrasq; fretumq;
 Cœlestesq; plagas triplicis consinia mundi,
 Vnde quod est vsquàm, quamuis regionibus absit,
 Inspicitur, penetratq; cauas vox omnis ad aures:
 Fama tenet, summaq; * domum sibi legit in arce.
 Innumerosq; aditus, ac mille foramina tectis
 Addidit, & nullis inclussit limina portis.
 Nocte, dieq; patet, tota est ex ære sonanti,

Galchas,

Cerua pro
 Iphigenia
 supposita.

* Rexq;

Fama do-
 mus descri-
 ptio.

* locum

Tota

Tota fremit, vocesq₃, refert, iteratq₃, quod audit.
 Nulla quies intus, nullaq₃, silentia parte.
 Nec tamen est clamor, sed parue murmura vocis,
 Qualia de pelagi (si quis procul audiat) vndis
 Esse solent, qualémue sonum, cum Iuppiter atra
 Increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt.
 Atria turba tenet, veniunt leue vulgus, cuntq₃,
 Mistaq₃, cum veris passim commenta vagantur
 Millia rumorum, confusaq₃, verba volutant,
 E quibus hi vacuas implent sermonibus aures.
 Hi narrata ferunt alio, mensuraq₃, ficti
 Crescit, & audit is aliquid nouus adijcit autor,
 Illhic Credulitas, illic temerarius Error,
 Vanaq₃, Letitia est, consternatiq₃, Timores,
 Seditioq₃, recens, dubioq₃, autore Susurri.
 Ipsa quid in cælo rerum, pelagoq₃, geratur
 Et tellure videt, totumq₃, inquirat in orbem.

FAB. II. ARGVMENTVM.

Cum fama iam in toto terrarum orbe diuul-
 gatum esset, Græcos aduersus Troiam atrox
 mouere bellum, Troiani vim primo quasi im-
 petu factam propulsantes, cum Danaum exerci-
 tu manus conferunt, & initio Protefilaum, Iphi-
 cli filium interimunt, dehinc Achilles bellator
 strenuus huius mortem vlciscens, totis viribus
 in Cignum Neptuni filium irruit, quem tamen
 vulnerare nullo mudo potuit, omniaq₃ tela in
 eum coniecta sine effectū deuolarunt.

Fecerat



Fecerat hæc notum, Graias cum milite forti
 Aduentare rates, neq₃ inexpectatus in armis
 Hostis adest, prohibentq₃ aditus, littusq₃ tuentur
 Troës, & Hectorea primus fataliter hasta
 Protefilaë cadis, commissaq₃ pralia magno
 Stant Danaïs, fortesq₃ anima, nec cognitus Hector,
 Nec Phryges exiguo, quid Achaica dextera possit,
 Sanguine, senserunt: & iam Sigæa rubebant
 Littora, iam leto proles Neptunia Cycnus
 Mille viros dederat, iam curru stabat Achilles.
 Totaq₃ Peliacæ sternebat cuspidis ictu
 Agmina, perq₃ acies aut Cycnū, aut Hectorea querens.
 Congreditur Cycno: decimum dilatus in annum
 Hector erat: tum colla iugo canentia pressos

Protesilaus

Cyeni & A
chillis cet
tamen.

Exhor-

*Exhortatus equos, currum direxit in hostem,
Concutiensq; suis vibrantia tela lacertis,
Quisquis es, ô iuuenis, dixit, solamen habeto
Mortis, ab Aemonio quòd sis iugulatus Achille.*

F A B. III. A R G V M E N T V M.

Postquam Achilles in acie contra Troianos, Hectorem & Cygnū, qui eadem in pugna multos interfecerant, sternendos sedulò quæsiuit, tandem in Cygnum incidit: in quem licet multa tela iaceret, nullum tamen eius corpori adhæsit. Achilles igitur vehementi commotus ira, è curru, quo vehebatur, desiliit: comminusq; hostem aggressus eum supra saxum præcipitatum, ense transfodit: qui deinde à patre Neptuno, ne memoria eius morte aboleretur, in albam sui nominis auem est commutatus.

*Haecenus Aeacides vocem grauis hasta secuta est.
Sed quamquam certa nullus fuit error in hasta,
Nil tamen emissi profecit acumine ferri.
Vtq; hebeti pectus tantummodo contudit ictu,
Nate Dea (nam te fama prænouimus) inquit
Ille, quid à nobis vulnus miraris abesse?
(Mirabatur enim) non hac, quam cernis equinis
Fulua iubis cassis, nec onus caua parma sinistra
Auxilio mihi sunt: decor est quæsitus ab istis.
Mars quoq; ob hoc capere arma solet. remouebitur o-
Tegminis officium, tamen indestrictus abibo. (in me
Est aliquid non esse satum Nereide, sed qui
Nereaq; & natas, & totum temperat aquor.*

Dixit.



Dixit, & basurum clypei curuamine telum
 Misit in Aeacidem, quod & es, & proxima rupit
 Terga nouena bouum, decimo tamè orbe moratum est.
 Excipit hoc heros, rursusq; trementia forti
 Tela manu torsit: rursus sine vulnere corpus,
 Syncerumq; suit. nec tertia cuspis apertum,
 Et se præbentem valuit distringere Cycnum.
 Haud secus exarsit, quàm circo taurus aperto,
 Cùm sua terribili petit irritamina cornu
 Phœniceas vestes, elusq; vulnera sentit.
 Num tamen exciderit ferrum considerat hasta.
 Hærebat ligno. manus est mea debilis ergo.
 Quasq; ait, antè habuit vires, effudit in vno.
 Nam certe valuit, vel cùm Lyrnesia primum

Mœnia

Mœnia deiecti, vel cùm Tenedonq, suoq,
 * Aetioneas impleui sanguine Thebas:
 Vel cùm purpureus populari cade Caycus
 Fluxit, opusq, mee bis sensit Telephus hastæ.
 Hic quoq, tot cæsis, quorum per littus aceruos
 Et feci, & video, valuit mea dextra, valetq,
 Dixit, & antè actis veluti male crederet, hastam
 Misit in aduersum Lycia de plebe Menetem,
 Loricamq, simul, subiectaq, pectora rupit.
 Quo plangente, grauem moribundo pectore terram,
 Extrahit illud idem calido de vulnere telum,
 Atq, ait: hæc manus est, hæc qua modo vicinus hasta,
 Vtar in hoc * idem, sit in hoc precor exitus idem. * iisdem
 Sic satur, Cycnumq, petit, nec fraxinus errat,
 Inq, humero sonuit non emittata sinistro.
 Inde velut muro, solidaq, à caute, repulsa est.
 Quatamen ictus erat, signatum sanguine Cycnum
 Viderat, & frustra fuerat gaudis Achilles.
 Vulnus erat nullum: sanguis fuit ille Menetæ.
 Tum verò præceps, curru fremebundus ab alto
 Desilit, & nitido securum comminus hostem
 Ense petens, parmam gladio, galeamq, cauari
 Cernit, & in duro ledi quoq, corpore ferrum.
 Haud tulit ulterius, gladiog, aduersa reducto
 Ter, quater, ora viri capulo caua tempora pulsat.
 Cedentemq, sequens instat turbatq, ruitq,
 Attonitog, negat requiem, paup occupat illum,
 Ante oculosq, natant tenebræ retroq, ferenti
 Auerfos passus, medio lapis obstitit aruo.

Quem super impulsus resupino corpore Cycnum
Vi multa vertit, terraq; affixit Achilles.

Tum clypeo, genibusq; premens praeordia duris,
Vincla trahit galea: quae presso subdita mento

Elidunt fauces, & respiramen, iterq;
Eripiunt animae. victum spoliare parabat:

Arma relicta videt: corpus Deus equoris albam
Contulit in volucrem, cuius modo nomen habebat.

Hic labor, hac requiem multorum pugna dierum
Attulit, & positis pars utraq; substitit armis.

Dumq; vigil Phrygios seruat custodia muros,
Et vigil Argolicas seruat custodia fossas,

Festae dies aderat, qua Cycni victor Achilles
Pallada mactatae placabat sanguine vacca.

Cuius ut imposuit profecta calentibus aris,
Et Dÿs acceptus penetravit in aethera nidor.

Sacra tulere suam, pars est data cetera mensis.
Discubuerunt toris proceres, & corpora tosta

Carne replent, vinoq; leuantq; curasq; sitimq;
Non illos citharae, non illos carmina vocum,

Longaq; multifori delectat tibia buxi.

Sed noctem sermone trahunt, virtusq; loquendi
Materia est, pugnas referunt, hostisq; suasq;

Inq; vices adita atq; exhausta pericula saepe

Commemorare iuuat. quid enim loqueretur Achilles?
Aut quid apud magnū potius loquerentur Achillem?

F A B. IIII. A R G V M E N T V M.

Cænis Elati Lapithæ filia à multis ob for-
nam amabatur, sed nullum procorum con-
nubio

Cyrenus ot-
cumbens
mutatur in
aue.



Pr
In ser
Qua
Inuid
Hoc i
Cæm

nubio suo dignata est. Hęc cum aliquando in maris
littore deambulare, à Neptune vi comprimebatur;
qui ei, vt iniurię crimen à se moliretur, optionem
concessit, vt quicquid peteret, acceptum ferret. Pu-
ella igitur illicò in virum fortissimum transmuta-
ri, qui à nullo vulnerari posset, obnixè petijt. Quod
cùm consequeretur, etiam mutato nomine Ceneus,
virgo in bellicosissimum conuersa militem, est ap-
pellata.



Proxima præcipue domito victoria Cyeno
In sermone fuit, visum * mirabile cunctis,
Quod iuuenis corpus nullo penetrabile telo,
Inuictumq; à vulnere erat, ferrumq; tenebat.
Hoc ipse Acacides, hoc mirabantur Achiui.
Cùm sic Nestor ait: Vestro fuit vnicus auo

* misera-
bile

Contemptor ferri, nulloq; forabilis ictu
 Cycnus: at ipse olim patientem vulnera mille
 Corpore non laeso Perrhabum Caneā vidi,
 Caneā Perrhabum, qui factis inclutus, Othryn
 Incoluit: quoz, id mirum magis esset in illo,
 Fœmina natus erat: monstri nouitate mouentur,
 Quisquis adest, narretq; rogant, quos inter Achilles
 Dic age (nam cunctis eadem est audire voluntas)
 O facunde senex cui prudentia nostri,
 Quis fuerit Caneus, cur in contraria versus,
 Qua tibi militia, cuius certamine pugna
 Cognitus, à quo sit victus, si victus ab vllō est.
 Tum senior, Quamuis obstet mihi tarda vetustas,
 Multaq; me fugiant primis spectata sub annis,
 Plura tamen memini, nec quæ magis hereat, vlla
 Pectore res nostro est, inter belliq; domusq;
 Acta tot, ac si quem potuit spatiosa senectus
 Spectatorem operum multorum reddere: vixi
 Annos bis centum: nunc tertia viuitur etas.

Caneus in-
 tulnerabi-
 lis.

Nestoris
 etas.

FAB. V. ARGVMENTVM.

Caneus à Neptuno amatore suo, in virum,
 cui nullum vulnus infligi poterat, conuersus,
 àlios omnes præ se contempsit, insolenter ro-
 bur suum iactitans, adeò vt neq; Deos, neq; ho-
 mines vllō honore afficeret. Hac autem su-
 perbia & impietate sua, Iouis iram in se conci-
 tauit. nam in pugna à Centauris in Pirichoi nu-
 ptijs mota, multos hostium cū interfecisset,
 tandem à Centauris, reuulsis arboribus oppres-
 sus, & à Neptuno in volucrem mutatus est.

Clara



Clara decore fuit proles Elateia Cenis
 Theſſalidum virgo pulcherrima, perq; propinquas,
 Perq; tuas vrbes (tibi enim popularis Achille)
 Multorum fruſtra votis optata procorum.
 Tentaffet Peleus thalamos quoq; forſitan illos,
 Sed iam aut contigerant illi connubia matris,
 Aut fuerant promiſſa tua: nec Cenis in vllos
 Denupſit thalamos, ſecretaq; littora carpens
 Aequorei vim paſſa Dei eſt: ita fama ferebat.
 Vtq; noua Veneris Neptunus gaudia cepit,
 Sint tua vota licet, dixit, ſecura repulſa,
 Elige quid voueas: eadem quoq; fama ferebat.
 Magnum, Cenis ait, fatit hæc iniuria votum,
 Tale pati iam poſſe nihil: da ſœmina ne ſim,

ee 4

Omnia

Omnia præstiteris. grauiore nouissima dixit
 Verba sono, poteratq; viri vox illa videri,
 Sicut erat. nam iam voto Deus æquoris alti
 Annuerat dederatq; super, ne saucius ullis
 Vulneribus fieri, ferrouæ occumbere posset.
 Munere latus abit, studijsq; virilibus, æuum
 Exigit Atracides, Peneiaq; arua pererrat.
 Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus,
 Nubigenasq; feros, positus ex ordine mensis.
 Arboribus tecto discumbere iusserat antro.
 Aemonij proceres aderant, aderamus & ipsi:
 Festaq; confusa resonabat regia turba.
 Ecce canunt Hymenæon, & ignibus atria fumant.
 Cinctaq; adest virgo, matrum, nuruumq; caterua,
 Prasignis facie felicem diximus illa
 Coniuge Pirithoum, quod penè sefellimus omen:
 Nam tibi seuorum seuissime Centaurorum
 Euryte quam vino pectus, tam virgine visa
 Ardet, & ebrietas geminata libidine regnat.
 Protinus euerse turbant conuiuia mensæ,
 Raptaturq; comis per vim noua nupta prehensis,
 Eurytus Hyppodamen, alij, quam quisq; probabat.
 Aut poterat, rapiunt: captaq; erat vrbis imago.
 Fæmineo clamore sonat domus, ocyus omnes
 Surgimus, & primus, Quæ te recordia, Theseus,
 Euryte pulsat? ait, qui me viuente laceSSas
 Pirithoum, violasq; duos ignarus in vno?
 Néue ea magnanimus frustra memorauerit heros,
 Summouet instantes, raptamq; furentibus aufert.

Ille

Centauri
 nuptias Pe-
 rithoi in-
 turbant.

Ille mihi contrà: neq; enim defendere verbis
 Talia facta potest, sed vindicis ora proteruis
 Insequitur manibus, generosaq; pectora pulsat.
 Fortè fuit iuxta signis extantibus asper
 Antiquus crater, quem vastum vastior ipse
 Sustulit Aegides, aduersaq; misit in ora.
 Sanguinis ille globos, pariter, cerebrumq;, merumq;
 Vulnere & ore vomens, madida resupinus arena
 Calcitrat. ardescunt germani cade bimembres,
 Certatimq; omnes vno ore arma, arma, loquuntur:
 Vina dabant animos, & prima pocula pugna
 Missa volant, fragilesq; cadi, curuiq; lebetes,
 Res epulis quondam, nunc bello & cadibus apta.
 Primus Ophionides Amycus penetratia donis
 Haud timuit spoliare suis, & primus ab ade
 Lampadibus densum rapuit funale coruscis,
 Elatumq; altè, veluti qui candida tauri
 Rumpere sacris molitur colla securi,
 Illisit fronti Lapitha Celadontis, & ossa
 Non cognoscendo confusa reliquit in ore.
 Exiliere oculi, disiectisq; ossibus oris
 Acta retrò naris, mediog; est fixa palato.
 Hunc pede convulso mensa Pellaus acernæ
 Strauit humi Pelates, deiecto in pectore mento,
 Cumq; atro mistos spumantem sanguine dentes,
 Vulnere tartareas geminato misit ad umbras.
 Proximus vt steterat, spectans altaria vultu
 Fumida terribili, cur non ait, vtimur istis?
 Cumq; suis Gryneus immanem sustulit aram

Ignibus, & medium Lapitharum iecit in agmen,
 Oppressitq; duos Brotean, & Orion. Orio
 Mater erat Mycale, quam deduxisse canendo
 Sæpe reluctantis constabat cornua Luna.
 Non impune feres, teli modo copia detur,
 Dixerat Exadius, teliq; habet instar, in alta
 Quæ fuerant pinu, votiui cornua cerui.
 Figitur hinc duplici Gryneus in lumina ramo,
 Eruiturq; oculos, quorum pars cornibus hæret,
 Pars fluit in barbam, concretaq; sanguine pendet.
 Ecce rapit medijs flagrantem Rhætus ab aris
 Primitium torrem, dextraq; à parte Charaxi
 Tempora perfregit fuluo protecta capillo.
 Correpti rapida, veluti seges arida, flamma
 Arserant crines: & vulnere, sanguis inustus
 Terribilem stridore sonum dedit, vt dare ferrum
 Igne rubens plerunq; solet, quod forcipe curua
 Cum faber eduxit, lacubus demittit: at illud
 Stridet, & in tepida submersum sibilat vnda.
 Saucius hirsutis avidum de crinibus ignem
 Excutit, inq; humeros limen tellure reuulsum
 Tollit onus plaustri: quod ne permittat in hostem,
 Ipsa facit grauitas: socium quoq; saxea moles
 Oppressit spacio stantem propiore Cometen.
 Gaudia nec retinet Rhætus: sic comprecor, inquit,
 Cætera sit fortis castrorum turba tuorum,
 Semicremog; nouat repetitum stipite vulnus,
 Terq; quaterq; graui iuncturas verticis ictu
 Rapit, & in liquido sederunt ossa cerebro.

Victor

Victor ad Euagrum, Coritumq; Dryantaq; transit.

Equibus ut prima tectus lanugine malas

Procubuit Coritus: puero quæ gloria fuso

Parta tibi est? Euagrus ait. nec dicere Rhætus

Plura finit, rutilasq; ferox in aperta loquentis

Condidit ora viri, perq; os in pectora flammæ.

Te quoq; scæue Drya circum caput igne rotato

Insequitur, sed non in te quoq; constitit idem

Exitus, assidue successu cadis ouantem,

Quæ iuncta est humero ceruix, sude sigis obusta.

Ingemuit, duroq; sudem vix osse reuellit

Rhætus, & ipse suo madefactus sanguine fugit.

Fugit & Arneus, Lycidasq; & saucius armo

Dexteriore Medon, & cum Pisenore Caumas.

Quiq; pedum nuper certamine vicerat omnes

Mermeros accepto tum vulnere tardius ibat.

Et Pholus, & * Menaleus, & Abas prædator aprorū,

Quiq; suis frustra bellum dissuaserat augur

Astylos. ille etiam metuenti vulnera Nessō,

Ne fuge: ad Herculeos, inquit, seruaberis arcus.

At non Eurynomos, Lycidasq; & Areus, & Imbreus

Effugere necem, quos omnes dextra Dryantis

Perculit aduersos: aduersum tu quoq; quamuis

Terga fugæ dederas, vulnus Ceneæ tulisti.

Nam graue respiciens inter duo lumina ferrum,

Quæ naris fronti committitur, accipis inæ.

In tanto fremitu cunctis sine fine iacebat

Sopitus venis, & inexperrectus Aphypnas,

Languentiq; manu carchesia mista tenebat,

Mermeron
tis celeri-
tas.

* Mene-
leus.

Fusus

Fusus in Ossæ villosis pellibus vrsa.
 Quæ procul ut videt frustra nulla arma* mouentem, † sequenti
 Inferit amento digitos, miscendaq; dixit
 Cum Styge vina bibes Phorbas: nec plura locutus
 In iuuenem torfit iaculum, ferrataq; collo
 Fraxinus, ut casu iacuit resupinus, adacta est.
 Mors caruit sensu, plenoq; è gutture fluxit
 Inq; toros, inq; ipsa niger carchesia sanguis.
 Vidi ego Petraum conantem euellere terra
 Glandiferam quercû, quam dum complexib. ambie,
 Et quatit huc illhuc, labefactaq; robora pulsat,
 Lancea Pirithei costis immissa Petrai
 Pectora cum duro luctantia robore fixit.
 Perithei cecidisse Lycum virtute ferebant,
 Pirithei virtute Chromin: sed vterq; minorem
 Victori titulum, quam Dictys, Helopsq; dederunt. Helops
 Fixus Helops iaculo est, quod tempora peruia fecit,
 Et missum à dextra leuam penetravit ad aurem.
 Dictys ab ancipiti dilapsus acumine montis, Dictys
 Dum fugit instantem trepidans Ixione natum,
 Decidit in præceps, & pondere corporis ornum
 Ingentem fregit, suaq; induit ilia fracta.
 Vltor adest Phareus, saxumq; è monte reuulsum
 Mittere conatur, mittentem stipite querno
 Occupat Aegides, cubitiq; ingentia fregit
 Ossa, nec vltius dare corpus inutile leto
 Aut vacat, aut curat, tergoq; Bianoris alti
 Insilit, haud solito quenquam portare nisi ipsum:
 Opposuitq; genu costis, pensamq; sinistra

Cesariem

Sequenti

* Lyceus

eloqui

etym.

Casariam retinens, vultum, minitantiq³ ora
 Robore nodoso, præduraq³ tempora fregit
 Robore Medimnum, iaculatoremq³ *Lycespen
 Sternit, & immissa protectum pectora barba
 Hippason, & summis extantem Riphea sylvis,
 Thereaq³ Aemonijs qui prensos montibus vrsos
 Ferre domum viuos, indignantesq³ solebat.
 Haud tulit vtentem pugna successibus vltra
 Thesea Demolion, solidoq³ reuellere dumo
 Annosam pinum magno molimine tentat:
 Quod quia non potuit, præfractam misit in hostem,
 Sed procul à telo Theseus veniente recessit,
 Pallados admonitu (credi sic ipse volebat)
 Non tamen arbor iners cecidit. nam Crantoris alti
 Abscidit ingulo pectusq³, humerumq³ sinistrum.
 Armiger ille tui fuerat genitoris Achille,
 Quem Dolopum rector bello superatus Amyntor
 Acacida dederat pacis pignusq³, fidemq³.
 Hunc procul vt fædo deiectum vulnere Pelcus
 Viderat: Inferias iuuenum gratissimè Crantor
 Accipe, ait, validoq³ in Demolionta lacerto
 Fraxineam misit mentis quoq³ viribus hastam.
 Quæ laterum cratem perrupit, & ossibus herens
 Intremuit: trahit ille manu sine cuspide lignum.
 Id quoq³ vix sequitur. cuspis pulmone retenta est.
 Ipse dolor vires animo dabat. ager in hostem
 Erigitur, pedibusq³ virum conculcat equinis.
 Excipit ille ictus galea, clypeoq³ sonantes,
 Defensatq³ humeros, præsentatq³ sustinet arma.

Perq³

Perq³ armos vno duo pectora * perforat icū,
 Ante tamen leto dederat Phlegraon, & Hylem,
 Emens: Hiphinoum, collato Marre Danimq³,
 Additur his Dorylas, qui tempora tecta gerebat
 Pelle lupi, sauiq³, vicem praestantia teli
 Cornua dura boum multo rubefacta cruore.
 Huic ego (nam vires animus dabat) * aspice, dixit, * accipe
 Quantum concedant nostro tua cornua ferro,
 Et iaculum tor si: quod cum vitare nequiret,
 Opposuit dextram passurae vulnera fronti.
 Affixa est cum fronte manus, sit clamor: at illum
 Harentem Pēleus, & acerbo vulnere victum
 (Stabat enim propior) mediam ferit ense sub alaum.
 Prosilijt, terraq³, ferox sua viscera traxit.
 Tractaq³, calcavit, calcataq³, rupit, & illis
 Crura quoq³, impedit, & mani concidit aluo.
 Nec te pugnantem tua Cyllare formare demit,
 Si modò naturæ formam concedimus illi.
 Barba erat incipiens, barba color aureus, aureaq³,
 Ex humeris medijs coma dependebat in armos:
 Gratus in ore vigor: cernix, humeriq³, manusq³,
 Pectoraq³, artificum laudatis proxima * signis.
 Ex qua parte vir est, neq³, equi mendosa sub illo
 Deteriorq³, viro facies: da colla caputq³,
 Castore dignus erit: sic tergum sessile, sic sunt
 Pectora celsa toris: totus pice nigrior atra,
 Candida cauda tamen, color est quoq³, cruribus albus.
 Multa illum petiere sua de gente, sed vna
 Abstulit Hylanome: qua nulla decentior inter

Semi-

* perforat

* accipe

Cyllarus a.
dolescens.

* cygnus

berfodin

ccipe

llarus a.
lescens.

ygnis

Semiferas altis habitauit sœmina syluis.
 Hæc & blanditijs, & amando, & amare satendo
 Cyllaron vna tenet: cultus quoq; quantus in illis
 Esse potest membris, vt sit coma pectine lenis.
 Vt modo rore maris, modo se violæue, rosæue
 Implicet, interdum canentia lilia gestet.
 Bisq; die lapsis Pégasæ vertice sylvæ
 Fontibus ora lauet, bis flumine corpora tingat.
 Nec nisi quæ deceant, electarumq; ferarum
 Aut humero, aut lateri pratendat vellere lauo.
 Par amor est illis, errant in montibus vnà:
 Antra simul subeunt, & tum Lapiithœa tecta
 Intrarant pariter, pariter fera bella gerebant.
 Autor in incerto est: iaculum de parte sinistra
 Venit, & inferius quæ collo pectora subsunt,
 Cyllare te fixit. paruo cor vulnere laesum
 Corpore cum toto post tela educta refrixit.
 Protinus Hylonomie morientes excipit artus,
 Impositaq; manu vulnus fouet, oraq; ad ora
 Admouet, atq; animæ fugienti obsistere tentat.
 Vt videt extinctum * dictis, quæ clamor ad aures
 Arcuit ire meas, telo quod inhaeserat illi
 Incubuit, moriensq; suum complexa maritum est,
 Ante oculos stat & ille meos, qui sæua leonum
 Vixerat inter se connexis vellera nodis
 Pheœcomes, hominemq; simul protectus, equumq;
 Codice qui misso, quem vix iuga bina mouerent
 Iuncta, Phonoleniden summo de vertice fregit.
 Fracta volubilitas capitis latissima, perq; os,

*dixit

Cyllarus cū
vxore occu-
buit.

Perq;

Perg₃ cauas nares, oculosq₃, auresq₃, cerebrum
 Molle fluit, veluti concretum vimine querno
 Lac solet, vtūe liquor rari sub pondere cribri
 Manat, & exprimitur per densa foramina succus.
 Ast ego, dum parat hic armis nudare iacentem,
 (Scit tuus hoc genitor) gladium spoliantis in ima
 Ilia demisi: Chtonius quoq₃, Teleboasq₃
 Ense iacent nostro: ramum prior ille bifurcum
 Gesserat, hic iaculum. iaculo mihi vulnera fecit,
 (Signa vides) apparet adhuc vetus inde cicatrix.
 Tunc ego debueram capienda ad Pergama mitti,
 Tunc poteram magni si non superare, morari
 Hectoris arma meis. illo sed tempore nullus,
 Aut puer Hector erat: nunc me mea deficit atas.
 Quid tibi victorem gemini Periphanta Pyreti?
 Ampyca quid referam? qui quadrupedantis Oicli
 Fixit in aduerso cornum sine cuspide vultu.
 Vecte Pelethronius Macareus in pectus adacto
 Strauit Erigdupum: memini & venabula condi
 Inguine Nessæi manibus coniecta Cymeli.
 Nec tu credideris tantum cecinisse futura
 Ampyciden Mopsum. Mopso iaculante biformis
 Occubuit, frustra q₃ loqui tentauit Odites,
 Ad mentum lingua, mento q₃ ad guttura fixo.
 Quinq₃ neci Ceniū dederat, Stiphelum q₃, Bromum q₃,
 Animachū q₃, Helimum q₃, securiferum q₃ *Pyracmen. *Pyracmen
 Vulnera non memini, numerum nomen q₃ notauī.
 Prouolat Emathij spolijs armatus Alefi,
 Quem dederat leto membris & corpore Latreus
 Maximus.

Mopsus.

Maximus. huic etas inter iuuenemq̃, senemq̃,
Vis iuuenilis erat, variabant tempora cani.

Qui clypeo gladioq̃, Macedoniq̃, sarissa
Conspicius, faciemq̃, obuersus in agmen vtrinq̃,
Armaq̃, concussit, certumq̃, equitauit in orbem.

Verbaq̃, tot fudit vacuas * animosus in auras :

* annosus

Et te Caniferam? nam tu mihi fœmina semper,
Tu mihi Cænis eris: nec te natalis origo

Commonuit, mentemq̃, subit quo præmia factò,

Quaq̃, viri falsam speciem mercede pararis?

Quid sis nata vide, vel quid sis passa, columq̃,

I cape cum calathis, & stamina pollice torque,

Bella relinque viris. iactanti talia Cæneus

Extentum cursu missa latus eruit hasta,

Qua vir equo commissus erat. furit ille dolore,

Nudaq̃, * Phyllæi iuuenis ferit ora sarissa,

* Pellæi

Non secus hæc resilit, quam tecti à culmine grando,

Aut si quis paruo feriat caua * tympana saxo.

* tempora

Comminus aggreditur, lateriq̃, recondere duro

Luctatur gladium, gladio loca peruia non sunt.

Haud tamen effugies, medio iugulaberis ense,

Mopsus. Quandoquidē mucro est hebes, inqt, & in latus ensem

Obliquat, longaq̃, amplectitur ilia dextra.

Plaga facit gemitus vt corpore marmoris icti,

Fractaq̃, dissilijt percussu lamina collo,

* Pyracm. Vt satis illos miranti præbuit artus,

Nunc age, ait Cæneus, nostro tua corpora ferro

Tentemus, capuloq̃, tenuis demisit in armos

Ensem satiferum, cæcamq̃, in viscera mouit

ff

Versa-

Versauitq; manum, vulnusq; in vulnere fecit.
 Ecce ruunt vasto trepidi clamore bimembres,
 Telaq; in hunc omnes vnum mittuntq;, feruntq;
 Tela retusa cadunt, manet imperfossus ab omni,
 Inq; cruentatus Caneus Elateius ictu.
 Fecerat attonitos noua res. heu dedecus ingens,
 Monychus exclamat, populus superamur ab vno,
 Vixq; viro: quanquam ille vir est, nos segnis actis,
 Quod fuit ille, sumus. qd membra immania prosunt?
 Quid gemina vires? & quid fortissima rerum
 In nobis duplex natura animalia iunxit?
 Nec nos matre Dea, nec nos Ixione natos
 Esse reor, qui tantus erat, Iunonis vt alta
 Spem caperet: nos seminari superamur ab hoste.
 Saxa, trabesq; super, totosq; inuoluite montes,
 Viuacemq; animam missis elidite syluis.
 Sylua premat fauces, & erit pro vulnere pondus.
 Dixit, & insani deiectam viribus Austri
 Fortè trabem nactus validum coniecit in hostem,
 Exemplumq; fuit, paruog; in tempore nudus
 Arboris Othrys erat, nec habebat Pelion umbras.
 Obrutus immani cumulo sub pondere Caneus
 Aestuat arboreo, coniectaq; robora duris
 Fert humeris: sed enim postquam super ora, caputq;
 Creuit onus, nec habet quas ducat spiritus auras,
 Deficit interdum, modò se super aëra frustra
 Tollere conatur, iactasq; euoluere syluas.
 Interdumq; mouet: veluti quam cernimus (ecce)
 Ardua si terra quatitur motibus Idæ.

Exitus

Cæneus in
aue.

Exitus in dubio est: alij sub inania corpus
Tartara detrusum sylvarum mole ferebant.
Abnuït Ampicides, mediog³ ex aggere fuluis
Vidit auem pennis liquidis exire sub auras,
Quæ mihi tunc primùm fuerat conspecta volucris.
Hanc vbi lustrantem leni sua castra volatu
Mopsus, & ingenti circum clamore sonantem
Aspexit, pariterq³ animo est oculisq³ secutus:
O salue, dixit, Lapithæ gloria gentis
Maxime vir quondam, sed auis nunc vnica, Ceneu.
Credita res autore suo est: dolor addidit iram.
Oppressumq³ agrè tulimus tot ab hostibus vnum.
Nec prius abstinimus ferro exercere dolorem,
Quàm data pars leto, partem fuga, noxq³ remouit.

Hæc inter Lapithas, & semihomines Centauros
Prælia Tlepolemus Pylïo referente dolorem
Præteriti Alcide tacito non pertulit ore.
Atq³ ait: Herculeæ mirum est obliuia laudis
Acta tibi senior, certè mihi sæpe referre
Nubigenas domitos à se pater ipse solebat.
Tristis ad hæc Pylïus: quid me meminisse malorum
Cogis? & obductos annis* restringere luctus?
Inq³ tuum genitorem odium, offensasq³ fateri?
Ille quidem maiora fide quog³ gessit, & orbem
Impleuit meritis, quod mallem posse negare.
Sed neg³ Deiphobum, nec Polydamanta, nec ipsum
Hectora laudamus, quis enim laudauerit hostem?
Ille tuus genitor Messenia mœnia quondam
Strauit, & immeritas vrbes Elinq³, Pylumq³,

* resciscere

ff 2

Diruis

Diruit, inq̃, meos ferrum, flammascq̃, penates
 Impulit, vtq̃, alios taceam, quos ille peremit.
 Bis sex Neleide fuimus conspecta iuuentus,
 Bis sex Herculeis ceciderunt, me minus vno,
 Viribus: atq̃, alios vinci potuisse ferendum est.
 Mira Periclymeni mors est, cui posse figuras
 Sumere quas vellet, rursusq̃, reponere sumptas
 Neptunus dederat, Nelei sanguinis autor.
 Hic vbi nequicquam est formas variatus in omnes,
 Vertitur in faciem volucris, quæ fulmina curuis
 Ferre solet pedibus diuinum gratissima regi.
 Viribus vsus auis pennis, rostroq̃, * redunco,
 Hamatisq̃, viri laniauera vnguibus ora.
 Tendit in hunc, nimium certos Tyrinthius arcus,
 Atq̃, inter nubes sublimia membra ferentem,
 Pendentemq̃, ferit lateri quæ iungitur ala.
 Nec graue vulnus erat, sed rupti vulnere nerui
 Deficiunt, motumq̃, negant, viresq̃, volandi
 Decidit in terram non concipientibus auras
 Infirmis pennis: & * qua leuis hæserat ala
 Corporis affixi pressa est grauitate sagitta,
 Perq̃, latus summum iugulo est exacta sinistro.
 Num videor debere tuis præconia rebus
 Herculis ô Rhodie * ductor pulcherrime classis?
 Ne tamen, vltius quam fortia facta silendo
 Vliscar fratres, solida est mihi gratia tecum.

Hæc postquam dulci Neleius edidit ore,
 A sermone senis repetito munere Bacchi
 Surrexere toris, nox est data cætera somno.

Herculis in
 gentia fa-
 cinora.

Periclyme-
 nus in vari-
 as figuras

* reduco

* qua

* rector

Ac

Apollo in
Paridem.

At Deus æquoreas qui cuspide temperat vndas,
Involucrum corpus nati Cycneida versum
Mente dolet patriam, seuumq; perosus Achillem,
Exercet memores, plus quàm ciuilitè, iras.
Iamq; ferè tracto duo per quinquennia bello,
Talibus intonsum compellat Smynthea dictis:
O mihi de fratris longè charissime natis,
Irrita qui mecum posuisti mœnia Troie,
Ecquid, vbi * Asiaticas casuras aspicias arces,
Ingemis? aut ecquid tot defendentia muros
Millia casa doles? ecquid (ne persequar omnes)
Hectoris umbra subit circum sua Pergama tracti?
Cum tamen ille ferox, belloq; cruentior ipso
Viuit adhuc operis nostri populator Achilles.
Det mihi se (faxo) triplici quid cuspide possim
Sentiat, at quoniam concurrere comminus hosti
Non datur, occulta nec opinum perde sagitta.
Annuït, atq; animo pariter patruiq;, suoq;
Delius indulgens, nebula velatus, in agmen
Peruenit Iliacum, mediaq; in cæde virorum
Rara per ignotos spargentem cernit Achiuos
Tela Parin, fassusq; Deum, quid spicula perdis
Sanguine plebis ait? si qua est tibi cura tuorum,
Vertere in Aeaciden, * casosq; vlciscere fratres.
Dixit, & ostendens sternentem Troica ferro
Corpora Peliden, arcumq; obuertit in illum,
Certaq; letifera direxit spicula dextra.
Quo Priamus gaudere senex post Hectora posset,
Hoc fuit, ille igitur tantorum victor Achille

* hac iam
iam

* lefosq;

ff 3

victus

*Victus es à timido Graie raptore marito.
 At sis femineo fuerat tibi Marte cadendum,
 Thermodoontiaca malles cecidisse bipenni.
 Iam timor ille Phrygum, decus & tutela Pelasgi
 Nominis Aeacides caput insuperabile bello
 Arserat: armarat Deus idem, idemq; cremarat.
 Iam cinis est, & de tam magno restat Achille
 Nescio quid, paruam quod non benè compleat urnam.
 At viuit, totum quæ gloria compleat orbem.
 Hæc illi mensura viro respondet, & hæc est
 Par tibi Pelide, nec inania tartara sentit.
 Ipse etiam, vt cuius fuerit cognoscere posses,
 Bella mouet clypeus, deq; armis arma feruntur,
 Non ea Tydides, non audet Oileus Ajax,
 Non minor Atrides, non bello maior, & euo
 Poscere, non alijs: soli Telamone creato,
 Læertaq; fuit tantæ fiducia laudis.
 A se Tantalides onus, inuidiamq; remouit,
 Argolicosq; duces medijs considerare castris
 Iussit, & arbitrium litis traiecit in omnes.*

P. OVIDII NASO-
NIS METAMORPHO-
seon Liber XIII.

FAB. I. ARGVMENTVM.

Achille à Paride interfecto, magna inter A-
 iacem & Vlysssem orta est contentio, vter eius
 armis

armis dignior esset. Ajax igitur negotium suum primo in confessu principum Gracia cum exponeret, Vlysem in odium adducere conatus, varijs ignominijs affecit: Vlyses autem deinde omnia crimina sibi obiecta diluens, eloquentia sua, qua plurimum valebat, tantum effecit, vt sibi arma omnium principum consensu attribuerentur.



Confedere duces, & vulgi stante corona,
Surgit ad hoc clypei dominus septemplex Ajax,
Vtq; erat impatiens ira, Sigeia toruo
Littora prospexit, classemq; in litore vultu,
Intendensq; manus: Agimus pro Iuppiter, inquit,
Ante rates causam, & mecum confertur Vlyses?
At non Hectoris dubitauit cedere flammis,

Aiacis in
concione
Graecorum
oratio.

ff 4

Quas

Quas ego sustinui, quas hac à classe fugavi.
 Tutius est igitur fictis contendere verbis,
 Quàm pugnare manu. sed nec mihi dicere promptum.
 Nec facere est isti: quantumq; ego Marte feroci,
 Inq; acie valeo, tantùm valet iste loquendo.
 Nec memoranda tamen vobis mea facta Pelasgi
 Esse reor (vidistis enim) sua narrat Vlysses,
 Quæ sine teste gerit, quorum nox conscia sola est.
 Præmia magna peti fateor, sed demit honorem
 Aemulus Aiaci. non est tenuisse superbum
 * Sit licet hoc ingens, quicquid speravit Vlysses.
 Ipse tulit præcium iam nunc certaminis huius :
 Qui cum victus erit, mecum certasse feretur.
 Atq; ego si virtus in me dubitabilis esset,
 Nobilitate potens essem, Telamone creatus,
 Mœnia qui forti Troiana sub Hercule cepit,
 Littoraq; intrauit Pegasea Colcha carina.
 Aeacus huic pater est, qui iura silentibus illhic
 Reddit, vbi Aeolides saxum graue Sisyphon vrget
 Aeacon agnouit summus, prolemq; fatetur
 Iuppiter esse suam. sic à Ioue tertius Ajax.
 Nec tamen hæc series in causam proficit Achiui,
 Si mihi cum magno non sit communis Achille.
 Frater erat, fraterna peto. quid sanguine cretus
 Sisyphio? furtisq;, & fraude similimus illi
 Inferis Aeacidis alienæ nomina gentis?
 An quod in arma prior, nullog; sub indice veni,
 Arma neganda mihi? potiorq; videbitur illis,
 Vltima qui cepit, detrectauitq; furore

* Scilicet

 Aeacus iudex infero-
rum.

Mili-

Militiam ficto? donec solertior isto,
 Et sibi inutilior, timidi commentaret exit
 Naupliades animi, vitataq₃ traxit ad arma?
 Optima nunc sumat, qui sumere noluit vlla.
 Nos inhonorati, & donis patruelibus orbi,
 Obtulimus quia nos ad prima pericula, simus?
 Atq₃ vtinam, aut verus furor ille, aut creditus esset,
 Nec comes hic Phrygias vnquam venisset ad arces
 Hortator scelerum, non te Pœantia proles
 Expositum Lemnos nostro cum crimine haberet.
 Qui nunc (vt memorant) syluestribus abditus antris,
 Saxa moues gemitu, Laërtiadeq₃ precaris,
 Quæ meruit, quæ (si Dii sunt) non vana precaris,
 Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma
 (Heu pars vna ducum) quo successore sagitta
 Herculis vtuntur, fractus morboq₂, fameq₂
 Velaturq₃ aliturq₃ auibus, volucresq₃ petendo
 Debita Troianis exercet spicula fatis.
 Ille tamen viuit, quia non comitatur Vlysses.
 Vellet & infelix Palamedes esse relictus:
 Viueret, aut certè letum sine crimine haberet.
 Quem malè conuicti nimium memor iste furoris,
 Prodere rem Danaum finxit, fictumq₃ probauit
 Crimen, & ostendit quod iam præfoderat aurum.
 Ergo aut exilio vires subduxit Achillis,
 Aut nece: sic pugnat, sic est metuendus Vlysses.
 Qui licet eloquio fidum quoq₂ Nestora vincat,
 Haud tamen efficiet desertum vt Nestora crimen
 Esse rear nullum: qui cum imploraret Vlysses

ff 5

Vulne-

Palamedes.

Vulneretardus equi, fessusq₃, senilibus annis,
 Proditus à socio est. non hæc mihi crimina fingi
 Scit bene Tydides, quinomine sæpe vocatum
 Corripuit, trepidoq₃ fugam exprobrauit amico.
 Aspiciunt oculis superi mortalia iustis.
 En eget auxilio, qui non tulit: vtq₃ reliquit,
 Sic linguendus erat. legem sibi dixerat ipse.
 Conclamat socios, adsum, videoq₃ trementem,
 Pallentemq₃ metu, & trepidantem morte futura:
 Opposui molem clypei, texiq₃ iacentem,
 Seruauiq₃ animā (minimum est hoc laudis) inertem,
 Si perstas certare, locum redeamus ad illum.
 Rædde hostes, vulnusq₃ tuum, solitumq₃ timorem,
 Post clypeumq₃ late, & mecum contende sub illo.
 At postquam eripui, cui stanti vulnera vires
 Non dederant, nullo tardatus vulnere fugit.
 Hector adest, secumq₃ Deos in prælia duxit,
 Quaq₃ ruit, non tu tantum terreris Vlysse,
 Sed sortes etiam, tantum trahit ille timoris.
 Hunc ego sanguinea successu cædis ouantem
 Eminus ingenti resupinum pondere fudi.
 Hunc ego poscentem, cum quo concurreret, vnus
 Sustinui, sortemq₃ meam vouistis Achiui.
 Et vestra valere preces, si queritis huius
 Fortunam pugna, non sum superatus ab illo.
 Ecce ferunt Troës ferramq₃, ignesq₃, Iouemq₃
 In Danaas classes: vbi tunc facundus Vlysses?
 Nempe ego mille meo protexi pectore puppes,
 Spem vestri reditus: date pro tot nauibus arma.

Quod

Quòd si vera licet mihi dicere, queritur istis,
 Quàm mihi maior honos, coniunctaq; gloria nostra
 Atq; Ajax armis, non Aiaci arma petuntur. (est:
 Conferat his Ithacus Rhesum, imbellemq; Dolona,
 Priamidemq; Helenum raptam cum Pallade captum.
 Luce nihil gestum est, nihil est Diomedem remoto.
 Si semel ista datis meritis tam vilibus arma,
 Diuidite, & pars sit maior Diomedis in illis.
 Quò tamen hæc Ithaco? qui clam, qui semper inermis
 Rem gerit, & furtis incautum decipit hostem?
 Ipse nitor galeæ claror radiantis ab auro,
 Infidias prodet, manifestabitq; latentem.
 Sed neq; Dulichius sub Achillis casside vertex
 Pondera tanta feret, nec non onerosa, grauisq;
 Pelias hasta potest imbellibus esse lacertis.
 Nec clypeus vasti calatus imagine mundi
 Conueniet timide, natæq; ad furtum sinistra.
 Debilitaturum quid te petis improbe munus?
 Quod tibi si populi donauerit error Achiui,
 Cur spolieris erit, non cur metuaris ab hoste.
 Et fuga, qua sola cunctos timidissime vincis,
 Tarda futura tibi est gestamina tanta trahenti.
 Adde quòd iste tuus tam raro prælia passus
 Integer est clypeus: nostro qui tela ferendo
 Mille patet plagis, nouus est successor habendus.
 Deniq; quid verbis opus est? spectemur agendo.
 Arma viri fortis medios mittantur in hostes,
 Inde iubete peti, & referentem ornate relatis.
 Finierat Telamone satus, vulgiq; securum

Ultima

*Vltima murmur erat : donec Laërtius heros
Astitit , atq; oculos paulum tellure moratos
Sustulit ad proceres, expectatoq; resoluit
Ora sono, neq; abest facundis gratia dictis.*

Oratio V.
Ilysis.

*Si mea cum vestris valuissent vota Pelasgi,
Non foret ambiguus tanti certaminis hares,
Tuq; tuis armis, nos te poteremur Achille.
Quem quoniam non æqua mihi, vobisq; negarunt
Fata (manuq; simul veluti lacrymantia terfit
Lumina) quis magno melius succedet Achilli,
Quàm per quem magnus Danaïs successit Achilles?
Huic modo ne profit, quod vt est hebes, esse videtur.
Néue mihi noceat, quod vobis semper Achiui
Profuit ingenium, mea; hæc facundia, si qua est,
Que nunc pro domino, pro vobis sæpe locuta est,
Inuidia careat, bona nec sua quisq; recuset.
Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco : sed enim quia rettulit Ajax
Esse Iouis pronepos, nostri quoq; sanguinis autor
Iuppiter est, totidemq; gradus distamus ab illo.
Nam mihi Laërtes pater est, Arceſius illi,
Iuppiter huic. neq; in his quisquam damnatus, & ex-
Est quoq; per matrem Cyllenius addita nobis (ul.
Altera nobilitas. Deus est in utroq; parente.
Sed neq; materno quòd sum generosior ortu,
Nec mihi quòd pater est fraterni sanguinis inſons,
Proposita arma peto : meritis expendite causam.
Dummodo quòd fratres Telamon, Peleusq; fuerunt,
Aiæis meritum non sit, nec sanguinis ordo,*

Sed

Sed virtutis honor spolijs quaratur in istis.
 Aut si proximitas, primusq, requiritur haeres,
 Est genitor Peleus, est Pyrrhus filius illi.
 Quis locus Aiaci? Phthiam hac, Scyronue ferantur.
 Nec minus est isto Teucer patruelis Achilli,
 Non petit ille tamen. num si petat, auferat * illa? * arma
 Ergo operum quoniam nudum certamen habetur,
 Plura quidem feci. quam quæ comprehendere dictis
 In promptu mihi sit, rerum tamen ordine ducar.
 Praescia venturi genitrix Nereia leti
 Dissimulat cultu natum, & deceperat omnes,
 In quibus Aiace, sumptæ fallacia vestis,
 Arma ego foemineis animum motura virilem
 Mercibus inserui. neq, adhuc proiecerat heros
 Virgineos habitus, cum parmam, hastamq, tenenti
 Nate Dea, dixi, tibi se peritura reseruant
 Pergama, quid dubitas ingentem euertere Troiam?
 Inieciq, manum, sortemq, ad fortia misi.
 Ergo opera illius, mea sunt. ego Telephon hasta
 Pugnanti domui, victum, orantemq, refeci.
 Quod Thebae cecidere, meum est, me credite Lesbon,
 Me Tenedon, Chrysenq, & Cillan Apollinis vrbes,
 Et Syron cepisse. mea concussa putate
 Procubuisse solo Lyrnessia moenia dextra.
 Utq, alios taceam, qui seivum perdere posset
 Hectora nempe dedi, per me iacet inclytus Hector. Hectoris in
 Illis hac armis, quibus est inuentus Achilles, teritus.
 Arma peto: viuo dederam, post fata reposco.
 Ut dolor ynius Danaos peruenit ad omnes,

Auli-

Aulidaq, Euboicam complerunt mille carinae,
 Expectata diu nulla, aut contraria classi
 Flamina sunt, diraq, iubent Agamemnona sortes
 Immeritam saue natam mactare Diana,
 Depogat hoc genitor, diuig, irascitur ipsis,
 Atq, in rege tamen pater est, ego mite parentis
 Ingenium verbis ad publica commoda verti.
 Nunc equidem fateor, fassog, ignoscat Atrides,
 Difficilem tenui sub iniquo iudice causam.
 Hunc tamen utilitas populi fraterq, datiq,
 Summa mouet sceptri laudem vt cu sanguine penset.
 Mittor & ad matrem, quæ non* hortanda, sed astu * oranda
 Decipienda fuit: quò si Telamonius isset,
 Orba suis essent etiam nunc lintea ventis.
 Mittor & Iliacas audax orator ad arces,
 Visaq, & intrata est altæ mihi curia Troia,
 Plenag, adhuc erat illa viris, interritus egi
 Quam mihi mandarat communis Græcia causam,
 Accusog, Parin, predamq, Helenamq, reposco.
 Et moueo Priamum, Priamog, Antenora iunctum.
 At Paris, & fratres, & qui rapuere sub illo,
 Vix tenuere manus (scis hæc Menelæe) nefandas,
 Primaq, lux nostri tecum fuit illa pericli.
 Longa referre mora est, quæ consiliog, manuq,
 Utiliter feci spaciosi tempore belli.
 Post acies primas, vrbis se mœnibus hostes
 Continuere diu, nec aperti copia Martis
 Vlla fuit, decimo demum pugnauimus anno.
 Quid facis interea, qui nil nisi pralia nosti?

Iphigenia
immolata.

Legatio V.
Iylis & ad Pri
amum,

Quis

Quis tuus usus erat? nam si mea facta requiris,
 Hostibus insidior fossas munimine cingo,
 Consolor socios, ut longitædia belli
 Mente ferant placida: doceo quo simus alendi,
 Armandiq; modo: mittor quo postulat usus.
 Ecce Iouis monitu deceptus imagine somni
 Rex iubet incepti curam dimittere belli,
 Ille potest autore suam defendere vocem.
 Non sinat hoc Atax, delendaq; Pergama poscat,
 Quodq; potest pugnet: cur non remoratur ituros?
 Cur non arma capit? det quod vaga turba sequatur.
 Non erat hoc nimium, nunquã nisi magna loquenti.
 Quid quod & ipse fugit? vidi, puduitq; videre,
 Cum tu terga dares, inhonestaq; vela parares.
 Nec mora, Quid facitis? que vos dementia, dixi,
 Concitat, ô socij, captam dimittere Troiam?
 Quidue domum fertis decimo nisi dedecus anno?
 Talibus atq; alijs, in qua dolor ipse desertum
 Fecerat auersos profuga de classe reduxi.
 Conuocat Atrides socios terrore pauentes,
 Nec Telamoniades etiam nunc hiscere quicquam
 Audet: & ausus erat reges incessere dictis
 Thersites etiam per me haud impune proteruns.
 Erigor, & trepidos ciues exhortor in hostes,
 Amissamq; mea virtutem voce * reposco.
 Tempore ab hoc quodcumq; potest fecisse videri
 Fortiter iste, meum est, qui dantem terga retraxi:
 Deniq; de Danaïs quis te laudatue, petitue?
 At sua Tydides mecum communicat acta,

* refundo

Me

Me probat, & socio semper confidit Vlyffe.
 Est aliquid de tot Graiorum millibus vnum
 A Diomede legi, nec me fors ire iubebat.
 Sed tamen & spreto noctisq, hostisq, periclo,
 Ausum eadem qua nos Phrygia de gente Dolonæ
 Interimo. non antè tamen quàm cuncta coëgi
 Prodere, edidici quid perfida Troia pararet.
 Omnia cognoram, nec quid specularer habebam,
 Etiam promissa poteram cum laude reuerti.
 Haud contentus eo, petij tentoria Rhesi,
 Inq, suis ipsum castris, comitesq, peremi,
 Atq, ita captiuo victor, votisq, potitus
 Ingredior curru letos imitante triumphos.
 Cuius equos precium pro nocte poposcerat hostis,
 Arma negata mihi, fueritq, benignior Ajax.
 Quid Lycij referam Sarpedonis agmina, ferro
 Deuastata meo? cum multo sanguine fudi
 Ceranon, Iphitidenq, Alastoraq, Chromiumq,
 Alcandrumq, Haliumq, Noemonaq, Prytaniumq,
 Exitioq, dedi cum Pheridamante Thoona,
 Et Charopen, fatisq, immitibus Eunomon actum:
 Quiq, minus celebres nostra sub manibus vrbs
 Procubuerunt manu. sunt & mihi vulnera, ciues,
 Ipso pulchra loco. nec vanis credite verbis.
 Aspicite en (vestemq, manu diduxit) & hæc sunt
 Pectora semper, ait, vestris exercita rebus.
 At nihil impendit per tot Telamonius annos
 Sanguinis in socios, & habet sine vulnere corpus.
 Quid tamen hoc refert, si se pro classe Pelasga

Arma

Rhesus ab
 Vlyffe in-
 teremptus

Sarpedon.

Arma
 Confit
 Detree
 Occup
 Reppu
 Troas
 Ausum
 Se put
 Nonus
 Sed ta
 Quis f
 Me mi
 Tempe
 Procul
 Tarda
 His hu
 Et sim
 Sunt m
 Est ani

Tho
 rijs ex
 Deori
 gans, v
 ret. Cu
 ornati
 omnes
 fia, iter
 bantur
 Achille

Arma tulisse refert contra Troasq; Iouemq;
 Confiteorq;, tulit. neq; enim benefacta malignè
 Detrectare meum est, modo ne communia solus
 Occupet, atq; aliquem nobis quoq; reddat honorem.
 Reppulit Actorides sub imagine tutus Achillis
 Troas ab arsuris cum defensore carinis.
 Ausum etiam Hectoreis solum concurrere telis
 Se putat, oblitus regisq;, ducisq;, mei;
 Nonus in officio, & prelatus munere sortis.
 Sed tamen euentus vestre fortissime pugna
 Quis fuit? Hector abit violatus vulnere nullo.
 Me miserum quanto cogor meminisse dolore
 Temporis illius, quo Graiùm murus Achilles
 Procubuit, nec me lacrymæ, luctusq;, timorq;
 Tardarunt, quin corpus humo sublime referrem
 His humeris. his inquam humeris ego corpus Achillis,
 Et simul arma tuli, quæ nunc quoq; ferre laboro.
 Sunt mihi quæ valeant in talia pondera vires.
 Est animus certè vestros sensurus honores.


Achilles
 Græcorum
 murus.

F A B. II. A R G V M E N T V M.

Thetis mater Achillis, cum filium suum varijs expositum videret periculis, ad Vulcanum Deorum fabrum se contulit, obnixè eum rogans, ut filio arma, quibus muniretur, fabricaret. Cui ille obsecutus, clypeum mirifica pictura ornatum confecit, in quo totus terrarum orbis, omnes astrorum cursus, nuptiæ, iudicia forensia, item prælia & obsidiones urbium conspiciantur. Qui deinde clypeus Vlyssi, interfecto Achille, tradebatur.

g g

Scilicet



*Scilicet adcirco pronato cārula mater
 Ambitiosa suo fuit, vt cœlestia dona
 Artis opus tantæ, rudis & sine pectore miles
 Indueret? neq; enim clypei calamina nouit,
 Oceanum, & terras, cumq; alto sidera cœlo,
 Pleiadasq;, Hyadasq;, immunemq; æquoris Arcton,
 Diuerfasq; vrbes, nitidumq; Orionis ensem:
 Postulat vt capiat, quæ non intelligit, arma.
 Quid? quòd me duri fugientem munera belli
 Arguit incepto serum accessisse labori?
 Nec se magnanimo maledicere sentit Achilli?
 Si simulasse vocat crimen, simulauimus ambo.
 Si mora pro culpa est, ego sum maturior illo.
 Me pia detinuit coniux, pia mater Achillem.*

Prima-

Prim
 Haua
 Cum
 Ingen
 Neue
 Admi
 Obijc
 Accus
 Sed ne
 Tamq
 Crimi
 Nec P
 Esse re
 (Con
 Vt se
 Tentat
 Paruit
 Fida, s
 Quem
 Nema
 Eloqui
 Molliet
 Antè re
 Stabit
 Quàm
 Aiaco
 Sis lice
 Dure P
 Denoue

Primaq³ sunt illi data tempora, cetera vobis.
 Haud timeo, si iam nequeam defendere crimen
 Cum tanto commune viro. deprensus Vlyssis
 Ingenio tamen ille, at non Aiakis Vlysses,
 Nēue in me stolidā conuicia * funderē lingua
 Admiremur eum: vobis quoq³ digna pudore
 Obijcit. an falso Palamedem crimine turpe est
 Accusasse mihi? vobis damnaſſe decorum?
 Sed neq³ Naupliades facinus defendere tantam
 Tamq³ patens valuit. nec vos audistis in illo
 Crimina: vidistis, precio qua obiecta patebant.
 Nec Pœantiaden, quod habet Vulcania Lemnos
 Eſſe reus merui, * crimen defendite veſtrum
 (Conſenſiſtis enim) nec me ſuaſiſſe negabo
 Vt ſe ſubtraheret bellig³, viag³, labori,
 Tentaretq³ feros requie * lenire dolores.
 Paruit, & viuit: non hæc ſententia tantum eſt
 Fida, ſed & felix cūm ſit, facit eſſe fidelem.
 Quem quoniam vates delenda ad Pergamapoſcunt,
 Nē mandate mihi: melius Telamoniū ibit,
 Eloquioq³ virum, morbisq³, iraq³ furentem
 Molliet, aut aliqua perducet callidus arte.
 Antè retrò Simois fluer, & ſine frondibus Ide
 Stabit, & auxilium promittet Achaia Troia.
 Quàm ceſſante meo pro veſtris pectore rebus
 Aiakis ſtolidi Danaïs ſolertia proſit.
 Sis licet infeſtus ſocijs, regi³, mihiq³,
 Dure Philoëtete, licet excreſcere, meumq³,
 Denoueas ſine fine caput, cupiasq³ dolenti

* reddere

* factum

* finire

Met tibi fortè dari nostrumq₃ haurire cruorem,
 Utq₃ tui mihi, sic fiat tibi copia nostri:
 Te tamen aggrediar, mecumq₃ reducere nitar,
 Tamq₃ tuis potiar (faucat fortuna) sagittis,
 Quàm sum Dardanio, quem cepi, vate potitus,
 Quàm ressonsa Deüm, Troianaq₃ fata retexi,
 Quàm rapui Phrygia signum penetrale Mineruæ
 Hostibus è medijs: & se mihi* comparat Ajax.
 Nempe capi Troiam prohibebant fata sine illo.
 Fortis vbi est Ajax? vbi sunt ingentia magni
 Verba viri? cur hic metuit? cur audet Vlysses
 Ire per excubias? & se committere nocti?
 Perg₃ feros enses non tantum mœnia* Troia,
 Verum etiam summas arces intrare, suaq₃
 Eripere ade Deam, raptamq₃ efferre per hostes?
 Quæ nisi fecissem, frustra Telamone creatus
 Gestasset leua taurorum tergora septem.
 Illa nocte mihi Troia victoria parta est.
 Pergama tunc vici, cùm vinci posse coëgi.
 Desine Tydiden vultuq₃, & murmure nobis
 Ostentare meum: pars est sua laudis in illo.
 Nec tu cum socia clypeum pro classe tenebas,
 Solus eras, tibi turba comes, mihi contigit vnus.
 Qui nisi pugnacem sciret sapiente minorem
 Esse, nec indomita deberi præmia dextræ,
 Ipse quoq₃ hæc peteret, peteret moderatior Ajax,
 Eurypylusq₃ ferox, claroq₃ Andromene natus,
 Nec minus Idomeneus, patriaq₃ creatus eadem
 Meriones, peteret maioris frater Atrida.

Quippe

Quip
 Conf
 Utili
 Tu v
 Tu p
 Eligi
 Nos
 Remi
 Tant
 Pect
 At vo
 Proq
 Hun
 lam
 Alta
 Per s
 Perg
 Per,
 Si qu
 Si Tr
 Este
 Huic

Vly
 igno
 infe
 alijs
 lent
 mos

Quippe manu fortes, nec sunt tibi Marte secundi,
 Consilijs cessere meis. tibi dextera bello
 Utiles ingenium est, quod eget moderamine nostro.
 Tu vires sine mente geris, mihi cura futuri est,
 Tu pugnare potes, pugnandi tempora mecum
 Eligit Atrides: tu tantum corpore * prodes,
 Nos animo, quantoq; ratem qui temperat, anteit
 Remigis officium, quanto est dux milite maior,
 Tantum ego te supero: nec non in corpore nostro
 Pectora sunt potiora manu, vigor omnis in illis.
 At vos o proceres vigili date pramiam vestro,
 Proq; tot annorum curis, quas anxius egi,
 Hunc titulum meritis pensandum reddite nostris.
 Iam labor in fine est, obstantia fata remoui,
 Altaq; posse capi faciendo Pergama cepi.
 Per spes nunc socias, casuraq; moenia Troum,
 Perq; Deos oro, quos hosti nuper ademi,
 Per, si quid superest, quod sit sapienter agendum.
 Si quid adhuc audax, ex precipitiq; petendum est,
 Si Troiae fati aliquid restare putatis,
 Este mei memores: aut si mihi non datis arma,
 Huic date, & ostendit signum fatale Mineræ.

* polles

* confert

* Troum

F A B. III. ARGUMENTVM.

Proceres Græcorum, cum Achillis arma
 Vlyssi, tanquam digniori adiudicassent, Ajax
 ignominia quasi notatus, & iniuria, quam sibi
 inferri putabat, accensus, ira q; victus (qui ab
 alijs tamen vinci non poterat) sibi manus vio-
 lentas ipse attulit: seq; suo gladio, quo pluri-
 mos ante hostes occiderat, interimit. Ex cu-

ius cruore deinceps flos purpureus, similis hyacin-
tho, natus est



Mota manus procerum est, & quid facundia posset,
Tum patuit, fortisq; viri tulit arma disertus.
Hectora qui solus, qui ferrum, ignemq; Iouemq;
Sustinuit toties, vnā non sustinet iram:
Inuictumq; virum vicit dolor: arripit ensē:
Et meus hic certē est: an & hunc sibi poscit Vlysses?
Hoc, ait, vtendum est in me mihi: quiq; cruore
Sape Phrygum maduit, domini nunc cade madebit,
Ne quisquam Aiace[m] possit superare, nisi Ajax.
Dixit, & in pectus tum demum vulnera passum
Quā patuit ferro, letalem condidit ensē.
Nec valere manus infixum educere telum.

Ajax in gla-
dium spō-
incumbit.
Aiace[m] en-
or in florē

Expn-

vacin-

*Expulit ipse cruor, rubefactaq; sanguine tellus
Purpureum viridigenuit de cespite florem,
Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus.
Littera communis medijs pueroq; viroq;
Inscripta est solijs: hæc nominis, illa querela.*

F A B. IIIL. ARGVMENTVM.

Vlyffes postquam Philoctetæ sagittas, ipso comitante, in Græcorum castra pertulit, iisdem vrbs iuxta oraculum expugnata, & igne absumpta fuit. Tuncq; horribili strage coorta, Priamus ipse ad Iouis aram, vbi se tutum fore credebat, occidebatur. Deniq; vastatis omnibus, Græci naues suas spolijs onerantes,



iax in gl
um sp
cumbit
iacis cu
in flor

*secumq; Hecubam regis Priami coniugem rapien-
tes, inde Thraciam secundo vento appulerunt.*

§§ 4

Victor

Victor ad Hypsipyles patriam, clariq³ Toantis,
 Et veterum terras infames cæde virorum,
 Transierat. tandem portu, votoq³ potitus
 Vela dat, vt referat Tirynthia tela sagittas.
 Quæ postquam ad Graios domino comitante reuexit,
 Imposita est sero tandem manus vltima bello.
 Troia simul, Priamusq³ cadunt. Priameia coniux
 Perdidit infelix hominis post omnia formam,
 Externasq³ nouo latratu terruit auras.
 Longus in angustum quæ clauditur Hellepontus
 Ilion ardebat, neq³ adhuc confederat ignis,
 Exiguumq³ senis Priami Iouis ara cruorem
 Combiberat, tractisq³ comis antistita Phæbi
 Non profecturas tendebat ad æthera palmas.
 Dardanidas matres patriorum signa Deorum
 Dum licet amplexas, succensaq³ templa tenentes
 Inuidiosa trahunt victores præmia Graij.
 Mittitur Astyanax illis de turribus, vnde
 Pugnantem pro se, proauitaq³ regna tuentem
 Sæpe videre patrem monstratum à matre solebat.
 Iamq³ viam suadet Boreas, flatuq³ secundo
 Carbasamota sonant, iubet vti nauita * ventis.
 Troia vale, rapimur clamant. dant oscula terræ
Troades, & patriæ fumantia tecta relinquunt.
 Vltima conscendit classẽ, miserabile visu,
 In medijs Hecubæ natorum inuenta sepulchris.
 Prensanter tumulos, atq³ osibus oscula dantem
 Dulichia traxere manus, tamen vnus hausit,
 Inq³ sinu cineres secum tulit Hæctoris haustos.

Hæctoris

 Hecuba in
 canem.

 Hæc
 Infer

 re
 m
 ty
 ru
 po
 co
 in
 ro



* vel

 Es
 Biston

*Hectoris in tumultu canum de vertice crinem,
Inferias inopes, crinem, lacrymasq, reliquit.*

FAB. V. ARGUMENTVM.

Cū Priamus regno suo fatale videret incumbere exitium, & filium Polydorum natu minimum multo instructum auro, ad Polymestorem, Thracū tyrannum, misit, vt si Troia vastaretur, aliquis suorum remaneret, qui regnum collapsum instaurare posset. Polymestor autem simul atq; vrbis excidium cognouit, auri cupiditate inflammatus, Polydorum interfecit: eiusq; cadauer in mare proiciens, thesauro iniusto potitus est.



*Est, vbi Troia fuit, Phrygie contraria tellus,
Bistonis habitata viris: Polymestoris illhic*

gg s

Regia

Regia diues erat, cui te commisit alendum
 Clam Polydore pater, Phrygijsq; remouit ab armis.
 Consilium sapiens, sceleris nisi pramia magnas.
 Adiecisset opes, animi irritamen auari.
 Vt cecidit fortuna Phrygum, capit impius enssem
 Rex Thracum, iuguloq; sui demisit alumni:
 Et tanquam tolli cum corpore crimina possent,
 Exanimem è scopulo subiectas misit in vndas.
 Littore Threicio classem religarat Atrides,
 Dum mare pacatum, dum ventus mitior esset.
 Hic subito, quantus cum viueret esse solebat,
 Exit humo latè rupta, similisq; minanti
 Temporis illius vultum referebat Achilles,
 Quo ferus iniusto petijt Agamemnona ferro,
 Immemoresq; mei disceditis, inquit, Achiui?
 Obrutaq; est mecum virtutis gratia nostræ?
 Ne facite: vtq; meum non sit sine honore sepulcrum,
 Placet Achilleos mactata Polyxena manes.

Polymestor
 Thrax Po
 lydorū pu:
 ra occultat.

F A B. VI. A R G V M E N T V M.

Post euerfionem Troiæ, cum Græci in Thraciam appulissent, vbi monumentum Achillis in Troia sepulti extabat, vmbra eius super tumulum visa, petijt à Græcis, vt sibi Polyxenam, Priami filiam, quam pater ei, dum viueret, adhuc despondisset, in honorem perpetuum sacrificarent. Morem igitur Græci gerentes Achilli, puellam ad moriendum paratissimam (vtpote quæ honestam seruitutis iugo necem longè præferebat) ad aram ducentes, immolarunt.

Dixit



Polyxena
ad sacrifici-
um.

Dixit, & inmiti socijs parentibus umbra
 Rapta sinu matris, quam iam propè sola fouebat,
 Fortis, & infelix, & plusquam scæmina virgo
 Ducitur ad tumulum, diroq; sit hostia busto.
 Quæ memor ipsa sui, postquam crudelibus aris
 Admotæ est, sensitq; sibi fera sacra parari:
 *Vtq; Neoptolemum stantem, ferrumq; tenentem, * inq;
 Vtq; suo vidit figentem lumina vultu:
 Vtere iam dudum generoso sanguine, dixit,
 Nulla mora est: aut tu iugulo, vel pectore telum
 Conde meo: iugulumq; simul, pectusq; retextit.
 Scilicet aut vlli seruire Polyxena vellem.
 Haud per tale sacrum numen placabitis vllum.
 Mors tantum vellem matrem mea fallere posset.

Mater

Mater obest, minuitq₃ necis mihi gaudia, quamuis
 Non mea mors illi, verum sua vita gemenda est.
 Vos modò, ne Stygios adeam non libera manes,
 Este procul, si iusta peto, tactuq₃ viriles
 Virgineo remouete manus. acceptior illi,
 Quisquis is est, quem cade mea placare paratis,
 Liber erit sanguis: si quos tamen vltima nostri
 Verba mouent oris, Priami vos filia regis
 Nunc capriua rogat, genitrici corpus inemptum
 Reddite, néue auro redimat ius triste sepulcri,
 Sed lacrymis: tunc cum poterat, redimebat & auro,
 Dixerat. at populus lacrymas, quas illa tenebat,
 Non tenet. ipse etiam flens, inuitusq₃ sacerdos
 Præbita coniecto rupit præcordia ferro.
 Illa super terram defecto poplite labens,
 Pertulit intrepidus ad fata nouissima vultus.
 Tunc quoq₃ cura fuit partes velare tegendas,
 Cum caderet, castiq₃ decus seruare pudoris.
Troades excipiunt, deploratosq₃ recensent
Priamidas, & quid dederit domus vna cruoris:
 Teg₃ gemunt virgo, teg₃ ô modò regia coniux,
 Régia dicta parens, Asia florentis imago,
 Nunc etiam præda mala fors, quam victor Vlysses
 Esse suam nollit, nisi quòd tamen Hæctora partu
 Ediderat, dominum matri vix repperit Hæctor.
 Quæ corpus complexa animæ tam sortis inane,
 Quas toties patriæ dederat natisq₃, viroq₃, (dit,
 Huic quoq₃ dat lacrymas, lacrymas invulnera fun-
 Osculaq₃ ore tegit, consuetaq₃ pectora plangit,
 Caniciem-

Caniciemq₃ suam concreto in sanguine verrens,
 Plura quidem, sed & hac laniato pectore dixit:
 Nata tuæ (quid enim superest?) dolor vltimæ matris
 Nata iaces, videoq₃ meum tuæ vulnera *pectus. *vulnus
 Et ne perdiderim quenquam sine cade *meorum, *virorum
 Tu quoq₃ vulnus habes. at te (quia scæmina) rebar
 Aferro tutam, cecidisti & scæmina ferro,
 Totq₃ tuos idem fratres, te perdidit idem
 Exitium Troia, nostriq₃ orbator Achilles.
 At postquam cecidit Paridis Phœbiq₃ sagittis,
 Nunc certè, dixi, non est metuendus Achilles,
 Tunc quoq₃ mihi metuendus erat. cinis ipse sepulti
 In genus hoc seuit: tumulo quoq₃ sensimus hostem.
 Aeacida fecunda sui iacet Ilion ingens,
 Euentuq₃ graui finita est publica clades.
 Sed finita tamen, soli mihi Pergama restant,
 In cursuq₃ meus dolor est, modo maxima rerum,
 Tot generis, natisq₃ potens, nuribusq₃, viroq₃,
 Nunc trahor exul, inops, tumulis auulsa meorum,
 Penelope munus, quæ me data pensa trahentem
 Matribus ostendens Ithacis, hæc Hectoris illa est
 Clara parens: hæc est, dicet, Priamæia coniux.
 Postq₃ tot amissos tu nunc, quæ sola leuabas
 Maternos luctus, hostilia busta piasti.
 Inferias hosti peperisti. quò ferrea resto?
 Quidue moror? quò me seruas *damnosa senectus? *annosa
 Quò dii crudeles? nisi vti noua funera cernam,
 Viuacem differtis animum? quis posse putaret
 Felicem Priamum post diruta Pergama dici?

Felix

Felix morte sua est. nec te mea nata peremptam
 Aspicit, & vitam pariter, regnumq; reliquit.
 At puto funeribus dotabere regia virgo,
 Condeturq; tuum monumentis corpus auitis.
 Non hæc est fortuna domus: tibi munera matris
 Contingent fletus, peregrinaeq; haustus arenæ.
 Omnia perdidimus, superest cur viuere tempus
 In breue sustineam, proles gratissima matri
 Nunc solus quondam minimus de stirpe virili,
 Has datus Ismario regi Polydorus in oras.
 Quid moror interea crudelia vulnera limphis
 Abluere? & sparsos immitti sanguine vultus?

F A B. VII. A R G V M E N T V M.


Postquam cadauer Polyxenæ, in honorem
 Achillis à Græcis immolata, matri Hecubæ
 redditum erat, illud lacrymis, quas fundebat,
 prius abstersum, in amne penitus purgare &
 abluere cœpit. Quo facto, corpus filij sui Poly-
 dori, quem Polymestor occiderat, fluctibus
 maris circumuagatur. id vbi mater agnouisset,
 casus mœrorem quidem auxit, sed causa interi-
 tus acerbissimi intellecta, occasionem vlciscen-
 di Polymestoris facinus quæsiuit.

Dixit, & ad littus passu procedit anili,
 Albentes lacerata comas. date Troades *vrnam,
 Dixerat infelix, liquidas hauriret vt vndas.
 Aspicit eiectum Polydori in littore corpus,
 Factaq; Threicijs ingentia vulnera telis.
 Troades exclamant. obmutuit illa dolore,

*vrnam

Corpus Po-
lydori.

Et



Et pariter vocem, lacrymasq; introrsus obortas
 Deorat ipse dolor, duroq; simillima saxo
 Torpet, & aduersa fugit modo lumina terra,
 Interdum toruos extollit ad ethera vultus,
 Nunc positi spectat vultum, nunc vulnera nati,
 Vulnera præcipue, seq; armat, & instruit ira.
 Qua simul exarsit, tanquam regina maneret,
 Vlcisci statuit, pœnæq; in imagine tota est.
 Utq; furit catulo lactante orbata leena,
 Signaq; nacta pedû sequitur, quem non videt, hostem.

FAB. VIII. ARGUMENTVM.

Hecuba cadauere Polydori filij sui in litore inuento, non tam fundebat lacrymas, quam vindicandi sceleris occasionem aucupabatur.

batur. Vocans igitur clam ad se Polymestora, simulat
se cum ipso de thesauro collocuturum : qui spe lucr
cum veniret, manus ei Hecuba, mulieribus adiuta ca
ptiuus, attulit, eumq; sæuis oppressum verberibus, sen
su videndi orbavit.



*Sic Hecube postquam cum luctu miscuit iram,
Non oblita animorum, annorum oblita suorum,
Vadit ad artificem diræ Polymestora cadis,
Colloquiumq; petit: nam se monstrare relictum
Velle latens illi, quod nato redderet aurum.
Credidit Odrysius, prædæq; assuetus amore,
In secreta venit. tum blando callidus ore,
Tolle moras Hecube, dixit, da munera nato,
Omne fore illius quod das, quod & antè dedisti*

Per

stimulat
spe lucr
diuta ca
pus, sen



Per superos iuro: spectat truculenta loquentem,
Falsaq; iurantem, tumidaq; exastuat ira.
Atq; ita correpto, captiuarum agmina matrum
Inuocat, & digitos in perfida lumina condit,
Expilatq; genis oculos: facit ira * valentem,
Immergitq; manus, fœdataq; sanguine fonti
Non lumen (neg; enim superest) loca luminis haurit.
Clade sui Thracum gens irritata tyranni
Troada telorum, lapidumq; incessere iactu
Cœpit. at hæc missum rauco cum murmure saxum
Morsibus insequitur, rictuq; ad verba parato
Latrauit conata loqui, locus extat, & ex re
Nomen habet, veterumq; diu memor illa malorum.
Tum quoq; Sithonios vlulauit mœsta per agros.
Illius Troasq; suos, hostesq; Pelasgos
Illius fortuna Deos quoq; mouerat omnes,
Sic omnes, vt & ipsa Iouis coniuxq; sororq;
Euentus Hecubam meruisse negauerit illos.


* nocentē
Hecuba ocu
los eruit Po
lymestori.

FAB. IX. ARGVMENTVM.

Cum Memnon, Tithoni Auroræq; filius, Priamo auxilium ferens, ab Achille interfectus esset, mater eius multis precibus à Ioue petijt, vt is mortem filij aliquo honore aut solatio leniret. Quod quidem à Ioue impetrauit: Nam statim aues è fauillis rogi enatae, ac Memnonidum appellationem sortitæ sunt. Solent autem quotannis istæ auiculæ ad sepulchrum eius congregari, vbi dimicantes sanguine suo manibus extincti parentant.

h h

Non



Non vacat Aurora, quanq̃ ijsdem fauerat armis,
 Cladibus, & casu Troiaeq̃, Hecubaeq̃, moueri,
 Cura Deam propior, luctusq̃, domesticus angit
 Memnonis amissi, Phrygijs quem lutea campis
 Vidit Achillea pereuntem cuspide mater.
 Vidit & ille color, quo matutina rubescunt
 Tempora. palluerat, latuitq̃, in nubibus aether.
 At non impositos supremis ignibus artus
 Sustinuit spectare parens, sed crime soluto,
 Sicut erat, magni genibus procumbere non est
 Dedita Iouis, lacrymisq̃, has addere voces,
 Omnibus inferior, quas sustinet aureus aether
 (Nam mihi sunt totum rarissima templa per orbem)
 Diua tamen veni, non vt delubra, diesq̃,

Memnonis
 rogi fauilla
 in aues.

Des



Memnonis
ogi fauilla
a aues.

Des mihi sacrificos, caliturasq; ignibus aras:
Si tamen afficias quantum tibi sœmina præstem,
Tum cùm luce nova, noctis confinia seruo,
Præmia danda putes: sed non ea cura, neg; hic est
Nunc status Auroræ, meritos vt poscat honores.
Memnonis orba mei, venio, qui fortia frustra
Pro patruo tulit arma suo, primisq; sub annis
Occidit à forti (sic Dÿ voluisti) Achille.
Da precor huic aliquem solatia mortis honorem
Summe Deûm rector, maternaq; vulnera leni.
Iuppiter annuerat: cùm Memnonis arduus alto
Corruit igne rogos, nigriq; volumina sumi
Insecere diem, veluti cùm flumine natas
Exhalant nebulas, nec Sol admittitur infrâ.
Atra fauilla volat, glomerataq; corpus in vnum
Densatur, faciemq; capit, sumitq; colorem
Atq; animum ex igni, leuitas sua præbuit alas.
Et primò similis volucris, mox vera volucris
Insonuit pennis, pariter sonuere sorores
Innumera, quibus est eadem natalis origo.
Terq; rogam lustrant, & consonans exit in auras
Ter plangor, quarto seducunt castra volatu.
Tunc duo diuersa populi de parte feroces
Bella gerunt, rostrisq; & aduncis vnguibus iras
Exercent, alasq; aduersaq; pectora lassant.
Inferiaq; cadunt cineri cognata sepulto
Corpora, seq; viro forti meminere creatas.
Præpetibus subitis nomen facit autor, ab illo
Memnonides dictæ, cùm Sol duodena peregit

Memnon
in aue

Memnonie
des.

h h 2

*Signa, parentali moritura morte rebellant.
Ergo alijs latrasse Dymantida flebile visum est:
Luctibus est Aurora suis intenta, piasq;
Nunc quoq; dat lacrymas, & toto rorat in orbe.*

FAB. X. ARGVMENTVM.

Postquam Troia à Græcorum exercitu capta & expugnata erat, Aeneas Anchisæ & Veneris filius, Troianorumq; dux præstantissimus, cum horribiliter omnia dirui, & igne vastari videret, ipseq; in extremo capitis periculo versaretur, fuga salutis suæ p-



spicere constituit: ac parentem Anchisen ætate confectum suis impositum humeris, nec non filium vnicum Iulum, cum dilectissimâ coniuge clam ex vrbe eduxit, itaq; totam familiam suam è mortis discrimine liberauit.

No

Non tamen euersam Troia cum mœnibus esse
 Spem quoq; fata sinunt * sacer, & sacra altera patrē * sacra
 Fert humeris venerabile onus Cythereius heros,
 De tantisq; opibus prædam pius eligit illam,
 Ascaniumq; suum, profugaq; per æquora classe
 Fertur ab Antandro, scelerataq; littora Thracum,
 Et Polydoro manantem sanguine terram
 Linquit, & vtilibus ventis, astuq; secundo
 Intrat Apollineam socj's comitantibus urbem.
 Hunc Anius, quo rege homines, antistite Phœbus
 Ritè colebatur, temploq; domoq; recepit,
 Urbemq; ostendit, delubraq; nota, duasq;
 Latona quondam stirpes pariente * retentas.
 Thure dato flammis, vinoq; in thura profuso,
 Caesarumq; boum fibris de more crematis,
 Regia tecta petunt, positisq; tapetibus altis
 Munera cum liquido capiunt Cerealia Baccho.
 Tunc pius Anchises: O Phœbe lecte sacerdos
 Fallor? an & natum, cùm primùm hæc mœnia vidi,
 Bisq; duas natas, quantum reminiscor, habebas?
 Huic Anius niueis circumdata tempora vittis
 Concutiens, & tristis, ait, non falleris heros
 Maxime: vidisti natorum quinq; parentem,
 Quem nunc (tanta homines rerū inconstantia versas)
 Penè vides orbem. quod enim mihi filius absens
 Auxilium? quem dicta suo de nomine tellus
 Andros habet, propatre locumq; & regna tenentem?
 Delius augurium dedit huic, dedit altera Liber
 Fœminæ stirpi voto maiora fideq;

Aeneas pie-
 tas in pa-
 rentem.

* creatæ

h b z

Munus

Munera nam tactu natarum cuncta mearum
 In segetem, laticemq; meri, baccamq; Minerua
 Transformabantur, diuesq; erat vsus in illis.
 Hoc vbi cognouit Troia populator Atrides
 (Ne non ex aliqua vestram sensisse procellam
 Nos quoq; parte putes) armorum viribus vsus
 Abstrahit inuitas gremio genitoris, alantq;
 Imperat Argolicam coelesti munere gentem.
 Effugiunt quò queq; potest: Eubœa duabus,
 Et totidem natis Andros fraterna petita est.
 Miles adest, & ni dedantur, bella minatur.
 Victa metu pietas consortia corpora pœna
 *Reddidit, & timido posses ignoscere fratri.
 Non hic Aeneas, non qui defenderet Andron
 Hector erat, per quos decimum durastis in annum.
 Iamq; parabantur captiuis vincla lacertis.
 Ille tollentes etiamnum libera cœlo
 Brachia, Bacche pater fer opem, dixere: tulitq;
 Muneris autor opem (si miro perdere more
 Ferre vocatur opem) nec qua ratione figuram
 Perdiderint, potui scire, aut nunc dicere possum.
 Summa mali nota est: pennas sumpsere, tuæq;
 Coniugis in volucres *niueas abiere columbas.

Talibus atq; alijs postquam conuiuia dictis
 Implerunt, mensa somnum petière remota:
 Cumq; die surgunt, adeuntq; oracula Phœbi.
 Qui petere antiquam matrem cognataq; iussit
 Littora, prosequitur rex, & dat nūnus ituris:
 Anchise sceptrum, chlamydem, pharetramq; nepoti,

Crate-

Agamem-
non.

*Deditit

Anij filij
columbas.*multa
E fauilla
gi filiarum
Orionis,
duo iuue-
nes.

Craterem Aeneae, quem quondam miserat illi
 Hospes ab Aemonijs Therses Ismenius oris.
 Miserat hunc illi Therses, fabricauerat Alcon
 Myleus, & longo calauerat argumento.
 Vrbs erat, & septem posses ostendere portas,
 Haec pro nomine erant, & quae foret illa, docebant.
 Ante urbem exequiae, tumuliq³, ignesq³, rogiq³
 Effusaeq³ comas, & aperta pectora matres
 Significant luctum, Nymphae quoq³ flere videntur,
 Siccatosq³ queri fontes, sine frondibus arbor
 Nuda riger: * lambunt arentia saxa capellae.
 Ecce facit medijs natas ab Orione Thebis,
 Hanc non foemineum iugulo dare pectus aperto,
 Illam demisso per fortia pectora * telo
 Pro populo cecidisse suo, pulchrisq³ per urbem
 Funeribus ferri, celebrisq³ in parte cremari:
 Tum de virginea geminos exire fauilla,
 Ne genus intereat iuuenes, quos fama Coronas
 Nominat, & cineri materno ducere pompam.

* rodunt

* ferro

Haec tenus antiquo signis fulgentibus aere
 Summus in aurato crater erat asper acantho.
 Nec leuiores datis Troiani dona remittunt,
 Dantq³ sacerdoti custodem thuris acerram,
 Dant pateram, claramq³ auro, gemmisq³ coronam.
 Inde recordati Teucros a sanguine Teucris
 Ducere principium, Cretam tenere lociq³
 Ferre diu nequiere * Iouem, centumq³ relictis
 Urbibus, Ausonios optant contingere portus.
 Sequit hyems, iactatq³ viros, Strophadumq³ receptos

Index Am-
bracius in
faxum,

* luem

h h 4,

Portu-

Portubus infidis exterruit ales Aello.
 Et iam Dulichios portus, Ithacamq₃, Samumq₃,
 Neritiasq₃, domos, regnum fallacis * Vlyſſei,
 Prætereunt, vecti certatam lite Deorum
 Ambraciam, verſiq₃, vident ſub imagine ſaxum
 Iudicis, Actiaco quæ nunc ab Apolline nota eſt.
 Vocalemq₃, ſua terram Dodonida quercu,
 Chaoniosq₃, ſinus: vbi nati rege Moloffo
 Impia ſubiectis fugere incendia pennis.

F A B. X I. A R G V M E N T V M.

Galatea, Nerei & Doridis filia, cùm amore
 Acidis (quem Faunus ex Simethide progenuit)
 iuuenis formoſiſſimi caperetur, idemq₃ puel-
 lam pari ardore in loco quodam ſecreto, con-
 uenire ſolebant. Polyphemus autem ſimiliter
 virginem amare cœpit, & compoſita cantilena,
 mirum in modum eam commendat, ſi ſit obſe-
 quens. ſin abhorreat ab ipſo, per antitheſin illâ
 vituperat. Deinceps etiam ſuas opes, imperium,
 formam, vt in ſe Nympham alliciat, vehemen-
 ter extollit.

Proxima Phæacum felicibus obſita pomis
 Rurâ petunt, Epiros ab his regnataq₃, vati
 Butrotos Phrygio, ſimulataq₃, Troia tenetur:
 Inde futurorum certi, quæ cuncta ſideli
 Priamides Helenus monitu prædixerat, intrant
 Sicaniâ, tribus hæc excurrit in æquora linguis.
 Equibus imbriferos verſa eſt Pachinos ad Auſtros
 Mollibus expoſitum Zephyris Lilybaon, ad Arctos
 Aequoris expertes, ſpectat Boreamq₃, Peloros.

Hanc

* Vlyſſei

Filij Mo-
loſſi in e-
uos.

Hanc ſi
 Sub nocte
 Scylla l
 Infeſta
 Illa ſer
 Virgini
 Ficta r
 Hanc n
 Ad pel
 Ibat, &
 Cui dur
 Talibus
 Tetam
 Expeti



Hanc subeunt Teuciri remis, aestuq, secundo,
 Sub noctem potitur Zancleæ clas̃is arena.
 Scylla latus dextrum, laeuum irrequieta Charybdis
 Infestat. vorat hæc raptas, reuomitq, carinas:
 Illa feris atram canibus succingitur aluum
 Virginis ora gerens, & (si non omnia vates
 Ficta reliquerunt) aliquo quoq, tempore virgo:
 Hanc multi petiere proci, quibus illa repulsis
 Ad pelagi Nymphas, pelagi gratissima Nymphis
 Ibat, & elusos iuuenum narrabat amores:
 Cui dum *pectendos præbet Galatea capillos,
 Talibus alloquitur *referens suspiria dictis:
 Te tamen ô virgo genius haud immitte virorum
 Expetit, vtq, facis, potes his impune negare:

Scylla in
 monstrum.

* spectan-
 dos
 * repetens

h h s

At

At mihi cui pater est Nereus, quam carula Doris
 Enixa est, quæ sunt turba quoque, tuta sororum,
 Non nisi per luctus licuit Cyclopi amorē
 Effugere, & lacrymæ vocem impediere loquentis.
 Quas ubi marmoreo deterfit pollice virgo,
 Et solata Deam est, refer o charissima dixit,
 Neue tui causam tege, sum tibi fida, doloris.
 Nereis his contrà rescuta Crateide natam est.

Acis erat Fauno, Nymphaque, Simethide cretus,
 Magna quidem patrisque, sui, matrisque, voluptas,
 Nostra tamen maior: nam me sibi iunxerat vni
 Pulcher, & octonis iterum natalibus actis
 Signarat teneras dubia lanugine malas.
 Hunc ego, me Cyclops nullo cum fine petebat.
 Nec si quaesieris odium Cyclopi, amorue
 Acidis in nobis fuerit præstantior, edam.
 Par vtrunque fuit. pro quanta potentia regni
 Est Venus alma tui. nempe ille immitis, & ipsis
 Horrendus sylvis, & visus ab hospite nullo
 Impune, & magni cum Dijs contemptor Olympi,
 Quid sit amor sentit, nostrisque cupidine captus
 Vritur, oblitus pecorum, antrorumque, suorum,
 Iamque tibi formæ, iamque est tibi cura placendi,
 Iam rigidos pectus rasstris Polypheme capillos,
 Iam libet hirsutam tibi falce recidere barbam,
 Et spectare feros in aqua, & componere vultus.
 Cadis amor, ferit atque, sitisque, immensa cruoris
 Cessant, & tuta veniunt, abeuntque, carina.
 Telemus interea Siculum delatus in æquor,

Polyphemeus.

Tele-

Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales,
 Terribilem Polyphemon adit, lumenq; quod vnum
 Fronte geris media, rapiet tibi dixit Vlysses.
 Risit, & ovatum stolidissime falleris (inquit)
 Altera iam rapuit. sic frustra vera monentem
 Spernit. & aut gradiens ingenti littora passu
 Degrauat, aut sessus sub opaca reuertitur antra.
 Prominet in pontum cuneatus acumine longo
 Collis, utrunq; latus circumfluit æquoris vnda.
 Hac ferus ascendit Cyclops, mediusq; resedit:
 Lanigera pecudes nullo ducente secuta.
 Cui postquam pinus, baculi quæ præbuit usum,
 Ante pedes posita est, antennis apta ferendis,
 Sumptaq; arundinibus compacta est fistula centum.
 Senferunt toti pastoria sibila montes,
 Senferunt vnda: latitans ego rupe meiq;
 Acidis in gremio residens procul, auribus haufi
 Talia dicta meis, auditaq; verba notavi:
 Candidior folio mæui Galatæa ligustri,
 Floridior prato, longa procerior alno,
 Splendidior vitro, tenero lasciuior hædo,
 Leuior assiduo detritis æquore conchis,
 Solibus hybernis, æstiva gratior umbra,
 Nobilior pomis, platano conspectior alta,
 Lucidior glacie, matura dulcior vva,
 Mollior & cycni plumis, & lacte coacto,
 Et si non fugias, riguo formosior horto,
 Senior indomitis eadem Galatæa iuuentis,
 Durior annosa quercu, fallacior vndis,

Polyphemi
 cantilena.

Lentior

Lentior & salicis virgis, & vitibus albis :
 His immobilior scopulis, violentior amne,
 Laudato pauone superbior, acrior igni,
 Asperior tribulis, sæta truculentior vrsa,
 Surdior equoribus, calcato immitior hydro :
 Et (quod præcipuè, si possem, demere vellem)
 Non tantum ceruo claris latratibus acto,
 Verùm etiam ventis, volucrig, fugacior aura.
 At, benè si noris, pigeat fugisse, morasq,
 Ipsa tuas damnes, & me retinere labores.
 Sunt mihi pars montis viuo pendentia saxo
 Antra, quibus nec sol medio sentitur in æstu,
 Nec sentitur hyems : sunt poma grauantia ramos.
 Sunt auro similes longis in vitibus vuae,
 Sunt & purpureæ : tibi & has seruamus, & illas.
 Ipsa tuis manibus syluestri nata sub vmbra
 Molliæ fraga leges : ipsa autumnalia corna,
 Prunag, non solum nigro liuentia succo,
 Verum etiam generosa, nouasq, imitantia ceras.
 Nec tibi castaneæ me coniuge, nec tibi deerunt
 *Arbuti sætus, omnis tibi seruiet arbos.
 Hoc pecus omne meū est, multæ quoq, vallibus errant,
 Multa sylua tegit, multæ stabulantur in antris :
 Nec (si fortè roges) possem tibi dicere, quot sunt :
 Pauperis est numerare pecus. de laudibus harum
 Nil mihi credideris : præsens potes ipsa videre,
 Vt vix *sustineant distentum cruribus vber.
 Sunt sætura minor tepidis in ouilibus agni :
 Sunt quoq, par ætas alijs in ouilibus hædi.

Opes Poly
phemi.

* Arbor

* circum
eant

Lac

Lac mi
 Seruat
 Nec til
 Muner
 Parq, c
 Inueni
 Inter s
 Villosa
 Inueni
 Iam m
 Iam Ga
 Certè e
 Nuper
 Aspice
 Iuppiter
 Nescio
 Promin
 Nec me
 Corpor
 Turpis
 Pluma
 Barba
 Vnum
 Ingent
 Solvide
 Adde, q
 Hunc t
 Supplic
 Quiq, I

Lac mihi semper adest niueum: pars inde bibenda
 Seruatur, partem liquefacta coagula durant.
 Nec tibi delicia faciles, vulgataq; tantum
 Munera contingent: dama, leporesq; capraeq;
 Parq; columbarum, demptusue cacumine nidus.
 Inueni geminos, qui tecum ludere possint
 Inter se similes, vix vt dignoscere possis,
 Villosa catulos in summis montibus vrsa.
 Inueni, & dixi, domina seruabimus istos,
 Iam modò ceruleo nitidum caput exere ponto.
 Iam Galatea veni, nec munera despicere nostra.
 Certè ego me noni, liquidaq; in imagine vidi
 Nuper aqua, placuitq; mihi mea forma videnti.
 Aspice sim quantus. non est hoc corpore maior
 Iuppiter in cælo (nam vos narrare soletis
 Nescio quem regnare Iouem) coma plurima toruos
 Prominet in vultus, humerosq; vt lucus obumbrat.
 Nec mea quòd duris horrent densissima setis
 Corpora, turpe puta. turpis sine frondibus arbor:
 Turpis equus, nisi colla iuba flauentia velent.
 Pluma tegit volucres, ouibus sua lana decori est.
 Barba viros, hirtaq; decent in corpore seta.
 Vnum est in media lumen mihi fronte, sed instar
 Ingentis clypei. quid? non hæc omnia magno
 Sol videt e cælo? Solis tamen vnicus orbis.
 Adde, quòd in vestro genitor meus aquore regnat.
 Hunc tibi do socerum. tantum miserere, precesq;
 Supplicis exaudi. tibi enim succumbimus vni.
 Quicq; Iouem, & cælum sperno, & penetrabile fulmẽ,
 Nereis

Nerei te vereor tua fulmine sauior ira est.
 Atq; ego contemptus essem patientior huius,
 Si fugeres omnes, sed cur Cyclope repulso,
 Acin amas? praefersq; meis amplexibus Acin?
 Ille tamen placeatq; sibi, placeatq; licebit,
 Quod nollem, Galatea tibi, modo copia detur,
 Sentiet esse mihi tanto pro corpore vires.
 Viscera viua traham, diuulsaq; membra per agros,
 Perq; tuas spargam, si se tibi misceat, vndas.
 Vror enim, laesusq; exastuat acrior ignis,
 Cumq; suis videor translatam viribus Aetnam
 Pectore ferre meo, nec tu Galatea moueris.

FAB. XII. ARGVMENTVM.

Galateam cum Polyphemus nec minis, nec precibus, nec vllis pollicitis, in sui amorem pertrahere posset, vehementi correptus ira, ambos amantes trucidare cogitauit. Nam e spelunca sua profiliens, auulsum a monte Aetna ingentem scopulum in eos coniecit. quo viso, Galatea proximo mari iersa est: Acis autem, qui saxi non potuit effugere impetum, eo adobrutus & occisus, nec non in fluuium sui nominis eodem in loco conuersus est.


Talia nequicquam questus (nam cuncta videbam)
 Surgit, & ut taurus vacca furibundus adempta
 Stare nequit, syluaq; & notis saltibus errat.
 Cum ferus ignaros nec quicquam tale timentes
 Me videt, atq; Acin, videoq; exclamat. & ista
 Vltima sit, faciam, Veneris concordia vestra.

Tanta-

* venen



Tanta
 Debit
 Ast ego
 Terga f
 Et ser o
 Dixera
 Insequi
 Mittit,
 Angulu
 At nos q
 Fecimu
 Punice
 Tempor
 Fitq; co



Tantaq³ vox, quantam Cyclops iratus habere
 Debuit, illa fuit. clamore perhorruit Aetna.
 Ast ego vicino pauesacta sub aquore mergor.
 Terga fuga dederat conuersa Simethius heros.
 Et ser opem Galatea (precor) mihi ferte parentes,
 Dixerat, & vestris peritulum adimite regnis.
 Insequitur Cyclops, partemq³ è monte reuulsam
 Mittit, & extremus quamuis peruenit ad illum
 Angulus è saxo totum tamen obruit Acin.
 At nos quod fieri solum per fata licebat,
 Fecimus, vt vires assumeret Acis auitas.
 Puniceus de^{*} mole cruor manabat, & intra
 Temporis exiguum rubor euanescere coepit.
 Entq³ color primo turbati fluminis imbre,

* more

Purga-

Purgaturq³ mora. tum moles tecta dehiscit,
 Viuaq³ per rimas, proceraq³ surgit arundo,
 Osq³ cauum saxi sonat exultantibus vndis.
 Miraq³ res, subito media tenuis extitit aluo
 * Incinctus iuuenis flexis noua cornua cannis.
 Qui, nisi quod maior, quod toto cerulus ore est,
 Acis erat: & si quog³ erat tamen Acis in amnem
 Versus, & antiquum tenuerunt flumina nomen.

FAB. XIII. ARGVMENTVM.

Glaucus Anthedonis filius, piscator, cum speciosos pisces caperet, eos in folio reconditos seruare voluit: proutq³ dum requiesceret, & retia siccaret, exposuit. Hi autem e folijs in mare resultabant. Vt igitur causam huius rei cognosceret Glaucus, herbam, qua fuerant reconditi, dentibus mandere coepit. Quod cum fecisset, statim natura mutata, in fretum se precipitem dedit, & auxilio Deorum in marinum Deum transmutatus est, qui Scyllam, Phorci filiam, postea vehementer adamauit.

Desierat Galatæa loqui, cœtuq³ soluto
 Discedunt, placidisq³ natant Nereides vndis.
 Scylla redit: neq³ enim medio se credere ponto
 Audet, & aut bibula sine vestibibus errat arena,
 Aut vbi lassata est, seductos nocta recessus
 Gurgitis inclusa sua membra refrigerat vnda,
 Ecce fretum scindens alti nouus incola ponti
 Nuper in Euboica vorsis Anthedone membris
 Glaucus adest, visaq³ cupidine virginis ardet.

Acis in
nium.

* Infle

Glaucus
Deum
rinum.Scylla
des.

* E



* Et qu
 Verba
 Peruen
 Ante fr
 Longa
 Constit
 Ille sit i
 Casarie
 Ultima
 sensit,
 Non ego
 Sed Den
 Ius habe
 Antè ran



*Et quacunq; putat fugientem posse morari,
 Verbarefert: fugit illa tamen, veloxq; timore
 Peruenit in summum positi prope littora montis.
 Ante fretum est ingens apicem coniectus in vnum
 Longa sub arboribus conuexus ad aquora vertex,
 Constitit hîc, & tuta loco monstrumne, Deusne
 Ille sit ignorans, admiraturq; colorem,
 Casariemq; humeros, subiectaq; terga tegentem,
 Vltimaq; excipiat quod tortilis inguina piscis.
 Sensit, & innitens, quæ stabat proxima, moli,
 Non ego prodigium, nec sum fera bellua, virgo,
 Sed Deus, inquit, aqua. nec maius in equore Proteus
 Ius habet, & Triton, Athamantiadesq; Palamon.
 Ante tamen mortalis eram. sed scilicet altis

*Hic

Dedi.

Deditus equoribus, tantum exercebar in illis.
 Nam modo ducebam ducentia retia pisces,
 Nunc in mole sedens moderabar arundine linum.
 Sunt viridi prato confinia littora, quorum
 Altera pars undis, pars altera cingitur herbis:
 Quas neq; cornigera morsu laesere iuuenta,
 Nec placida carpissitis oues, hirta aue capella,
 Non apes inde tulit * collectos sedula flores,
 Non data sunt capiti genialia farta, nec unquam
 Falcifera secure manus: ego primus in illo
 Cespite confedi, dum lina madentia sicco:
 Utq; recenserem captiuos ordine pisces,
 Insuper exposui, quos aut in retia casus,
 Aut sua credulitas in aduncos egerat hamos.
 Res similis ficta, sed quid * mihi fingere prodest?
 Gramine contacto cepit mea praeda moueri,
 Et motare latus, terraq; ut in equore niti.
 Dumq; moror, mirorq; simul, fugit omnis in undas
 Turba suas, dominumq; nouum, littusq; relinquunt.
 Obstupui, dubitoq; diu, caussamq; requiro,
 Num Deus haec aliquis, num succus fecerit herba.
 Quae tamen has, inquam, vires habet herba? manuq;
 Pabula decerpsi, decerptaq; dente momordi.
 Vix bene combiberant ignotos guttura succos,
 Cum subito trepidare intus praecordia sensi,
 Alteriusq; rapi naturae pectus amore.
 Nec potui restare diu, repetendaq; nunquam
 Terra vale dixi, corpusq; sub equore mersi.
 Dij maris exceptum socio dignantur honore.

Utq;

* collectos
semine

* modò

Glaucus in
Deum mu-
ris.


Vtq; mibi quacung; feram mortalia demant,
 Oceanum, Tethynq; rogant, ego lustror ab illis,
 Et purgante nefas nouies mibi carmine dicto
 Pectora fluminibus iubeor supponere centum.
 Nec mora, diuersis lapsi de partibus amnes
 Totaq; vertuntur supra caput aquora nostrum.
 Que postquam *redeunt alium me corpore toto, * reddunt
 Ac fueram nuper, nec eundem mente recepi.
 Hactenus acta tibi possum memoranda referre,
 Hactenus & memini, nec mens mea cetera sensit.
 Hanc ego tum primum viridem ferrugine barbam.
 Cesariemq; meam, quam longa per aquora verro,
 Ingentesq; humeros, & cerula brachia vidi,
 Cruraq; pinnigero curuata nouissima pisce.
 Quid tamen hac species? quid Dijs placuisse marinis?
 Quid inuat esse Deum? si tu non tangeris istis?
 Talia dicentem, dicturum plura reliquit
 Scylla Deum. furit ille, irritatusq; repulsa
 Prodigiosa petit Titanidos atria Circes.

P. OVIDII NASO-
 NIS METAMORPHO-
 seon Liber XIII.

FAB. I. ARGVMENTVM.

Glaucus cum Scyllæ amore potiri non pos-
 set, Circe veneficam adiit: utq; à Nympha re-
 damaretur, artibus suis efficeret, eam obnixè
 rogauit. Sed Circe statim Glauci amore capta, in
 ii 2 ipsum

ipsum exarsit : à quo spreta cùm esset, omnem iram in Scyllam effudit: ac sinum quendam, in quem Nympha descensura erat, venenis infecit : quibus puberulus in varia monstra conuersa, sibi displicuit, ac tandem in fretum Siculum desiluit, vbi in monstrum marinum transmutata est.



I Amq, giganteis iniectam faucibus Aetnam,
 Aruaq, Cyclopum, quid rastra, quid vsus aratri
 Nescia, nec quicquam iunctis debentia bobus,
 Liquerat Euboicus tumidarum cultor aquarum,
 Liquerat & Zancle, aduersaq, moenia Rhégi
 Nauisfragumq, fretum gemino quod littore pressum
 Ausonia, Siculaq, tenet confinia terra.
 Inde manu magna Tyrrhena per aquora vectus,

Scylla in-
 guina in
 canes.

Herbi-

Herbi-
 Sole sa
 Quam
 Diua
 Tu po
 Quan
 Quam
 Neue
 Litton
 Scylla
 Blana
 At tu
 Oren
 Vtere
 Nec n
 Fineg
 At Ca
 Talib
 Seu V
 Talia
 Opta
 Dign
 Et si
 Ne d
 En eg
 Carr
 Vt tu
 Redd
 Talia

Herbiferos adiit colles, atq; atria Glaucus
 Sole satæ Circes variarum plena ferarum.
 Quam simul aspexit, dicta, acceptaq; salute,
 Diva Dei miserere precor, non sola lenare
 Tu potes hunc, dixit (videar modo dignus) amorem.
 Quanta sit herbarum Titani potentia, nulli
 Quàm mihi cognitius, qui sum mutatus ab illis.
 Néue mei nec nota tibi sit causa furoris,
 Littore in Italico Missenia mœnia contra
 Scylla mihi visa est. pudor est promissa, precesq;
 Blanditiasq; meas, contemptaq; verba referre.
 At tu siue aliquod regnum est in carmine, carmen
 Ore moue sacro: siue expugnantior herba est,
 Vtere tentatis operosa viribus herbe,
 Nec medeare mihi, sanesq; hæc vulnera mando.
 Fineq; nil opus est. partem ferat illa caloris.
 At Circe (neq; enim flammis habet aptius vlla
 Talibus ingenium, seu causa est huius in ipsa,
 Seu Venus indicio facit hoc offensa paterno)
 Talia verba refert: Melius sequerere volentem,
 Optantemq; eadem, pariliq; cupidine captam.
 Dignus eras vltro, poteras certeq; rogari,
 Et si spem dederis, mihi crede, rogaberis vltro.
 Ne dubites, adsitq; * tua fiducia formæ.
 En ego cùm Dea sim, nitidi cùm filia Solis,
 Carmine cùm tantū, tantū quoq; gramine possim,
 Vt tua sim, voueo. spernentem sperne, sequenti
 Redde vices, vnoq; duas vlciscere facto.
 Talia tentanti, prius inquit in aquore frondes

Circes ve-
 neficia.

* mee

Glaucus, & in summis nascentur montibus algæ,
 Sospite quàm Scylla nostri mutantur amores.
 Indignata Dea est: & ledere quatenus ipsum
 Non poterat, nec vellet amans, irascitur illi,
 Quæ sibi prælata est: Venerisq; offensa repulsa,
 Protinus horrendis infamia pabula succis
 Conterit, & tritis Hecateia carmina miscet,
 Carulaq; induitur velamina, perq; ferarum
 Agmen adulantum media procedit ab aula,
 Oppositumq; petens contra Zancleia saxa
 Rhegion ingreditur, feruentes æstibus vndas.
 In quibus, vt solida ponit vestigia terra,
 Summaq; decurrit pedibus super æquora siccis.
 Paruus erat gurgēs curuos sinuatus in arcus,
 Grata quies Scyllæ, quod se referebat ab æstu
 Et maris, & cœli, medio cùm plurimus orbe
 Sol erat, & minimas à vertice fecerat umbras.
 Hunc Dea præuitiat, portentificisq; venenis
 Inquinat: hic pressos latices radice nocenti
 Spargit, & obscurum verborum ambage nouorum
 Ter nouies carmen magico demurmurat ore.
 Scylla venit, mediaq; tenuis descenderat aluo,
 Cùm sua sædari latrantibus inguina monstris
 Aspicit: ac primò non credens corporis illas
 Esse sui partes, refugitq; abigitq; timetq;
 Ora proterua canum: sed quos fugit, attrahit vnâ.
 Et corpus querens femorum crurumq; pedumq;
 Cerbereos rictus pro partibus inuenit illis.
 Statq; canum rabies, subiectaq; terga ferarum

Inguini-

Inguinibus truncis, vterog³ extante coërcet.
Fleuit amans Glaucus, nimiumq³ hostiliter vsa
Viribus herbarum fugit connubia Circes,
Scylla loco mansit: cumq³ est data copia primum,
In Circes odium socijs spoliauit Vlysssem.
Mox eadem Teucras fuerat mersura carinas,
Niprius in scopulum, qui nunc quoq³ saxeus extat,
Transformata foret, scopulum quoq³ nauitavitat.

Scylla in saxum.

Hunc vbi Troianæ remis audiamq³ Charybdim
Euicere rates, cum iam prope littus adessent
Ausonium, Libycas vento referuntur ad oras.
Excipit Aenean illhic animog³, domog³,
Non bene disidium Phrygi³ latura mariti
Sidonis, inq³ pyra sacri sub imagine facta
Incubuit ferro, deceptaq³, decipit omnes.
Rursus arenosa fugiens noua mœnia terræ
Ad sedes Erycis, fidumq³ relatus Acesten
Sacrificat, tumulumq³ sui genitoris honorat.
Quasq³ rates Iris Iunonia penè cremarat,
Soluit, & Hyppotade regnum, terrasq³ calenti
Sulphure fumantes, Acheloidumq³ relinquit
Sirenum scopulos, orbataq³ præside pinus
In arimen, Prochytenq³ legit, steriliq³ locatas
Colle Pythecusas habitantum nomine dictas.
Quippe Deū genitor fraudem, & periuria quondam
Cecropum exosus, gentisq³ admissa dolosa
In deformem viros animal mutauit, vt iidem
Disimiles homini possent, similesq³ videri,
Membraq³ contraxit, naresq³ à fronte remissas

Cecropes in simias.

Contudit, & rugis perarauit anilibus ora.
 Totaq; velatos flauenti corpora villo
 Misit in has sedes. nec non prius abstulit vsque
 Verborum, & nata dira in periuria lingua.
 Posse queri tantum rauco stridore reliquit.

Has vbi prætrijt, & Parthenopeia dextra
 Moenia deseruit, leua de parte canori
 Aeolida tumulum, & loca foeta palustribus vndis
 Littora Cumarum, viuacisq; antra Sibylla
 Intrat, & vt manes adeat per auerna paternos
 Orat. at illa diu vultum tellure moratum
 Erexit, tandemq; Deo furibunda recepto,
 Magna petis, dixit, vir factis maxime, cuius
 Dexteraper ferrum est, pietas spectata per ignes.
 Ponetamen Troiane metum: potiere petitis,
 Elysiacq; domos, & regna nouissima mundi
 Me duce cognosces, simulacraq; chara parentis:
 Inuiavirtuti nulla est via, dixit, & auro
 Fulgentem ramum sylvia Iunonis auerna
 Monstrauit, iussitq; suo diuellere trunco.
 Paruit Aeneas, & formidabilis Orci
 Vidit opes, atavosq; suos, vmbramq; senilem
 Magnanimi Anchisæ: didicit quoq; iura locorum,
 Quæq; nouis essent adeunda pericula bellis.
 Inde ferens lapsos aduerso tramite passus,
 Cum duce Cumæa fallit sermone laborem.
 Dumq; iter horrendum per opaca crepuscula carpit,
 Seu Dea tu præsens, seu Dÿs gratissima, dixit,
 Numinis instar eris semper mihi, meq; fatebor

Aeneas nauigatio.

Aeneas con-
 gressus cum
 Sibylla Cu-
 mana.

Munc-

Muneris esse tui, quæ me loca mortis adire,
 Quæ loca me vise voluisti euadere mortis.
 Pro quibus ærias meritis enectus ad auras,
 Templata tibi statuam, tribuam tibi thuris honores.
 Respicit hunc vates, & suspiratibus haustus,
 Nec Dea sum, dixit, nec sacri thuris honore
 Humanum dignare caput. * neu nescius erres,
 Lux æterna mihi, carituraq; sine dabatur,
 Si mea virginitas Phæbo patuisset amanti.
 Dum tamen hanc sperat, dum præcorrumpere donis
 Me cupit, elige, ait virgo Cumæa, quid optes,
 Optatis potiere tuis. ego pulueris hausti
 Ostendens cumulum, quot haberet corpora pulvis,
 Tot mihi natales contingere vana rogaui.
 Excidit vt peterem iuuenes quoq; protinus annos.
 Hos tamen ille mihi dabat, æternamq; iuuentam,
 Si Venerem paterer: contempto munere Phæbi
 Innuba permaneo, sed iam felicior ætas
 Terga dedit, tremuloq; gradu venit ægra senectus,
 Quæ patienda diu est: iam nam mihi secula septem
 Acta vides, superest numeros vt pulueris æquem,
 Tercentum messes, tercentum musta videre.
 Tempus erit, cum de tanto me corpore paruam
 Longa dies faciet, consumptaq; membra senecta,
 Ad minimum redigentur onus, nec amata videbor,
 Nec placuisse Deo: Phæbus quoq; forsitan ipse
 Vel non agnosceret, vel dilexisse negabit,
 Vsq; adeo mutata ferar, nulliq; videnda,
 Voce tamen noscar: vocem mihi fata relinquent.

* ne

Sibyllæ Cū
 manæ ætæ
 prorogata
 à Phæbo.

Sibylla in
 vocem.

ii 5

FAB.

FAB. II. ARGVMENTVM.

Achæmenides Vlyssis comes, inantro Cyclopis, cui Vlysses oculum dormienti effoderat, à socijs relictus, Polyphemi tyrannidem, quam in hospites exuerat, cominus aspexit, & per tres menses in Aetna monte, herbis & glandibus tantummodò vescens, delituit. Ab Aenea autem præternauigâte (cui supplex erat) inde auctus, & ita velut è faucibus Cyclopis ereptus fuit.



Talia conuexum per iter memorante Sibylla,
Sedibus Euboicam Stygijs emerfit in urbem
Troius Aeneas, sacrisq; ex more litatis,
Littora adit nondum nutricis habentia nomen.
Hic quoq; substiterat post tadia longa laborum
Neretius Macareus, comes experientis Vlyssæi:

Caiota
trix Aeneas

Deser-

Desertum quondam medijs in rupibus Aetna
 Noscit Achameniden, improuisq; repertum
 Viuere miratus. Quis te casusue, Deusue
 Seruat Achamenide? cur inquit, barbara Graium
 Prora vehit? petitur vestra qua terra carina?
 Talia quarenti iam non hirsutus amictu,
 Iam suus, & spinis* concreto tegmine nullis
 Fatur Achamenides: iterum Polyphemon, & illos
 Aspiciam fluidos humano sanguine rictus,
 Hac mihi ni potior domus est, Ithaciq; carina,
 Si minus Aeneam veneror genitore: nec vnquam
 Esse satis potero (praestem licet omnia) gratus,
 Quod loquor, & spiro, caelumq; & lumina Solis
 Aspicio (possum ne ingratus & immemor esse?)
 Ille dedit, quod non anima haec Cyclopi in ora
 Venit, & vt lumen iam nunc vitale relinquam.
 Vt tumulto, aut certe non illa condar in aluo.
 Quid mihi tunc animi, nisi quod timor abstulit omne
 Sensum, animuq; fuit? cum vos petere alta relictus
 Aequora conspexi, volui inclamare, sed hosti
 Prodere me timui: vester quoq; clamor Vlyssis
 Penè rati nocuit. vidi cum monte reuulsum
 Immanem scopulum medias permisit in vndas,
 Vidi iterum veluti tormenti viribus acta
 Vasta giganteo iaculantem saxa lacerto.
 Et ne deprimeret fluctusue, lapisue carinam
 Pertimui, iam me non esse oblitus in illa.
 Vt verò fuga vos ab acerba morte reduxit,
 Ille quidem totam gemebundus obambulat Aetnam,

Achamenides

*conferro

Per-

Pertentatq; manu sylvas, & luminis orbis
 Rupibus incurſat, ſœdataq; brachia tabo,
 In mare protendens gentem execratur Achiuam,
 Atq; ait: O ſi quis referat mihi caſus Vlyſſem,
 Aut aliquem ex ſocijs, in quem mea ſœuiat ira,
 Viſcera cuius edam, cuius viuientia dextra
 Membra mea laniem, cuius mihi ſanguis inundet
 Guttur, & elifi trepident ſub dentibus artus.
 Quàm nullū, aut leue ſit damnum mihi lucis adeptæ?
 Hæc & plura ferox, me luridus occupat horror
 Spectantem vultus, etiamnum cæde madentes,
 Crudelesq; manus, & inanem luminis orbem,
 Membraq; & humano concretam ſanguine barbam,
 Mors erat ante oculos: nimium tamen ipſa doloris,
 Et iam preſurum, iam nunc mea viſcera rebat
 In ſua merſurum: menti q; hæbat imago
 Temporis illius, quo vidi bina meorum
 Ter quater affligi ſociorum corpora terra,
 Cùm ſuper ipſe iacens hirsuti more leonis,
 Viſceraq; & carnes, cumq; albis oſſa medullis,
 Semianimesq; artus auidam condebat in aluum.
 Me tremor inuaſit: ſtabam ſine ſanguine mæſtus,
 Mandentemq; videns, eiectantemq; cruentas
 Ore dapes, & fruſta mero glomerata vomentem.
 Talia ſingebam miſero mihi fata parari,
 Perq; dies latitans multos, omnemq; tremiſcens
 Ad ſtrepitum, mortemq; timens, cupidusq; moriri,
 Glande famem pellens, & miſta frondibus herba,
 Solus, inops, expers, leto pœnaq; relictus

* Hanc

 Polyph
 mus homi
 nes deuot

*Hanc procul aspexi longo post tempore nauem,
Orauitq; fugam gestu, ad littusq; cucurri,
Et moui, Graiumq; ratis Troiana recepit.
Tu quoq; pande tuos comitum gratissime casus,
Et ducis, & turba, quæ tecum est credita ponto.

* Haud

Errores V-
lysis.

Aeolon illeresfert Thuscoregnare profundo,
Aeolon Hippotaden cohibentem carcere ventos,
Quos bouis inclusos tergo (memorable munus)
Dulichium sumpsisse ducem, flatuq; secundo
Lucibus isse nouem, & terram aspexisse petitam.
Proxima post nonam, cum sese Aurora moueret,
Inuidia socios, prædaq; cupidine * victos
Esse ratos aurum, dempsisse ligamina ventis:
Cum quibus isse retro, per quas modo venerat vndas,
Aeolyq; ratem portus repetisse tyranni.

* captos

Inde Lamiveterem Lastrygonis, inquit, in urbem
Venimus: Antiphates terra regnabat in illa.

Antiphates
Lastrygo-
num rex.

Missus ad hunc ego sum, numero comitante duorum,
Vixq; fuga quaesita salus, comitiq; mihiq;.

Tertius è nobis Lastrygonis impia tinxit
Ora cruore suo. fugientibus instat, & agmen
Concitatur Antiphates. coeunt, & saxa, trabesq;,
Coniungunt, merguntq; viros, merguntq; carinas.

Vna tamen, quæ nos, ipsumq; vehebat Vlysem,
Effugit amissa sociorum parte, dolentes,
Multaq; conquesti terris allabimur illis, (denda
Quas procul hinc cernis. procul hinc (mihi crede) vi-
Insula visa mihi: tuq; ô iustissime Troium
Nate Dea (neg. enim finite Marte vocandus

Hofis

Hostis es Aenea) moneo, fuge littora Circes,
 Nos quoq; Circeò religata in littore pinu
 Antiphata memores, immanisuetiq; Cyclopi
 Ire negabamus, vel tecta ignota subire.
 Sorte sumus lecti: sors me, fidumq; Politen,
 Eurylochumq; simul, nimiq; * Elpenora vini,
 Bisq; nouem socios Circeà ad mœnia misit.

* Alphe-
nora

F A B. III. A R G V M E N T V M.

Vlyssis socij varia loca perlustrantes, tandem
 ad Circen peruenerunt, à qua liberaliter sunt
 excepti. Ea poculum mirificis pharmacis reple-
 tum hospitibus porrexit: quo hausto, omnes,
 præter vnicum Eurylochum, in porcos muta-
 bantur. Vlysses igitur valde iratus, Circen stri-
 cto inuasit gladio, quem eodem modo decipere
 conabatur. Is autem remedio à Mercurio ac-
 cepto tantum effecit, vt socij eius in pristinam
 formam restituerentur.

Quæ simul attigimus, stetimusq; in limite tecti,
 Mille lupi, mistiq; lupis, vrsiq; leaq;
 Occursu fecere metum: sed nulla timenda,
 Nullaq; erat nostro factura in corpore vulnus.
 Quin etiam blandas mouère per aëra caudas,
 * Nostraq; aduantes comitant vestigia, donec
 Excipiunt famule, perq; atria marmore tecta
 Ad dominam ducunt: pulchro sedet illa recessu
 * Sublimi solio, pallamq; induta nitentem,
 Insuper aurato circumuelatur amictu.
 Nereides, Nymphæq; simul, quæ vellera motis
 Nulla trahunt digitis, nec fila sequentia ducunt,

* Nosq; ad-
ludentes

* solenni

Circes aul
& pedisse-
quæ.

Grami-



Gramina disponunt, sparsosq; sine ordine flores
 Secernunt calathis, variasq; coloribus herbas.
 Ipsa quod hæ faciunt opus exigit, ipsa quis usus,
 Quæ sit in folio, quæ sit concordia mistis
 Nouit, & aduertens pensas examinat herbas.
 Hæc ubi nos vidit, dicta, acceptaq; salute,
 Diffudit vultus, & reddidit omnia votis.
 Nec mora, misceri tosti iubet ordeæ grani
 Mellæq; viniq; meri, & cum lacte coagula passo,
 Quicq; sub hac lateant furtim dulcedine succos
 Adicit: accipimus sacra data pocula dextra.
 Quæ simul arenti sitientes hausimus ore,
 Et tetigit virga summos Dea dira capillos,
 Et pudet, & referam, setis horrescere cæpi.

Vlyssis fo-
 cij in pora
 gga.

Nec

Nec iam posse queri. pro verbis edere raucum
 Murmur, & in terram toto procumbere vultu,
 Osq₃ meum sensi pando occallescere rostro,
 Colla tumere toris, & qua modo pocula parte
 Sumpta mihi fuerant, illa vestigia feci,
 Cumq₃ eadem passis (tantum medicamina possunt)
 Claudor in antra. Suis solum caruisse figura
 Vidimus Eurylochum, solus data pocula fugit :
 Quæ nisi vitasset, pecoris pars vna maneret
 Nunc quoq₃ setigeri, nec tanta cladis ab illo
 Certior ad Circen ultor venisset Vlysses.
 Pacifer huic dederat florem Cyllenius album,
 Moly vocant superi, nigra radice tenetur.
 Tutus eo, monitisq₃ simul cœlestibus intrat
 Ille domum Circes, & ad insidiosa vocatus
 Pocula, conantem virga mulcere capillos
 Reppulit, & stricto pauidam deterruit ense.
 Inde fides, dextraq₃ data, thalamoq₃ receptus
 Coningij dotem sociorum corpora poscit.

Spargimur ignota succis melioribus herba,
 Percutimurq₃ caput conuersæ verbere virgæ,
 Verbaq₃ dicuntur dictis contraria verbis.
 Quò magis illa canit, magis hoc tellure leuati
 Erigimur, setæq₃ cadunt, bifidosq₃ relinquit
 Rima pedes, redeunt humeri, & subiuncta lacertis
 Brachia sunt. flentem flentes complectimur illum.
 Hæremusq₃ ducis collo, nec verba locuti
 Vlla priora sumus, quàm nos testantia gratos.
 Anna nos illic tenuit mora, multaq₃ præsens

Tempore

Eurylochus
 nō mutatus
 à Circe.

Vlyssis so-
 cij in pri-
 nas forma

Tempore tam longo vidi, multa auribus hausi.
 Hoc quoq, cum multis, quod clam mihi rettulit una
 Quattuor è famulis ad talia sacra paratis.
 Cum duce namq, meo Circe dum sola moratur,
 Illa mihi niueo factum de marmore signum
 Ostendens iuuenile, gerens in vertice Picum
 Aede sacra positum, multisq, insigne coronis,
 Quis foret, & quare sacra coleretur in aede,
 Cur hanc ferret auem, quarenti, & scire volenti
 Accipe ait Macareu, dominaeq, potentia qua sit
 Hinc quoq, discemea, tu dictis adijce mentem.

FAB. IIII. ARGVMENTVM.

Picus ex progenie Saturni, rex Tyrrenia,
 cum in agro Laurenti crebris indulgeret vena-
 tionibus, à Circe Dea visus, propter eximiam
 corporis venustatem mirum in modum est ad-
 amatus. Is verò cum coniugis suæ, cui nomen
 Canenti fuerat, amore firmissimo deuinctus,
 illicitum Deæ concubitus recusaret, ab eadem,
 ob contemptum eius, in auem sui nominis est
 conuersus.

Picus in Ausonijs, proles Saturnia, terris
 Rex fuit, vrilium bello studiosus equorum.
 Forma viro, quam cernis, erat, licet ipse * decorem
 Aspicias, fictaq, probes ab imagine veram.
 Par animus formæ, nec adhuc spectasse tot annos
 Quinquennem poteras Graia quater edere pugna.
 Ille suos Dryadas Latijs in montibus ortas
 Verterat in vultus: illum fontana petebant
 Numina Naiades, quas Albula, quasq, Numici,

Picus Latij
 rex
 * colorem

kk

Quæ



Quas Anienis aqua, cur fug, breuissimus Almo,
 Narue tulit præceps, & opace Farfarius vnde,
 Quæq, colunt Scythica stagnum nemorale Diana
 Finitimosq, lacus, spretis tamen omnibus, vnam
 Ille colit Nympham, quam quondam in colle Palati
 Dicitur ancipiti peperisse Venilia Iano.
 Hæc vbi nubilibus primum maturuit annis,
 Præposito cunctis Laurenti tradita Pico est.
 Rara quidem facie, sed rarior arte canendi,
 Vnde Canens dicta est: syluas, & saxa mouere,
 Et mulcere feras, & flumina longa morari
 Ore suo, volucresq, vagas retinere solebat.
 Quæ dum fæminea modulatur carmina voce,
 Exierat tecto Laurentes Picus in agros,

Canens.

Indige-

Indigenas fixurus apros, tergumq; premebat
 Acris equi, lauaq; hastilia bina gerebat,
 Phœniceam fuluo chlamydem comprehensus ab auro.
 Venerat in syluas & filia Solis easdem,
 Utq; nouas legeret fecundis collibus herbas,
 Nomine dicta suo Circea reliquerat arua.
 Quæ, simul ac iuuenem virgultis abdit a vidit,
 Obstupuit: cecidere manu, quas legerat herbas,
 Flammaq; per totas visa est errare medullas.
 Ut primum valido mentem collegit ab æstu,
 Quid cuperet fassura fuit, ne posset adire
 Cursus equi fecit, circumfususq; satelles.
 Non tamen effugies, vento rapiare licebit,
 Si modo me noui, si non euauit omnis
 Herbarum virtus, nec me mea carmina fallunt.
 Dixit, & effigiem nullo cum corpore falsi
 Finxit apri, præterq; oculos transcurrere regis,
 Iussit, & in densum trabibus nemus ire videri,
 Plurima quæ sylua est, & equo loca peruia non sunt.
 Haud mora, continuo præda petit inscius umbram
 Picus, equiq; celer spumantia terga reliquit.
 Spemq; sequens vanam, sylua pedes errat in alta,
 Concipit illa preces, & verba precantia dixit,
 Ignotosq; Deos ignoto carmine adorat.
 Quo solet & niuæ vultum confundere Luna,
 Et patrio capiti bibulas subtexere nubes.
 Tunc quoq; cantato densatur carmine cælum,
 Et nebulas exhalat humus, cecisq; vagantur
 Limitibus comites, & abest custodia regis.

Circe antea
 Picum.

kk a

Nada

Nacta locum, tempusq₃. Per ô tua lumina, dixit,
 Quæ mea ceperunt, perq₃ hanc pulcherrime formam,
 Quæ facit vt supplex tibi sim Dea, consule nostris
 Ignibus, & focerum, qui præuidet omnia, Solem

*Aspice, nec durus Titanida despicere Circen.

*accipe

Dixerat: ille ferox ipsamq₃, precesq₃, repellit,
 Et quæcunq₃ es, ait, non sum tuus: altera captam
 Me tenet, & teneat per longum comprecor auum:

Nec Veneræ externa socialia fœdera lædam,
 Dum mihi lanigenam seruabunt fata Canentem.

Sæpe retentatis precibus Titania frustra,

Non impune feres, neq₃, ait, reddere Canenti:

Læsâq₃, quid faciat, quid amans, quid fœmina discas

Rebus, ait, sed amans, & læsa, & fœmina Circe est.

Tum bis ad occasum, bis se conuertit ad ortum,

Ter iuuenem baculo tetigit, tria carmina dixit.

Ille fugit, sed se solito velocius ipse

Currere miratus, pennas in corpore vidit.

Seq₃, nouam subito Latij's accedere syluis

Indignatus auem, duro fera robora rostro

Figit, & iratus longis dat vulnera ramis.

Purpureum chlamydis penna traxere colorem,

Fibula quod fuerat, vestemq₃, momorderat aurum,

Pluma sit, & fuluo ceruix præcingitur auro,

Nec quicquam antiquum Pico, nisi nomina, restat.

Interea comites clamato sæpe per agros

Ne quicquam Pico, nullaq₃, in parte reperto,

Inueniunt Circen (nam iam tenuauerat auras,

Passâq₃, erat nebulas ventis ac sole resolui)

Picus à Circe mutatur in auem sui nominis.

Pici comites in varias feras.

Crimi-

Criminibusq³ premunt veris, regemq³ reposcunt,
Vimq³ ferunt, scuisq³ parant incessere telis.

Illanocens spargit virus, succosq³ veneni,
Et noctem, noctisq³ Deos, Erebonq³ Chaonq³
Conuocat, & longis Hecaten vlulatibus orat.

Exiluire loco (dictu mirabile) syluæ,
Ingemuitq³ solum, vicinaq³ palluit arbor.

Sparsaq³ sanguineis *rubuerunt pabula guttis:
Et lapides visi mugitus edere raucos,

* madue-
runt

Et latrare canes, & humus serpentibus atris
Squallere, & tenues animæ volitare videntur.

Attonitum monstis vulgus pauet: illa *pauentum

* clientum

Ora venenata tetigit mirantia virga:

Cuius ab attactu variarum monstra ferarum

In iuuenes veniunt, nulli sua mansit imago.

*Presserat occiduus Tarchesia littora Phæbus,

Et frustra coniux oculis animoq³ Canentis

Expectatus erat. famuli, populusq³ per omnes

Discurrunt syluas, atq³ obuia lumina portant.

Nec satis est Nympha flere, & lacerare capillos,

Et dare plangorem: facit hæc tamen omnia, seq³

* Sparse-
rat

Canens Pi-
ci vxor in
auram, lo-
coq³ nomē
dedit.

Proripit, ac latos errat vesana per agros.

Sex illam noctes, totidem redeuntia Solis

Lumina viderunt inopem somniq³, cibiq³

Per iuga, per valles, quæ fors ducebat euntem,

Vltimus aspexit fessam luctuq³, viaq³

Tybris, & in gelida ponentem corpora ripa:

Illic cum lacrymis ipsos modulata dolores,

Verba sono tenui mœrens fundebat, vt olim

kk 3

Carmi-

Carmina iam moriens canit exequialia cyncus.

Luctibus extremum tenues liquefacta medullas

Tabuit, inq̃ leues paulatim euauit auras.

Fama tamen signata loco est: quem rite Canentem Canens in
auram.

Nomine de Nymphæ veteres dixere coloni.

Talia multa mihi longum narrata per annum,

Visaq̃ sunt resides, & desuetudine tardi

Rursus inire fretum, rursus dare vela iubemur:

Ancipitesq̃, vias, & iter Titaniavastum

Dixerat, & seui restare pericula ponti.

Pertimui, fateor, nactusq̃ hoc litrus adhesi.

Finierat Macareus. vrnâq̃, Aeneia nutrix

Conditam marmoreo ramulo breue carmen habebat,

Hic me Caietam nota pietatis alumnus

Caieta sc.
pulchrum.

Ereptam Argolico, quo debuit igne cremauit.

Soluitur herbofo religatus ab aggere funis,

Et procul insidias, infamatq̃, relinquunt

Tecta Dea, lucosq̃, petunt, vbi nubilus vmbra

*In mare * cum fulua prorumpit Tybris arena,*

* conuulsa

Faunigenaq̃, domo potitur, nataq̃, Latini,

Non sine Marte tamen bellum cum gente feroci

Suscipitur, pactaq̃, furit pro coniuge Turnus.

Concurrit Latio Tyrrhenia tota, diuq̃,

Ardua sollicitis victoria quæritur armis.

Augēt vterq̃, suas externo robore vires:

Et multi Rutulos, multi Troiana tuentur

Castra, neq̃, Aeneas Euandri ad mœnia frustra,

At Venulus frustra profugi Diomedis ad urbem

Diomedes

Venerat, ille quidem sub Iapyge maxima Dauuo

Mœnia

Mœnia condiderat, dotaliq; arua tenebat,
 Sed Venulus Turni postquam mandata peregit,
 Auxilium petijt. vires Actolius heros
 Excusat, nec se aut soceri committere pugna
 Velle sui populos, aut quos è gente suorum
 Armet habere vlllos. nèue hæc commenta putetis
 (Admonitu quanquam luctus renouentur amari)
 Perpetiar memorare tamen. postquam alta cremata
 Ilios, & Danaas pauerunt Pergama flammæ, (est
 Naritiuſq; heros à virgine, virgine raptæ,
 Quam meruit pœnam solus, * digessit in omnes,
 Spargimur, & ventis ini mica per æquora rapti
 Fulmina, noctem, imbres, iram cœliq;, marisq;
 Perpetimur Danaï, cumulumq; Capharea cladis.
 Nèue morer referens tristes ex ordine casus,
 Græcia tum potuit Priamo quoq; flenda videri.
 Me tamen armifera seruatum cura Minerua
 Fluctibus eripuit: patrijs sed rurſus ab agris
 Pellor, & antiquo memores de vulnere pœnas
 Exigit alma Venus, tantosq; per alta labores
 Aequora sustinui, tantos terrestribus armis,
 Vt mihi felices sint illi sæpe vocati,
 Quos communis hyems, importunuſq; Caphareus
 Mersit aquis, vellemq; horum pars vna fuisse.
 Vltima iam passi comites, belloq;, fretoq;,
 Desciant, finemq; rogant erroris. at Agnon
 Feruidus ingenio, tum verò & cladibus asper,
 Quid superest, quod iam patientia * nostra recuset
 Ferre viri? dixit. quid habet Cytherea, quod vltra

Turnus Ru-
 tuloꝝ rex
 contra Ae-
 neam.

* disſecit

Diomedis
 errores.

* vestræ

kk +

Velle

Velle puta faciat? nam dum peiora timentur,
 Est locus in voto: fors autem vbi pessima rerum est,
 Sub pedibus timor est, securaq; summa malorum.
 Audiat ipsa, licet, & quod facit, oderit omnes
 Sub Diomede viros, odium tamen illius omnes
 Spernimus, & magno stat magna potentia nobis.
 Talibus iratam Venerem, Pleuronius Agmon
 Instimulat verbis, * veteremq; resuscitat iram.
 Dicta placent paucis. numeri maioris amici
 Agmona corripimus. cui respondere volenti
 Vox pariter, vocisq; via est tenuata, comaq;
 In plumas abeunt, plumis quoq; colla teguntur,
 Pectoraq; & tergum: maiores brachia pennas
 Accipiunt, cubitiq; leues * tenuantur in alas.
 Magna pedis digitos pars occupat, oraq; cornu
 Indurata rigent, sinemq; in acumine ponunt.
 Hunc Lycus, hunc * Idas, & cum Rhetenore Nycteus, * Ioli
 Hunc miratur Abas: & dum mirantur, eandem
 Accipiunt faciem, numerusq; ex agmine maior
 Subuolat, & remos plausis circumuolat alis.
 Si volucrum qua sit dubiarum forma requiris,
 Vt non cynorum, sic albis proxima cynis.
 Vix equidem has sedes, & Iapygis arida Dauni
 Arua gener teneo minima cum parte meorum.

F A B. V. A R G V M E N T V M.

In Lauinia regione locus erat, quem Pan,
 Mercurij filius, aliquando tenuerat, is postea
 à Nymphis cultus est. Accidit autem, vt pa-
 stor quidam, Apulus nomine, ijs non modò me-
 tum

*stimulig
 Socij Dio-
 medis in a-
 ues Diome-
 deas.


*sinuan-
 tur

tum g
 verbis
 ret, q
 borem
 uersus



Ha
 Peuce
 In qui
 Et leu
 Nunc
 Appul
 Terru
 Mox v
 Ad nu

tum grauissimum incuteret, verum & procacissimis eas
verbis & duris opprobrijs laceraret : nec prius desine-
ret, quam à Nymphis loquendi priuatus munere in ar-
borem oleastrum, quæ succos amaros edere solet, con-
uersus est.



Haecenus Oenides : Venulus Calydonia regna,
Peucetiosq; sinus, Messapiaq; arua reliquit :
In quibus antra videt, quæ multa nubila sylua,
Et leuib; guttis manantia, semicaper Pan
Nunc tenet, at quodam tenuerunt tempore Nympha.
Appulus has illa pastor regione fugatas
Terruit, & primò subita formidine mouit.
Mox vbi mens redijt, & contempere sequentem,
Ad numerum motis pedibus duxere choreas,

Pastor Appu-
lus in olca-
strum.

Pan.

kk s

Impro-

*Improbat has pastor, saltuq; imitatus agresti
 Addidit obscænis conuicia rustica dictis.
 Nec prius obrucuit, quàm guttura condidit arbor.
 Arbor enim est, succoq; licet cognoscere mores.
 Quippe notam linguæ baccis oleaster amaris
 Exhibet, asperitas verborum cecidit in illas.*


F A B. V I. A R G V M E N T V M.

Cùm Turnus, Rutulorum Dux, aduersus Troianos, quibus Aeneas præerat, bellum gereret, tandem in classem illorum ignem immisit, eamq; penitus exurere statuit: Sed opinionem atq; conatum ipsius euentus fefellit. Deorum enim mater Berecynthia, eas naues, quia in Ida monte sibi dicato fabricatæ fuerant, flammis absumi non est passa. Verùm ingenti missa tempestate, in Nymphas marinas conuertit.

*Hinc vbi legati rediere negata ferentes
 Arma Aetola sibi, Rutuli sine viribus illis
 Bella infausta gerunt, multumq; ab vtraq; cruoris
 Parte datur. fert ecce auidas in pinea Turnus
 Tecta faces, ignesq; timent, quibus vnda pepercit.
 Iamq; picem & ceras, alimentaq; cetera flamma
 Mulciber vrebat, perq; altum ad carbasa malum
 Ibat, & incuruæ sumabant transstra carinæ,
 Cùm memor has pinus Ideo vertice casas
 Sancta Deum genitrix tinnitibus æthera pulsæ
 Aeris, & inflati compleuit murmure buxi.
 Perq; leues domitis inuicta leonibus auras,
 Irrita sacrilega iactas incendia dextra*

TURNUS in
 Aeneam.

Turne,



Turne, ait, eripiam: nec me patiente cremabit
 Ignis edax nemorum partes, & membra meorum.
 Intonuit dicente Dea, tonitrumq; secuti
 Cum saliente graues ceciderunt grandine nimbi.
 Aëraq; & tumidum subitis concursibus aquor
 Astræi turbant, & eunt in pralia fratres.
 E' quibus alma parens vnus viribus vsa
 Stuppea prærupit Phrygiæ retinacula puppis,
 Fertq; rates pronas, medioq; sub aquore mergit.
 Robore mollito, lignoq; in corpora verso,
 In capitum facies puppes mutantur adunca,
 In digitos abeunt, & crura natantia remi:
 Quodq; sinus fuerat, latus est: medijsq; carina
 Subdita nauigij, spina mutatur in vsum.

Aeneæ na-
 ues in myn-
 phas.

Lina

Lina coma molles, antenna brachia fiunt.
 Cæruleus ut fuerat, color est: quasq; antè timebant,
 Illas virgineis exercent lufibus vndas.
 Naiades æquorea, summis in montibus orta
 Molle fretum celebrant, nec eas sua tangit origo,
 Non tamen oblita quàm multa pericula sæpe
 Pertulerint pelago, iactatis sæpe carinis,
 Supposuere manus, nisi si qua vehebat Achiuos.

Cladis adhuc Phrygiæ memores, odere Pelasgos,
 Neritiæq; ratis viderunt fragmina letis
 Vultibus, & letis videre rigescere puppes
 Vultibus Alcinoi, saxumq; incrementum ligno.

Nauis ab
 Alcino V.
 lysi data,
 in saxum.


Spes erat in Nymphas animata classe marinas
 Posse metu monstri Rutulum desistere bello.
 Perstat, habetq; Deos pars utraq; quodq; Deorum est
 Instar, habent animos: nec iam dotalia regna,
 Nec sceptrum soceri, nec te Lauinia virgo,
 Sed vicisse petunt, deponendiq; pudore
 Bella gerunt. tandemq; Venus victricia nati
 Arma videt, Turnusq; cadit: cadit Ardea, Turno
 Sospite dicta potens: quam postquam barbarus ensis
 Abstulit, & trepida patuerunt tecta fauilla,
 Congerie è media tum primum cognita præpes
 Subuolat, & cineres plausis euerberat alis,
 Et sonus, & macies, & pallor, & omnia, captam
 Quæ deceant urbem, nomen quoq; mansit in illa
 Urbis, & ipsa suis deplangitur Ardea pennis.

Turnus vin
 citur ab Ae.
 nea.

Ardea Tur
 ni ciuitas in
 auem.

F A B. VII. A R G V M E N T V M.
 Venus postquam animaduertit filium suum
 Aeneam,

Aeneam, varijs laboribus exhaustum, ad extremum vitæ terminum peruenisse, petijt à Ioue patre, vt promissorum memor, natum in numerum Deorum reciperet. Ius precibus motus Iuppiter effecit, vt in agro Laurenti, ad flumen Numicium Aeneas laueret, & mortalitatem ablueret, interq; Deos, vt vocât, indigetes referretur.



Iamq; Deos omnes, ipsamq; Aeneia virtus
Iunonem veteres finire coërcuit iras:
Cum benè fundatis opibus crescentis Iuli,
Tempestiuus erat cælo Cythereius heros.

Ambieratq; Venus superos, colloq; parentis
Circumfusa sui, nunquam mihi dixerat vlllo
Tempore, dure pater nunc sis mitissimus opto,
Aeneaq; meo, qui te de sanguine nostro

Fecit


Fecit auum, quamuis paruum, des, optime, numen,
 Dummodo des aliquod: satis est inamabile regnum
 Aspexisse semel, Stygios semelisse per amnes.
 Assensere Dei: nec coniux regia vultus
 Immo tot tenuit, placatoq, annuit ore.
 Tum pater est is, ait, cœlesti numine dignus:
 Quæq, petis, pro quoq, petis, cape nata quod optas,
 Fatus erat: gaudet, gratesq, agit illa parenti,
 Perq, leues auras iunctis inuicta columbis
 Littus adit Laurens, vbi tectus arundine serpit
 In freta flumineis vicina Numicius vndis.
 Hunc iubet Aeneas quæcunq, obnoxia morti
 Abluere, & tacito deferre sub aquora cursu.
 Corniger exequitur Veneris mandata, suisq,
 Quicquid in Aenea fuerat mortale, repurgat,
 Et respersit aquis: pars optima restitit illi.
 Lustratum genitrix diuino corpus odore
 Vnxit, & ambrosia cum dulci nectare mista
 Contigit os, fecitq, Deum: quem turba Quirini
 Nuncupat Indigetem, temploq, arisq, recepit.

Aeneas in-
 ter Deos in-
 digetes

FAB. VIII. ARGVMENTVM.

Sub Proca rege Albanorum, Pomona fuit
 Nympha, hortorum diligentissima cultrix.
 Hanc cum Vertumnus amaret, in varias se spe-
 cies mutare solitus est. Illa autem refugiente
 concubitu, nouissimè in anum abiit, Nym-
 phæq, multis argumentis persuadere conaba-
 tur, vt sibi iungeretur. cui cum diu reluctata
 fuisset, tandem ab exemplo Iphidis eam per-
 mouit,

mouit, & in suam conuersus formam, cum virgine concubuit.



inde sub Ascanij ditione binominis Alba,
Resq; Latina fuit, successit Syluius illi:
Quo satus, antiquo tenuit repetita Latinus
Nomina cum sceptro: clarus subit * ecce Latino
Epitrus ex illo: post hunc Capetusq;, Capysq;
Sed Capys antè fuit: Regnum Tyberinus ab illis
Cepit, & in Tiberis demersus fluminis vndis
Nomina fecit aqua, de quo Remulusq;, feroxq;
Acrota sunt geniti: Remulus maturior annis
Fulmineo perijt imitator fulminis ictu,
Fratre suo sceptrum moderatior Acrota forti
Tradit Auentino, qui quo regnarat, eodem

Alba bino-
minis.

* Alba,

Tyberis.

Monte

Monte iacet positus, tribuitq; vocabula monti.
 Iamq; Palatina summam Proca gentis habebat.
 Rege sub hoc Pomona fuit, qua nulla Latinas
 Inter Hamadryadas coluit solertius hortos,
 Nec fuit arborei studiosior altera fœtus.
 Vnde tenet nomen: non sylvas illa, nec amnes,
 Rus amat, & ramos felicia poma ferentes:
 Nec iaculo grauis est, sed adunca dextera falce,
 Qua modo luxuriem premit, & spaciantia passim
 Brachia compescit, fissa modo cortice, lignum
 Inserit, & succos alieno præstat alumno.
 Nec sentire sitim patitur, bibulæq; recuruas
 Radicis fibras labentibus irrigat vndis.
 Hic amor, hoc studium: Veneris quoq; nulla cupido est.
 Vim tamen agrestum metuens, pomaria claudit
 Intus, & accessus prohibet, refugitq; viriles.
 Quid non & Satyri saltatibus apta iuuentus
 Fecere, & pinu præcincti cornua Panes,
 * Silenusq; suis semper iuuenilior annis,
 Quiq; Deus fures, vel falce, vel inguine terret.
 Vt potirentur ea? sed enim superabat amando
 Hos quoq; Vertumnus: neq; erat felicior illis.
 O quoties habitu duri messoris aristas
 Corbe tulit, veri q; fuit messoris imago.
 Tempora sæpe gerens sceno religata recenti,
 Defectum poterat gramen versare videri.
 Sæpe manu stimulos rigida portabat, vt illum
 Iurasses fessos modo disiunxisse iuuenços.
 Falce data frondator erat, vitisq; putator.

Pomona

* Sylva-
nusq;

Vertūnus.

Indue-

Indue
 Miles
 Denig
 Reppe
 Ille et
 Innit
 Asim
 Poma
 Omni
 Salue
 Pauca
 Vera
 Suspi
 Vlinu
 Quan
 At si
 Nil p
 Hec q
 Si non
 Tu ta
 Conc
 Atq;
 Sollic
 Præli
 Nunc
 Mille
 Et qu
 Sed tr
 Hanc

Induerat scalas, lecturum poma putares.
 Miles erat gladio, piscator arundine sumpta.
 Deniq; per multas aditum sibi sæpe figuras
 Repperit, vt caperet spectata gaudia forma.
 Ille etiam picta redimitus tempora mitra,
 Innitens baculo, positis per tempora canis
 Assimilauit anum, cultosq; intrauit in hortos,
 Pomaq; mirata est, tantog; *potentior, inquit,
 Omnibus es Nymphis, quas continet Albula ripis,
 Salue virginiei flos intemerate pudoris.
 Paucaq; laudata dedit oscula, qualia nunquam
 Vera dedisset anus, glebaq; incurua resedit
 Suspiciens pandos Autumni pondere ramos.
 Vlinus erat contrà speciosa nitentibus vuis,
 Quam socia postquam pariter cum vite probauit,
 At si staret, ait, cœlebs sine palmitum truncus,
 Nil præter frondes quare peteretur haberet,
 Hæc quoq; quæ iuncta vitis requiescit in vlnio,
 Si non iuncta foret, terra acclinata iaceret.
 Tu tamen exemplo non tangeris arboris huius,
 Concubitusq; fugis, nec te coniungere curas.
 Atq; vtinam velles, Helene non pluribus esset
 Sollicitata procis, nec quæ Lapitheia mouit
 Prælia, nec coniux timidi, aut audacis Vlyssæi.
 Nunc quoq; cum fugias, auerferisq; petentes,
 Mille viri cupiunt, & semideiq; Deiq;
 Et quæcunq; tenent Albanos numina montes.
 Sed tu si sapias, si te benè iungere, anumq;
 Hanc audire voles, quæ te plus omnibus illis.

Vertumnus
in anum.

*peritior

Plus quàm credis, amo, vulgares reijce tadas:
 Vertumnumq³ tori socium tibi delige, pro quo
 Me quoq³ pignus habe. neq³ enim sibi notior ille est,
 Quàm mihi, nec toto passim vagus errat in orbe.
 Hæc loca magna colit, nec vti pars magna procorum,
 Quam modo vidit, amat: tu primus, & vltimus illi
 Ardor eris, soli q³ suos tibi deuouet annos.
 Adde quod est iuuenis, quod l naturale decoris
 Munus habet, formasq³ aptè fingetur in omnes,
 Et quod erit iussus (iubeas licet omnia) fiet.
 Quid quod amatis idè? quod quæ tibi poma coluntur
 Primus habet? lætaq³ tenet tua munera dextira?
 Sed neq³ iam sætus desiderat arbore demptos,
 Nec quas ortus alit cum succis mitibus herbas,
 Nec quicquam, nisi te. miserere ardentis, & ipsum,
 Quod petit, ore meo præsentem crede precari.
 Vltioresq³ Deos, & pectora dura perosam
 Idaliæ, memoremq³ time Rhamnusidis iram.
 Quoq³ magis caueas (etenim mihi multa vetustas
 Scire dedit) referam tota notissima Cyp^{ro}
 Facta, quibus flecti facile, & mirescere possis.


F A B. I X. A R G V M E N T V M.

In insula Cyp^{ro} Anaxarete virgo fuit, ex pro-
 genie Teuc^{ri}, quæ forma cæteras puellas longè
 superabat. verum vt pulchritudo eius fuit ex-
 cellentissima, sic à virorum consuetudine pror-
 sus abhorruit. Cùm igitur Iphis eam arden-
 tissimo prosequeretur amore, nec aditus ad vir-
 ginem ipsi pateret, in tantum dolorem incidit,

vt no-

vt no
temi
 Vi
 Iphis
 Vider
 Lucta
 Vince
 Et mo
 Ne fib
 Et mo
 Sollic
 Sape
 Inter

vt noctu ante fores puellæ seipsum suspenderit. Hac autem iuuenis funus aspiciens, in saxum commutata est.



*Viderat à veteris generosam sanguine Teucri
Iphis Anaxareten humili de stirpe creatus.
Viderat, & totis perceperat osibus ignes,
Luctatusq; diu, postquam ratione furorem
Vincere non potuit, supplex ad limina venit.
Et modò nutrici miserum confessus amorem,
Ne sibi dura foret, per spes orauit alumna.
Et modò de multis alicui blanditus amicis
Sollicita petijt propensum voce fauorem.
Sape ferenda dedit blandis sua verba tabellis,
Interdum madidas lacrymarum rore coronas*

Iphis

ll 2

Posi-

Possibus intendit, posuitq₃ in limine duro
 Molle latus, tristisq₃ seræ conuicia fecit.
 Sanior illa freto surgente, cadentibus hædis,
 Durior & ferro, quod Noricus excoquit ignis,
 Et saxo, quod adhuc viuum radice tenetur,
 Spernit, & irridet, factisq₃ inmitibus addit
 Verba superba ferox, & spe quoq₃ fraudat amantem.
 Non tulit impatiens longi tormenta doloris
 Iphis, & ante fores hæc verba nouissima dixit:
 Vincis Anaxarete, neq₃ erunt tibi tadia tandem
 Vlla ferenda mei: latos molire triumphos,
 Et pæanavoca, nitidaq₃ incingere lauro.
 Vincis, ait, moriorq₃ libens, agè ferrea gaude.
 Certè aliquid laudare mei cogeris, eritq₃
 Quo tibi sim gratus, meritumq₃ fatebere nostrum.
 Non tamen antè mihi curam excessisse memento,
 Quàm vitam, geminaq₃ simul mihi luce carendum est.
 Nec tibi fama mei ventura est nuntia leti.
 Ipse ego, ne dubites, adero, præsensq₃ videbor,
 Corpore vt exanimi crudelia lumina pascas.
 Si tamen ô superi mortalia facta videtis,
 Este mei memores: nihil vltrà lingua precari
 Sustinet, & longo facite vt narremur in æuo,
 Et quæ dempsistis vitæ, date tempora famæ.
 Dixit: & ad postes ornatos sæpe coronis
 Humentes oculos, & pallida brachia tollens,
 Cùm foribus laquei religaret vincula summis,
 Hæc tibiserta placent crudelis, & impia, dixit,
 Inseruitq₂ caput: sed tum quoq₃ versus ad illam est,

Atq₂

Atq, onus infelix elisa sauce pependit.
 Ictâ pedum motu trepidantū, & multa *gementum* *gementē*
 Visa dedisse sonum est, adaperatq, ianna factum
 Prodidit: exclamant famuli, frustra₃ leuatum
 (Nam pater occiderat) referunt ad limina matris.
 Accipit illa sinu complexa₃ frigida nati
 Membra sui, postquam miserarum verba parentum
 Edidit, & matrum miserarum facta peregit,
 Funera ducebat mediam lacrymosa per urbem,
 Lurida₃ arfuro portabat membra pheretro.
 Fortò vie vicina domus, quâ flebilis ibat
 Pompa, fuit, durâ₃ sonus plangoris ad aures
 Venit Anaxaretes, quam iam Deus ultor agebat.
 Mota tamen: videamus, ait, miserabile funus,
 Et patulis inijt tectum sublime fenestris.
 Vix₃ benè impositum lecto prospexerat Iphin:
 Diriguere oculi, calidus₃ è corpore sanguis
 Inducto pallore fugit: conata₃ retro
 Ferre pedes, hæsit: conata auertere vultus,
 Hoc quoq, non potuit, paulatim₃ occupat artus,
 Quod fuit in duro iam pridem corpore, saxum.
 Néue ea ficta putes, dominae sub imagine signum
 Seruat adhuc Salamis, Veneris quoq, nomine tēplum
 Prospicientis habet, quorum memor, ô mea, lentos
 Pone (precor) fastus, & amanti iungere Nymphæ,
 Sic tibi nec vernum nascentia frigus adurat
 Poma, nec excutiant rapidi florentia venti.
 Hæc vbi nequicquam formas Deus aptus in omnes,
 Edidit, in inuenem redijt, & anilia demit

Anaxarete
 puella in
 saxum.


*Instrumenta sibi: talisq; apparuit illi,
Qualis ubi appositas nitidissima solis imago
Euicit nubes, nullaq; obstante reluxit,
Vimq; parat sed vi non est opus, inq; figura*

**Capta Dei Nymphe est, & mutua vulnera sensit. *Grata*

Vertumnus
in multas
formas.

F A B. X. ARGVMENTVM.

Post Amulij ac Numitoris (qui à patre suo Palatino, seu Proca, regnum Albanorum administrandū acceperant) interitum, Romulus vrbs à se conditæ suscepit imperium. Qui cum aduersus hostes fortiter dimicasset, & bellatorem se strenuum gessisset,



victoriâq; potitus, omnia tandem composuisset, Martis precibus (iam senior effectus) in Deorum numerum fuit translatus.

Proximus

Proximus Aufonias iniusti miles Amuli
 Rexit opes, Numitorq₃ senex amissæ nepotum
 Munere regna capit, festisq₃ Parilibus vrbis
 Mœnia conduntur. Tatius, patresq₃ Sabini
 Bellagerunt, arcisq₃ via Tarpeia reclusa
 Dignam animam pœna congestis * exiit armis.
 Inde sati Curibus tacitorum more luporum
 Ore premunt voces, & corpora victa sopore
 Inuadunt, portasq₃ petunt, quas obice firmo
 Clauserat Iliades: vnâ tamen ipsa reclusit,
 Nec strepitum verso Saturnia cardine fecit.
 Sola Venus porta cecidisse repagula sensit,
 Et clausura fuit, nisi quodd rescindere nunquam
 Djs licet acta Deum. Iano loca iuncta tenebant
 Naiades Ausonia gelido rorantia fonte:
 Has rogat auxilium, nec Nymphæ iusta petentem
 Sustinuere Deam, venasq₃ & flumina fontis
 Elicuere sui, nondum tamen inuia Iani
 Ora patentis erant, nec iter præcluserat vnda:
 Lurida supponunt sæcundo sulphura fonti,
 Incenduntq₃ cauas fumante bitumine venas,
 Viribus his, alijsq₃ vapor penetrauit ad ima
 Fontis, & Alpino modò quæ certare rigori
 Audebatis aqua, non ceditis ignibus ipsis.
 Flammifera gemini fumant aspergine postes,
 Portaq₃ nequicquam rigidis promissa Sabinis
 Fonte fuit præstructa nouo, dum Martius arma
 Induerat miles, quem postquam Romulus vltro
 Obtulit, & strata est tellus Romana Sabinis

Amulius.

Numitor.

Tatius.

* edidis

Aquæ frigi-
 dæ in cali-
 das.

Corporibus, strata estq³ suis, generisq³ cruorem
Sanguine cum soceri permiscuit impius ensis:
Pacetamen sisti bellum, nec in vltima ferro
Decertare placet, Tatiumq³ accedere regno.

Occiderat Tati³, populisq³ equata duobus
Romule iura dadas, posita cum casside Mauors
Talibus affatur diuūm³, hominumq³ parentem:
Tempus adest genitor (quoniam fundamine magno
Res Romana valet, & præsides pendet ab vno)
Premia iam promissa mihi, dignoq³ nepoti
Soluere, & ablatum terris imponere cælo.
Tu mihi concilio quondam præsente Deorum
(Nam memoro, memoriq³ animo pia verba notaui)
Vnus erit, quem tu tolles ad sidera cæli,
Dixisti: rata sit verborum summa tuorum.
Annuit omnipotens, & nubibus aëra cacis
Occuluit, tonitruq³, & fulgure terruit * orbem.
Quæ sibi promissæ sensit data signa rapinæ,
Innixusq³ haste pressos temone cruento
Impavidus conscendit equos Gradiuus, & ictu
Verberis increpuit, pronumq³ per aëra lapsus
Constitit in summo nemorosi colle Palati,
Reddentemq³ suo non regia iura Quiriti
Abstulit Iliaden. corpus mortale per auras
Dilapsū tenues, vt lata plumbea funda
Missa solet medio glans intabescere cælo.
Pulchra subit facies, & puluinaribus altis
Dignior est, qualis trabeati forma Quirini.
Flebat vt amissum coniux, cum regia Iuno

Romulus in
Deū nomi-
ne Quirinū.

* orbem

Irim

*Irin ad Herfiliam descendere limite curuo
Imperat, & vacuæ suæ sic mandata referre.*

FAB. XI. ARGUMENTVM.

Herfilia, coniux Romuli, eum amissum maritum, post immortalitatem ei attributam, desleret, Iuno Iridem ad eam descendere iussit, vt ei nunciaret, si videndi Romuli desiderio torqueretur, in collem Quirinalem se conferret. Quod cum Herfilia fecisset, sidus ab æthere delapsum est, cuius lumina ipsa in altum sublata, Ora Dea nuncupari, & à Romanis coli cœpit.



*O & de Latio, ô & de gente Sabina
Precipuum matrona decus, dignissima tanti
Antè fuisse viri coniux, nunc esse Quirini.*

Il 5

Siste

*Siste tuos fletus, & si tibi cura videndi
 Coniugis est, duce melucum pete, colle Quirino
 Qui viret, & templum Romani regis obumbrat.
 Paret, & in terram pictos delapsa per arcus,
 Hersiliam iussis compellat vocibus Iris.
 Illa verecundo vix tollens lumina vultu,
 O Dea (namq; mihi, nec quæ sis dicere promptum est,
 Et liquet esse Deam) duc, ô duc, inquit, & offer
 Coniugis ora mihi: quem si modò posse videre
 Fata semel dederint, cælum accepisse videbor.
 Nec mora Romuleos cum virgine Thaumantææ
 Ingreditur colles: ibi sidus ab æthere lapsum
 Decidit in terras, à cuius lumine flagrans
 Hersilie crinis cum sidere cecidit in auras.
 Hanc manibus notis Romanæ conditor urbis
 Excipit, & priscum pariter cum corpore nomen
 Mutat, Orâq; vocat, q̃ nunc Dea iuncta Quirino est.*

Hersilia in
 Oram, Deâ.

P. OVIDII NASO-
NIS METAMORPHO-
 seon Liber XV.

Quæritur interea quis tanta pondera molis
 Sustineat, tantoq; queat succedere regi.
 Destinât imperio clarum prænuncia veri
 Fama Numam, non ille satis cognosse Sabine
 Gentis habet ritus, animo maiora capaci
 Concipit, & quæ sit rerum natura requirit.

Numa Pom
 pilius.

Huius

Huius amor cura, patria, Curibusq; relictis
 Fecit, vt Herculei penetraret ad hospitis vrhem.
 Graia quis Italicis autor posuisset in oris
 Mœnia querenti, sic è senioribus vnus
 Rettulit indigenis, veteris non inscius aui:
 Dines ab Oceano bobus Ioue natus Iberis
 Littora felici tenuisse Lacinia cursu
 Fertur, & armento teneras errante per herbas
 Ipse domum magni, nec inhospita tecta Crotonis
 Intraſſe, & requie longum releuaſſe laborem.
 Atq; ita diſcedens auo dixiſſe, nepotum
 Hic locus vrhis erit: promiſſaq; vera fuerunt.
 Nam fuit Argolico generatus Alemone quidam
 Mycilus, illius Dîs q; acceptiſſimus aui.
 Hunc ſuper incumbens preſſum grauitate ſoporis
 Clauiger alloquitur: lapidoſas Aefaris vndas
 I pete diuerſi, patrias agè deſere ſedes.
 Et niſi paruerit, multa ac metuenda minatur.
 Poſtea diſcedunt pariter, Somnusq; Deusq;
 Surgit Alemonides, tacitaq; recentia mente
 Viſare fert, pugnatq; diu ſententia ſecum.
 Numen abire iubet, prohibent diſcedere leges.
 Pœnaq; mors poſita eſt patriam mutare volenti:
 Candidus Oceano nitidum caput abdiderat Sol,
 Et caput extulerat denſiſſima ſidereum nox,
 Viſus a deſſe idem Deus eſt, eademq; monere,
 Et niſi paruerit, plura & grauiora minari.
 Pertimuit, patriumq; ſimul transferre parabat
 In ſedes penetrare nouas. fit murmur in vrbe,

Mycilus ca-
 pitis reus fa-
 ctus.

Spreta-

Spretarumq₃ agitur legum reus: vtq₃ peracta est
 Causa prior, crimenq₃ patet sine teste probatum:
 Squallidus ad superos tendens reus ora, manusq₃,
 O cuius cælum bis sex fecere labores,

Fer, precor, inquit, opē: nam tu mihi criminis autor.

Mos erat antiquis, niueis, atrisq₃ lapillis,

His damnare reos, illis absoluerē culpa.

Tunc quoq₃ sic lata est sententia tristis, & omnis

Calculus immitem demittitur ater in urnam.

Quæ simul effudit numerandos versa lapillos,

Omnibus è nigro color est mutatus in album:

Candidaq₃ Herculeo sententia numine facta

Soluit Alemonidem. grates agit ille parenti

Amphitryoniadæ, ventisq₃ fauentibus æquor

Nauigat Ionium, Lacedæmoniumq₃ Tarentum

Præterit, & Sybarim, Salentinumq₃ Neathum

Thurinosq₃ sinus, Temesinq₃, & Iapigis arua.

Vixq₃ pererratis quæ spectant littora terris

Inuenit Aesarei fatalia fluminis ora.

Nec procul hinc tumultum, sub quo sacrata Crotonis

Ossa tegebat humus, iussaq₃ ibi mœnia terra

Condidit, & nomen tumulati traxit in urbem.

Talia constabat certa primordia fama

Esse loci, positaq₃ Italis in sinibus vrbs.

Vir fuit hic ortu Samius, sed fugerat vnâ

Et Samon, & dominos, odioq₃ tyrannidis exul

Sponte erat. isq₃ licet cœli regione remotus,

Mente Deos adiit, & quæ natura negabat

Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.

Suffragiala
ta per lapil-
los.

Calculi ni-
gri in candi-
dos.

Pythagoræ
dogmata.

Cumq₃

Cumq; animo, & vigili perspexerat omnia cura,
 In medium discenda dabat, cœtumq; silentum,
 Dictaq; mirantum, magni primordia mundi,
 Et rerum causas, & quid natura, docebat,
 Quid Deus, vnde niues, quæ fulminis esset origo,
 Iuppiter, an venti, discussa nube tonarent,
 Quid quateret terras, quæ sidera lege mearent,
 Et quodcunq; latet: primusq; animalia mensis
 Arguit imponi: primus quoq; talibus ora
 Docta quidem soluit, sed non & credita verbis:
 Parcite mortales dapibus temerare nefandis
 Corpora: sunt fruges, sunt deducentia ramos
 Pondere poma suo, tumidaq; in vitibus vuae.
 Sunt herba dulces, sunt quæ mitescere flamma,
 Molliriq; queant, nec vobis lacteus humor
 Eripitur, nec mella thymi redolentia flore.
 Prodigæ diuitias, alimenta q; mitia tellus
 Suggest, atq; epulas sine cade & sanguine præbet.
 Carne feræ sedant ieiunia, nec tamen omnes,
 Quippe equus, & pecudes, armietaq; gramine viuunt.
 *At quibus ingenium est immansuetumq; ferumq; *In
 Armenia tigres, iracundi q; leones,
 Cumq; lupis vrsi dapibus cum sanguine gaudent.
 Heu quantum scelus est in viscere viscera condi,
 Congestoq; avidum pinguescere corpore corpus,
 Alteriusq; animantem animantis viuere leto.
 Scilicet in tantis opibus, quas optima matrum
 Terra creat, nil te nisi tristitia mandere seuo
 Vulnera dente iuuat? *ritusq; referre Cyclopum? *ritusq;
 Nec

Nec nisi perdidideris alium, placare voracem,
 Et malè morati poteris ieiunia ventris?
 At vetus illa etas, cui fecimus Aurea nomen,
 Fœtibus arboreis, & quas humus educat herbis,
 Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.
 Tunc & aues tutæ mouere per aëra pennas,
 Et lepus impavidus medijs errauit in aruis,
 Nec sua credulitas piscem suspenderat hamo,
 Cuncta sine insidijs, nullamq; timentia fraudem.
 Plenag; pacis erant: postquam non utilis autor
 Victibus inuidit (quisquis fuit ille Deorum)
 Corporeasq; dapes auidam demersit in aluum,
 Fecit iter sceleri: primoq; è cade ferarum
 Incaluisse* potest maculatum sanguine ferrum,
 Idq; satis fuerat, nostrumq; petentia letum
 Corpora missa neci salua pietate fatemur.
 Sed quàm danda neci, tam non epulanda fuerunt.
 Longius inde nefas abijt, & prima putatur
 Hostia sus meruisse mori: quia semina pando
 Eruerit rostro, spemq; interceperit anni.
 Vite caper morsa Bacchi mactatus ad aras
 Dignitur vltoris, nocuit sua culpa duobus.
 Quid meruistis oues placidum pecus? inq; tuendos
 Natum homines, pleno quæ fertis in vbere nectar?
 Mollia quæ nobis vestras velamina lanas
 Præbetis, vitaq; magis, quàm morte iuuatis?
 Quid meruere boues, animal sine fraude, doloq;
 Innocuum, simplex, natum tolerare labores?
 Inimemor est demum, nec frugum munere dignus,

Qui

*putes

 Sus prima
 hostia, Ca-
 per, Oues.

Qui potuit curui dempto modo pondere aratri
 Ruricolam mactare suum, qui trita labore
 Illa quibus toties durum renouauerat aruum,
 Tot dederat messes, percussit colla securi.
 Nec satis est, quod tale nefas committitur, ipsos
 Inscriptere Deos sceleri, numenq; supernum
 Cæde laboriferi credunt gaudere iuueni.
 Victima labe carens, & præstantissima forma
 (Nam placuisse nocet.) vittis præsignis, & auro
 Sistitur ante aras, auditq; ignara precantem,
 Imponiq; sua videt inter cornua fronti,
 Quas coluit fruges percussaq; sanguine cultros
 Insicit in liquida præuisos forsitan vnda.
 Protinus ereptas viuenti pectore fibras
 Inspiciunt, mentesq; Deum scrutantur in illis.
 Vnde fames homini vetitorum tanta ciborum est?
 Audetis vefci genus ô mortale? quod oro
 Ne facite, & monitis animos aduertite nostris:
 Cumq; bouum dabitur cæforum membra palato,
 Mandere vos vestros scite & sentite colonos.
 Et quoniam Deus ora mouet, sequar ora mouentem
 Rite Deum, Delphosq; meos, ipsumq; recludam
 Aethera, & augustæ referabo oracula mentis
 Magna, nec ingenijs inuestigata priorum,
 Quæq; diu latuere, canam. iuuat ire per alta
 Astra, iuuat terris, & inertî sede relicta,
 Nube vehi, validiq; humeris insistere Atlantis:
 Palantesq; homines passim, ac rationis egentes
 Despectare procul, trepidosq; obitumq; timentes

Boues rari-
 colæ.

Fibræ pe-
 cudum.

Sic

*Sic exhortari, *sortemq, euoluere fati.*

* *seriemq*

O genus attonitum gelida formidine mortis,

Quid Styga, quid tenebras, & nomina vana timetis? Euphorbus
in Pytha
goram.

Materiem vatum, falsiq, pericula mundi?

*Corpora siue rogus flamma, seu tæbe vetustas
Abstulerit, mala posse pati non vlla putetis.*

Morte carent animæ, semperq, priore relicta

Sede, nouis domib, viuunt, habitantq, receptæ,

Palingenē
siæ Pytha
goræ.

Ipse ego (nam memini) Troiani tempore belli

Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam

Hæsit in aduerso grauis hasta minoris Atridæ.

Cognoui clypeum læuæ gestamina nostræ

Nuper Abantæis templo Iunonis in Argis.

Omnia mutantur, nihil interit: errat, & illhinc

Huc venit, hinc illhuc, & quoslibet occupat artus

Spiritus, éque feris humana in corpora transit,

Inq, feras noster, nec tempore deperit vlllo.

Vtq, nouis facilis signatur cera figuris,

Nec manet, vt fuerat, nec formas seruat easdem,

Sed tamen ipsa eadem est, animam sic semper eandem

Esse, sed in varias doceo migrare figuras.

Ergone pietas sit victa cupidine ventris,

Parcite (vaticinor) cognatas cæde nefanda

Exturbare animas, ne sanguine sanguis alatur.

Et quoniam magno feror equore, plenaq, ventis

Vela dedi, nihil est toto quod perftet in orbe:

Cuncta fluunt, omnisq, vagans formatur imago.

* *voluñtur*

*Ipsa quoq, assiduo *labuntur tempora motu,*

Mutatio-
nes rerum.

Non secus ac flumen: neq, enim consistere flumen,

Nec

Nec levis hora potest. sed vt vnda impellitur vnda,
 Vrgeturq; eadem, veniens vrgetq; priorem,
 Tempora sic fugiunt pariter, pariterq; sequuntur,
 Et noua sunt semper: nam quod fuit antè, relictū est.
 Fitq; quod haud fuerat, momentaq; cuncta nouantur.
 Cernis & emensas in lucem tendere noctes,
 Et iubar hoc nitidum nigræ succedere nocti:
 Nec color est idem cælo, quum lassa quiete
 Cuncta iacent media, quumq; albo Lucifer exit
 Clarus equo: rursumq; alius, quum prænua lucis
 Tradendum Phæbo Pallantias inficit orbem.
 Ipse Dei clypeus, terra quum tollitur ima,
 Manè rubet: terraq; rubet, quum conditur ima.
 Candidus in summo est. melior natura, quod illhic
 Aetheris est, terraq; procul contagia fugit.
 Nec par, aut eadem nocturnæ forma Diane
 Esse potest vsquam, semperq; hodierna, sequente
 Si crescit, minor est: maior, si contrahit orbem.
 Quid non in species secedere quatuor annum
 Aspicias, etatis peragentem imitamina nostræ?
 Nam tener, & lactens, pueriq; simillimus æuo
 Vere nouo est, tunc herba *nitens, & roboris experts
 Turget, & in solida est, & spe delectat agrestes.
 Omnia tum florent, florumq; coloribus almus
 Ludit ager, neq; adhuc virtus in frondibus vlla est.
 Transit in Aestatem post Ver robustior annus,
 Fitq; valens iuuenis, neq; enim robustior etas
 Vlla, nec vberior, nec qua magis ardeat vlla est.
 Excipit Autumnus, posito seruore iuuentæ

Sol.

Luna.

* recens

Ver. Aestas.

Autumnus.

mm

Matu-

Maturus, mitisq₃, inter iuuenemq₃ senemq₃
 Temperie medius, sparsus quoq₃ tempora canis.
 Inde senilis hyems tremulo venit horrida * passu,
 Aut spoliata suos, aut quos habet, alba capillos.
 Nostra quoq₃ ipsorum semper, requieq₃ sine vlla
 Corpora vertuntur, nec quod fuimusue, sumusue,
 Cras erimus: fuit illa dies, qua semina tantum,
 Spesq₃ hominum, primæ, matrisq₃ habitauimus aluo:
 Artifices natura manus admouit, & angī
 Corpora visceribus distentæ condita matris
 Noluit, æque domo vacuas emisit in auras.
 Editus in lucem iacuit sine viribus infans,
 Mox quadrupes, rituq₃ tulit sua membra ferarum.
 Paulatimq₃, tremens, & nondum poplite firmo
 Constitit, adiutisq₃ aliquo conamine neruis.
 Inde valens, veloxq₃, furit, spaciumq₃ iuuentæ
 Transit, & emeritis medij quoq₃ temporis annis,
 Labitur occidua per iter decline senectæ.
 Subruit hæc æui, demoliturq₃ prioris
 Robora, fletq₃ Milon senior cum spectat inanes
 Illos, qui fuerant solidarum * morte ferarum
 Herculeis similes, fluidos pendere lacertos.
 Flet quoq₃, vt in speculo rugas conspexit aniles
 Tyndaris, & secum, cur sit bis rapta, requirit.
 Tempus edax rerum, tuq₃ inuidiosa vetustas
 Omnia destruit, vitiatq₃ dentibus æui,
 Paulatim lenta consumitis omnia morte.
 Hæc quoq₃ non perstant, quæ nos elementa vocamus:
 Quasq₃ vices peragant, animos adhibete, docebo.

Quat-

Hyems.

* visu

 Milo Cro-
 toniates,
 * more

 Helenæ for-
 ma ætate de-
 terior.

Quattuor aeternus genitalia corpora mundus
 Continet, ex illis duo sunt onerosa, suōq;
 Pondere in inferius Tellus, atq; Vnda feruntur:
 Et totidem grauitate carent, nulloq; premente
 Alta petunt, Aër, atq; Aëre purior Ignis.
 Quæ quanquam spacio distent, tamen omnia sunt
 Ex ipsis, & in ipsa cadunt: resolutaq; Tellus
 In liquidas rarefcit aquas: tenuatus in auras,
 Aëraq; humor * abit dempto quoq; pondere rursus * habet
 In superos aër tenuissimus emicat ignis.
 Inde retro redeunt, idemq; retexitur ordo.
 Ignis enim densum spissatus in aëra transit,
 Hinc in aquas, tellus glomerata cogitur vnda.
 Nec species sua cuiq; manet, rerumq; nouatrix
 Ex alijs alias reparat natura figuras.
 Nec perit in * tanto quicquā (mibi credite) mundo, * toto
 Sed variat faciemq; nouat: nasciq; vocatur
 Incipere esse aliud, quā quod fuit antè: moriq;
 Desinere illud idem quum sint huc forsitan illa
 Hæc translata illhuc, summa tamen omnia constant.
 Nil equidem durare diu sub imagine eadem
 Crediderim, sic ad ferrum venistis ab auro
 Secula, sic toties versa est fortuna locorum.
 Vidi ego quod fuerat quondam solidissima tellus,
 Esse fretum. vidi factas ex æquore terras,
 Et procul à pelago conche iacuerè marinæ:
 Et vetus inuenta est in montibus anchora sammis.
 Quodq; fuit campus, vallem decursus aquarum
 Fecit, & eluuiè mons est deductus in æquor.

Flumina in
continentē.

Equē paludosa siccis humus aret arenis:
 Quæq; sitim tulerant, stagnata paludibus hument.
 Hic fontes natura novos emisit, & illhic
 Clausit, & antiquis tam multa tremoribus orbis
 Flumina prosiliunt, aut exiccata residunt.

Sic vbi terreno Lycus est epotus hiatu,
 Existit procul hinc, alioq; renascitur * ore.

Sic modò combibitur, tecto modò gurgite lapsus
 Redditur Argolicis ingens Erasinus in agris.

* Et Mysum, capitisq; sui, ripeq; prioris
 Pœnituisse ferunt, alia nunc ire Caicum.

Nec non Sicanias voluens Amasenus arenas
 Nunc fluit, interdum suppressis fontibus aret.

Antè bibebatur, nunc quas contingere nolis
 Fundit Anigrus aquas, postquam (nisi vatibus omnis
 Eripienda fides) illhic lauere Bimembres
 Vulnera, clauigeri quæ fecerat Herculis arcus.

Quid non & Scythicis Hypanis de mōtibus ortus,
 Qui fuerat dulcis, salibus vitiatur amaris?

Fluctibus ambitæ fuerant Antissa, Pharoq;
 Et Phœnissa Tyros, quarum nunc insula nulla est.

Leucada continuam veteres habuere coloni,
 Nunc freta circumeunt. Zancle quoq; iuncta fuisse
 Dicitur Italia, donec confinia pontus
 Abstulit, & media tellurem reppulit vnda.

Si queris Helicen, & Buran Acheidas vrbes,
 Inuenies sub aquis, & adhuc ostendere nautæ
 Inclinata solent cum mœnibus oppida merfis.

Est prope Pyththeiam tumulus Træzæna sine vllis

Arduus

Lycus flu-
uius.

* orbe

Erasinus flu-
uius.

* Emissum

Caicus flu-
uius.

Amasenus
fluuius.

Anigrus flu-
uius.

Hipanis flu-
uius.

Insulæ in cō-
tinentem.

Insulæ et
continēta.

Regiones
quædā à lo-
co genuino

abruptæ.

Helice.

Bura.

Ex planicie
montes.

Arduus arboribus, quondam planissima campi
Area, nunc tumulus. nam (res horrenda relatu)
Vis fera ventorum, cæcis inclusa cauernis,
Expirare aliquà cupiens, luctataq; frustra
Liberiore frui cælo, cum carcere rima
Nulla foret toto, nec peruia flatibus esset,
Extentam tumescit humum, ceu spiritus oris
Tendere vesicam solet, aut direpta bicornis
Terga capri: tumor ille loci permansit, & alti
Collis habet speciem, longoq; induruit æuo.

Terræmo-
tus.

Plurima cum subeant audita, aut cognita nobis,
Pauca super referam. quid? non & lymphæ figuras
Datq;, capit nouas? medio tua corniger Ammon
Vnda die gelida est, ortuq; obituq; calescit.

Ammonis
fons.

Admotis *Athamantis aquis accendere lignum
Narratur, minimos cum luna recessit in orbes.

*1 Atha-
manis

Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit
Viscera, quod tactis inducit marmora rebus.

Athamantis
fons.
Fluuius Ci-
conum.
Crathis &
Sybaris.

Crathis, & hinc Sybaris vestris conterminus oris
Electro similes faciunt, auroq; capillos.

Quodq; magis mirū est, sunt q; nō corpora tantum,
Verum animos etiam valeant mutare liquores.

Cui non audita est obscæna Salmacis vnda?

Salmacis
fons.
Aethiopū
lacus.

Aethiopesq; lacus? quos si quis faucibus hausit,
Aut furit, aut patitur mirum grauitate soporem.

Clitorio quicumq; sitim de fonte leuarit,
Vina fugit, gaudetq; meris abstemius vndis.

Clitorius
fluuius.

Seu vis est in aqua calido contraria vino,

Sive quod indigenæ memorant, Amithaone natus

mm 3

Præti-

Prætidæ attonitas postquam per carmen & herbas
Eripuit furijs, purgamina mentis in illas
Misit aquas, odiumq; meri permansit in vndis.

Hinc fluit effectû dispar Lyncestius amnis :

Lyncestius
fluvius.

Quem quicumq; parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quàm si mera vina bibisset.

Est lacus Arcadiæ, Phenium dixere priores,
Ambiguus suspectus aquis, quas nocte timeto,
Nocte nocent potæ, sine noxa luce bibuntur.

Arcadiæ la-
cus.

Sic alias, aliasq; lacus & flumina vires
Concipiunt : tempusq; fuit, quo naui in vndis,
Nunc sedet Ortygiæ. timuit concursibus Argò
Vndarum sparsas Symplegadas elisarum,
Quæ nunc immotæ perstant, ventisq; resistunt.

Ortygia in-
sula
Symplega-
des.

Nec quæ sulphureis ardet fornacibus Aetna,
Ignea semper erit : neq; enim fuit ignea semper.
Nam siue est animal Tellus, & viuit, habetq;
Spiramenta locis flammam exhalantia multis,
Spirandi mutare vias, quotiesq; mouetur,
Has finire potest, illas aperire cauernas.
Siue leues imis venti cohibentur in antris,
Saxaq; cum saxis, & habentem semina flammæ
Materiam iactant, ea concipit ictibus ignem,
Antra relinquentur sedatis frigida ventis
Siue bitumineæ rapiunt incendiæ vires,
Luteæque exiguis arescunt sulfura * fumis.
Nempe vt terra cibos, alimenta q; pinguiæ flammæ,
Non dabit, assumptis per longum viribus æuum,
Naturæq; suum nutrimentum deerit edaci,

Aetna mōs.

Terra ani-
mal.

* flammæ

Non

Non feret illa famem, desertaq₃ deseret ignes.

Esse viros fama est in Hyperborea Pallene,
Qui soleant leuibus velari corpora plumis,
Cum Tritoniacam nouies subiere paludem.

Haud equidem credo, sparsæ quoq₃ membra veneno
Exercere artes Scythides memorantur easdem.

Si qua fides rebus tamen est addenda probatis,
Nónne vides quæcunq₃ mora, fluidoq₃ calore
Corpora tabuerint, in parua animalia verti?
I quoq₃, delectos mactatos obrue tauros

(Cognita res vsu) de putri visceribus passim
Florilega nascuntur apes, quæ more parentum
Rura colunt, operiq₃ fauent, in spemq₃ laborant.

Pressus humo bellator equus Crabronis origo est.

Concaua littoreo si demas brachia cancro,
Cætera supponas terræ, de parte sepulta
Scorpius exhibit, caudaq₃ minabitur vnca.

Quæq₃ solent canis frondes intexere filis
Agrestes tineæ, res obseruata colonis,
Ferali mutant cum papilione figuram.

Semina limus habet virides generantia ranas,
Et generat truncas pedibus, mox apta natando
Crura dat: utq₃ eadem sint longis saltibus apta,
Posterior superat partes mensura priores.

Nec catulus partu quem reddidit Vrsæ recenti,
Sed malè viua caro est, lambendo mater in artus
Fingit, & in formam quantam capit ipsa reducit.

Nónne vides, quos cera tegit sexangula fœtus
Melliferarum apium sine membris corpora nasci?

Homines
in aues.

Mulieres in
aues.

Apes ex ca-
dauere bu-
bulo.

Ex equo, cra-
brones.
Scorpius ex
cancro.

Bobyces in
papiliones.

Rana ex li-
mo.

Caro in vr-
sam.

Apes pri-
mo sine pe-
dibus.

m m 4

Et

Et serosq₃ pedes, serasq₃ assumere pennas?

Iunonis volucrem, quæ cauda sidera portat,
Armigerumq₃ Iouis, Cythereidasq₃ columbas,
Et genus omne auium medijs è partibus oui
Nisi sciret fieri, quis nasci posse putaret?

Aues ex oui
medio.

Sunt qui cum clauso putrescens est spina sepulcro,
Mutari credant humanas angue medullas.

Anguis ex
hominis spi
na.

Hæc tamen ex alijs generis primordia ducunt,
Vna est, quæ reparet, seq₃ ipsa resemet ales,
Assyrii Phœnica vocant: nec fruge, nec herbis,
Sed thuris lacrymis, & succoviuit amomi.

Phoenix ex
seipso.

Hæc ubi quinq₃ suæ compleuit secula vitæ,
Ilicis in ramis, tremulaeq₃ cacumine palma,
Vnguibus, & duro nidum sibi construit ore.
Quo simulac castas, & nardi lenis aristas,
Quassaq₃ cum fulua substrauit cinnama myrrha,
Se super imponit, finitq₃ in odoribus æuum.
Inde ferunt, totidem qui viuere debeat annos,
Corpore de patrio paruum Phœnica renasci.
Cum dedit huic ætas vires, oneriq₃ ferendo est,
Ponderibus nidi ramos leuat arboris altæ,
Fertq₃ pius cunasq₃ suas, patriumq₃ sepulcrum.
Perq₃ leues auras Hyperionis vrbe potitus,
Ante fores sacras Hyperionis æde reponit.

Si tamen est aliquid miræ nouitatis in istis,
Alternare vices, & quæ modo fœmina tergo
Passa marem est, nunc esse marem miremur Hyenam.

Hyena mo-
do mas, mo-
do fœmi-
na.

Id quoq₃ quod ventis animal nutritur, & aura,
Protinus assimulat, tetigit quoscunq₃ colores.

Chameleco-
tis natura.

Vieta

*Victaracemifero Lyncas dedit India Baccho:
E quibus, vt memorant, quicquid vescare misit,
Vertitur in lapides, & congelat aere tacto.*

*Sic & Corallium, quo primùm contigit auras
Tempore, durefcit, mollis fuit herba sub vndis.*

*Definet antè dies, & in alto Phæbus anhelos
Aequore tinget equos, quàm conſequar omnia dictis
In ſpecies translata nouas: ſic omnia verti*

*Cernimus, atq; alias aſſumere robora gentes,
Concidere has. ſic magna fuit, cenſuq; virisq;
Perq; decem potuit tantum dare ſanguinis annos,
Nunc humilis veteres tantummodò Troia ruinas,
Et pro diuitijs tumulos oſtendit auorum.*

*Clara fuit Sparte: magnæ viguere Mycenæ,
Nec non & Cecropis, nec non Amphionis arces:
Vile ſolum Sparte eſt, altæ cecidere Mycenæ.*

Oedipodionia quid ſunt niſi nomina Thebæ?

Quid Pandionia reſtant niſi nomen Athenæ?

Nunc quoq; Dardaniæ fama eſt conſurgere Romam, Roma.

Appenninigenæ quæ proxima Tybridis vndis

Molle ſub ingenti rerum fundamina ponit.

Hæc igitur formam creſcendo mutat, & olim

Immenſi caput orbis erit: ſic dicere vates,

Faticinasq; ferunt ſortes, quantumq; recordor,

Dixerat Aeneæ, cùm res Troiana labaret,

Priamides Helenus flenti, dubioq; ſalutis,

Nate Dea, ſi nota ſatis præſagia noſtræ

Mentis habes, non tota cadet te ſoſpito Troia.

Flamma tibi, ferrumq; dabunt iter, ibis, & vnâ

m m 5

Pergama

Lyncurium
ex lyncum
vrina.

Coralliū ex
mollī dārū.

Rerū adeo-
que regno-
rum muta-
tiones.

Pergama rapta feres, donec Troiaeq, tibiq,
 Externum patrio contingat amicus aruum.
 Urbem etiam cerno Phrygios debere nepotes,
 Quanta nec est, nec erit, nec visa prioribus annis.
 Hanc alij proceres per secula longa potentem,
 Sed dominam rerum de sanguine natus Iuli
 Efficiet, quo cum tellus erit visa, fruuntur
 Aetherea sedes, caelumq, erit exitus illi.
 Hac Helenum cecinisse penatigero Aeneae
 Mente memor refero, cognataq, moenia letor
 Crescere, & vtiliter Phrygiis vicisse Pelasgos.
 Nec tamen oblitis ad metam tendere, longè
 Expatiemur equis, caelum, & quodcumq, sub illo est,
 Immutat formas, tellusq, & quicquid in illa est.
 Nos quoq, pars mundi (quoniam non corpora solum
 Verum etiam volucres animae sumus, inq, ferinas
 Possumus ire domos, pecudumq, in pectora condi)
 Corpora quae possunt animas habuisse parentum,
 Aut fratrum, aut aliquo iunctorum foedere nobis,
 Aut hominum, certè tuta esse, & honesta sinamus,
 Néue Thyestais cumulemus viscera mensis.
 Quàm malè consuevit, quàm se parat ille cruori
 Impius humano, vituli qui guttura cultro
 Rumpit, & immotas praebet mugitibus aures:
 Aut qui vagitus similes puerilibus hœdum
 Edentem iugulare potest: aut alite vesci,
 Cui dedit ipse cibos. quantum est quod desit in istis
 Ad plenum facinus * quis transitus inde paratur? *quàm
 Bos aret, aut mortem senioribus imputet annis.

Horri-

Horriferum contra Borean ouis arma ministret.
 Vbera dent saturæ manibus pressanda capellæ.
 Retia cum pedicis, laqueosq̃, artesq̃, dolosas
 Tollite, nec volucres viscata fallite virga,
 Nec *formidantes ceruos includite pennis,
 Nec celate cibis vncos fallacibus hamos.
 Perdite si qua nocent, verum hæc quoq̃, perditæ tantū.
 Ora vacent epulis, alimentaq̃, *congrua carpant.

*formida
 ti

*mitia

Talibus atq̃, alijs instructo pectore dictis,
 In patriam remeasse ferunt, vltroq̃, petiitum
 Accepisse Numam populi Latialis habenas,
 Coniuge qui felix Nympha, ducibusq̃, Camænis
 Sacrificos docuit ritus, gentemq̃, feroci
 Assuetam bello, pacis traduxit ad artes,
 Qui postquam senior regnumq̃, ænumq̃, peregit,
 Extinctum Latiaq̃, nurus, populusq̃, patresq̃,
 Defleuere Numam: nam coniux vrbe relicta,
 Vallis Aricinae densis latet abditæ syluis,
 Sacraq̃, Orestea gemitu, questuq̃, Diane
 Impedit, ah quoties Nymphae nemorisq̃, lacusq̃,
 Ne faceret, monuere, & consolantia verba
 Dixerunt, quoties flenti Theseius heros,
 Siste modum, dixit, nec enim fortuna querenda
 Sola tua est: similes aliorum respice casus:
 Mitius ista feres: vtinamq̃, exempla dolentem,
 Non mea te possent releuare, sed & mea possunt.

Numa Deo
 rum cultū
 instituit.

F A B. I. A R G V M E N T V M.

Hippolytus, propter odium Phædræ no-
 ueræ, quæ ipsum ad amorem sui nefandum
 allice-

allicere conabatur, patria pulsus erat. Cùm autem Trœzena (quæ est vrbs Peloponnesi) proficisceretur, propterea quod nouerca priuignum apud patrem accusabat, quasi ipsam de concubitu appellasset, & ob eam rem Hippolyto Theseus mortem esset imprecatus, illius equi à Phocis in mari perterriti, dominum suum in frustra dilaniarunt.



Fando aliquē Hippolytū, vestras si contigit aures
Credulitate patris, scelerata & fraude nouerca
Occubuisse neci, mirabere, vixq; probabo.
Sed tamen ille ego sum: me Pasiphaëa quondam
Tentatum frustra patrium temerare cubile,
Quod voluit, finxit voluisse, & crimine verso,
Indiciq; metu magis offensaue repulsa
Arguit, immeritumq; pater proiecit ab vrbe,

† hēdra Hip
Polyti no-
uerca.

Hofst.

Hostiliq³ caput prece detestatur euntis.
 Pythetiam profugo curru Træzena petebam,
 Iamq³ Corinthiaci carpebam littora ponti,
 Cum mare surrexit, cumulusq³ immanis aquarum
 In montis speciem curuari, & crescere visus,
 Et dare mugitus, summoq³ cacumine findi:
 Corniger hinc tauros ruptis expellitur vndis,
 Pectoribusq³ tenus molles erectus in auras
 Naribus, & patulo partem maris euomit ore.
 Corda pauent comitum, mihi mens interrita mansit
 Exilijs contenta suis, cum colla feroces
 Ad freta conuertunt, arrectisq³ auribus horrent
 Quadrupedes, monstriq³ metu turbantur, & altis
 Præcipitant currus scopulis: ego ducere vana
 Fræna manu, spumis albetibus oblita * lustro, * luctor
 Et retrò lentas tendo resupinus habenas.
 Nec vires tamen has rabies superasset equorum,
 Ni rota, perpetuum quæ circumuertitur axem,
 Stipitis occursum fracta & disiecta fuisset.
 Excitior curru, lorisq³ tenentibus artus
 Viscera viuâ trahi, neruosq³ in stirpe teneri.
 Membra rapi partim, partim * reprehensa relinquit, * reprensâ
 Ossa grauem dare fracta sonum, fessamq³ videres
 Exhalare animam, nullasq³ in corpore partes Hippo'lyti
 Noscere quas posses, vnumq³ erat omnia vulnus. mors.
 Num potes, aut audes cladi componere nostra,
 Nympha tuam? vidi quoq³ luce carentia regna,
 Et lacerum foui Phlegethontide corpus in vnda.
 Nec nisi Apollinei valido medicamine prolis

Reddi-

Reddit a vita foret. quam postquam fortibus herbis
 Atq; ope Pæonia Dite indignante recepi,
 Tum mihi, ne præsens auferem muneris huius
 Inuidiam, densas obiecit Cynthia nubes.
 Utq; forem tutus, possemq; impunè videri,
 Addidit ætatem, nec cognoscenda reliquit
 Ora mihi, Cretenq; diu dubitauit habendam
 Traderet an Delon: Delo, Cretaq; relictis
 Hic posuit. nomenq; simul quod possit equorum
 Admonuisse iubet deponere: quiq; fuisti
 Hippolytus, dixit, nunc idem Virbius esto.
 Hoc nemus inde colo, de Dijsq; minoribus vnus
 Numine sub domina lateo, atq; assentior illi.

Hippolytus
in Virbiū.

Non tamen Aegeriæ luctus aliena leuare
 Damnavalent, montisq; iacens radicibus imis
 Liquitur in lacrymas, donec pietate dolentis
 Mota soror Phœbi gelidum de corpore fontem
 Fecit, & æternas artus tenuauit in vndas.

Aegeria in
fontem.

At nymphas tetigit noua res, & Amazone natus
 Haud aliter stupuit, quàm cùm Tyrrhenus arator
 Fatalem glebam * motis aspexit in aruis
 Sponte sua primum, nullog; agitante moueri,
 Sumere * mox hominis, terraq; amittere formam,
 Oraq; venturis aperire recentia fatis.
 Indigenæ dixerunt Tagen, qui primus Hetruscum
 Edocuit gentem casus aperire futuros.

Gleba in pñ
erum.
* medijs

* nunc

Utq; palatinis herentem collibus olim,
 Cùm subito vidit frondescere Romulus hastam,
 Quæ radice noua, non ferro stabat adacto,

Lancea Rø-
muli in ar-
borem.

Et

*Et iam non telum, sed lentiviminis arbor
Non expectatas dabat admirantibus umbras.*

FAB. II. ARGVMENTVM.

Cippo Romano Prætori, priusquam ab hoste victor rediens atq; triumphans portam intraret, novum prodigium incidit. Namq; in capite eius subito veluti cornua emerferunt, responsumq; est, eum regem fore, si in urbem reuenteretur. Quod ne accideret, perpetuum sibi elegit exilium. Romani verò decreuerunt, vt ei tantum agri, quantum vno die agricola bobus posset exarare, donaretur, & capitis eius effigies ærea portæ, qua excefferat, includeretur.



Aut sua fluminea quum vidit Cippus in vnda

*Cippus cor
Cornua: nutus.*

Cornua vidit enim, falsamq; in imagine credens
 Esse fidem, digitis ad frontem saepe relatis
 Quæ vidit, tetigit, nec iam sua lumina damnans
 Restitit, ut victor domito veniebat ab hoste,
 Ad cælumq; oculos, & eodem cornua tollens,
 Quicquid, ait, superi monstro portenditur isto,
 Seu latum est aliquid patriæ, populoq; Quirini,
 Siue minax mihi sit: viridiq; è cespite factas
 Placat odoratis herbosas ignibus aras,
 Vinaq; dat pateris, mactatarumq; bidentum
 Quid sibi significant trepidantia consulit exta.
 Quæ simul aspexit Tyrrhena gentis aruspex,
 Magna quidem rerum molimina vidit in illis,
 Non manifesta tamen. Cum verò sustulit acre
 A' pecudis fibris, ad Cippi cornua lumen,
 Rex ait, ô salve: tibi enim, tibi Cippe, tuisq;
 Hic locus, & Latia parebunt cornibus arces:
 Tum modo rumpe moras, portasq; intrare patentes
 Adpropera, sic fata iubent. namq; vrbe receptus
 Rex eris, & sceptro tutus potiere perenni.
 Rettulit ille pedem, toruamq; à mœnibus vrbis
 Auertens faciem, procul ô procul omnia, dixit,
 Talia Dÿ pellant: multoq; ego iustius æuam
 Exulagam, quàm me videant Capitolia regem.
 Dixit, & extemplo populumq; grauemq; senatum
 Conuocat. antè tamen *capitis noua cornua fronde * placati
 Velat, & aggeribus factis à milite forti cornua
 Insistit, priscoq; Deos de more precatus, lauro
 Est, ait, hic vnus, quem vos nisi pellitis vrbe,

Rex

Rex erit, is qui sit signo, non nomine dicam.
 Cornua fronte gerit, quem vobis indicat augur,
 Si Romam intrarit, famularia iura daturum
 (Ille quidem potuit portas irrumpere apertas,
 Sed nos obstitimus, quamuis coniunctior illo
 Nemo mihi est) vos vrbe virum prohibete Quirites :
 Vel si dignus erit, grauib' vincite catenis,
 Aut finite metum fatalis morte tyranni.
 Qualia succinctis, vbi trux insibilat Eur'us,
 Murmura pinetis fiunt : aut qualia fluctus
 Aequorei faciunt, si quis procul audiat illos,
 Tale sonat populus, sed per confusa * tremētis
 Verba tamen vulgi vox eminet vna, quis ille est ?
 Et spectant frontes, prædictaq; cornua quarunt.
 Rursus ad hos Cippus, Quem poscitis, inquit, habetis,
 Et dempta capiti populo prohibente corona
 Exhibuit gemino præsignia tempora cornu.
 Demiserę oculos omnes, gemitumq; dedere,
 Atq; illud merit' clarum (quis credere possit ?)
 Inuiti videre caput, nec honore carere
 Vlt'ius passi, festam imposuere coronam.
 At procures, quoniam muros intrare vetatis,
 Ruris honorati tantum tibi Cippe dedere,
 Quantum depresso subiectis bubus aratro
 Complecti posses ad finem lucis ab ortu.
 Cornuaq; auratis miram referentia formam
 Postibus insculpunt longum mansura per ævum.

* tremētis


F A B. III. ARGVMENTVM.

Romani graui pestilentia laborantes, post

na

vbi

vbi maxima totam urbem trepidatio inuaderet, per legatos oraculum Apollinis, de vitanda tam dira lue, consuluerunt, à quo cum responsi hoc accepissent, vt Aesculapij præstantissimi medici opera vterentur, nobilissimū legati in urbem Epidaurum, iuxta Argos sitam, ad accersendum ipsum transmissi sunt: qui noctu per somnum illis baculo, nexibus serpentis circumdato, apparuit.



*Pandite nunc Muse præsentia numina Vatum
(Scitis enim, nec vos fallit spaciola Vetustas)
Vnde Coronidem circumflua Tybridis alti
Insula Romulea sacris * arcefferit vrbis.
Dira lues quondam Latias vitiauerat auras,
Pallidaq; exangui squallebant corpora morbo.*

** adiecerit
Pestilentia.*

Fune-

Funeribus fessi postquam mortalia cernunt
 Tentamenta nihil, nihil artes posse medentum,
 Auxilium cæleste petunt, mediamq; tenentis
 Orbis humum Delphos adeunt oracula Phœbi.
 Utq; salutifera miseris succurrere rebus
 Sorte velit, tantæq; vrbis mala finiat, orant.
 Et locus, & laurus, & quas habet ipse pharetras,
 Intremuere simul, cortinaq; reddidit imo
 Hanc adyto vocem, pauesactaq; corpora mouit:
 Quod petis hinc, propiore loco Romane petisses,
 Et pete nunc propiore loco: nec Apolline vobis,
 Qui minuat luctus, opus est, sed Apolline nato.
Ite bonis auib; prolemq; accersite nostram.
 Iussa Dei prudens postquam accepere Senatus,
 Quàm colat, explorat iuuenis Phœbeius urbem,
 Quiq; petant ventis Epidauria littora mittunt.
 Quæ simul incurua missi tetigere carina,
 Consilium, Graiosq; patres adiere, darentq;
 Orauere Deum, qui præsens funera gentis
 Finit Ausonia, * certant * adycere sortes.
 Disidet, & variat sententia, parsq; negandum
 Non putat auxilium: multi retinere, suamq;
 Non emittere opem, nec numina tradere suadent.
 Dum dubitant, seram pepulere crepuscula lucem,
 Vmbraq; telluris tenebras induxerat orbi,
 Cum Deus in somnis opifer consistere visus
 Ante tuum Romane torum, sed qualis in ade
 Esse solet, baculumq; tenens agreste sinistra,
 Cæsariem longa dextra deducere barba:

*certant ita
 dicere
 *addicere
 Aesculapij
 insignia.

Et placido tales emittere pectore voces :
 Pone metus, veniam, simulacraq, nostra relinquam.
 Hunc modò serpentem, baculum qui nexibus ambit,
 Perspice, & vsq, nota, visum vt cognoscere possis :
 Vertar in hunc, sed maior ero, tantusq, videbor,
 In quantum verti cœlestia corpora possunt.
 Extemplò cum voce Deus, cum voce Deoq,
 Somnus abit, somniq, fugam lux alma secuta est.
 Postera sidereos Aurora fugauerat ignes,
 Incerti quid agant proceres ad templa petiti
 Conueniunt operosa Dei, quaq, ipse morari
 Sede velit, signis cœlestibus indicet, orant.

F A B. IIII. ARGVMENTVM.

Aesculapius, cùm à legatis Romanis voca-
 retur, repentè, stupentibus admiratione omni-
 bus, in draconem mutatus, & primò in Tem-
 plum suum congregato Senatu, deinde per me-
 diam Epidaurum serpens, nauem legatorum ad
 extremum conscendit, cum quibus vectus Ro-
 mam venit, & pestiferum aërem fugans, salu-
 tiq, Romanorum arte sua medica consulens, in
 pristinam tandem formam est conuersus, &
 anguinam pellem deposuit.

Vix benè desierant, cùm cristis aureus altis
 In serpente Deus prænuncia sibila mouit,
 Aduentuq, suo, signumq, arasq, foresq,
 Marmoreumq, solum, fastigiaq, aurea mouit,
 Pectoribusq, tenus media sublimis in æde
 Constitit, atq, oculos circumtulit igne micantes.

Aesculapi-
 us Romam
 accersitur.

Territa

Territa turba pauet. cognouit numina castus
Euinctus vitta crines albente sacerdos.
En Deus est. Deus est: animis, linguisq; fauete,



Quisquis adest, dixit: sis ô pulcherrime visus
Vtiliter, populosq; iuues tua sacra cole:
Quisquis adest visum veneratur numen,
Verba sacerdotis referunt geminata, pius
Aeneada præstant, & voce, & mente fauorem.
Annuir his, motisq; Deus rata pignora crisis
Et repetita dedit vibrata sibila lingua.
Tum gradibus nitidis elabatur, oraq; retro
Flectit, & antiquas abiturus respicit aras.
Assuetasq; domus, habitataq; rempla salutat.

nn 3

Inde

Inde per iniectis adopertam floribus ingens
 Serpit humum, flectitq³ sinus, mediamq³ per urbem
 Tendit ad incuruo munitos aggere portus.
 Restitit hic, agmenq³ suum, turbæq³ sequentis
 Officium placido visus dimittere vultu.
 Corpus in Ausonia posuit rate: numinis illa
 Sensit onus, pressaq³ Dei gravitate carina,
 Aeneade gaudent, caesoq³ in littore tauro
 Torta coronata solvunt retinacula navis.
 Impulerat levis aura ratem, Deus eminet altè,
 Impositaq³, premens puppim ceruice recuruam
 Ceruleas despectat aquas, modicisq³ per æquor
 Ionium Zephyris sextæ Pallantidos ortu
 Italiam tenuit, præterq³ Lacinia templa
 Nobilitata Dea, Scyllæaq³ littora fertur.
 Linqvit Iapygiam, leuibusq³ Amphrysia remis
 Saxa fugit, dextra prærupta Ceraunia parte,
 Romechiumq³, legit, Caulonaq³, Naritiamq³,
 Euincitq³ fretum, Siculiq³, angusta Pelori,
 Hippotadæq³, domus regis, Temesesq³, metalla,
 *Leucosiamq³ petit, tepidiq³ rosaria Pæsti:
 Inde legit capreas, promontoriumq³ Mineræ,
 Et Surrentino generosos palmitæ colles,
 Herculeamq³ urbem, Stabiasq³, & in ocia natam
 Parthenopen, & ab hac Cumææ templa Sibyllæ.
 Hinc calidi fontes, lentisciferumq³, tenetur
 Linternum, multamq³, trahens sub gurgite arenam
 Vulturæ, niucisq³, frequens Sinuessæ colubris,
 Minturnæq³ graues, & quam tumulauit alumnus,

* Leuco-
riumq³

Anti-

Antiphataeq₃ domus, Trachasq₃ obfessa palude,
 Et tellus Circea, & spissi littoris * Antium.
 Huc vbi vel feram nautæ aduertere carinam
 (Asper enim iam pontus erat) Deus explicat orbes,
 Perq₃ sinus crebros, & magna volumina labens,
 Templa parentis init flauum tangentia litus.
 Acquore placato patrias Epidaurius aras
 Linqvit, & hospitio inuicti sibi numinis vsus
 Littoream tractu squamæ crepitantis arenam
 Sulcat, & innixus moderamine naxis, in alta
 Puppe caput posuit, donec castrumq₃, sacrasq₃
 Lauini sedes, Tyberinaq₃ ad hostia venit.
 Huc omnes populi passim, matrumq₃, patrumq₃
 Obuia turba ruit, quæq₃ ignes Troica seruat
 Vesta tuos, letosq₃ Deum clamore salutant.
 Quæq₃ per aduersas nauis cita ducitur vnda,
 Thura super ripas, aris ex ordine factis,
 Parte ab vtraq₃, sonant, & odorant æra fumis,
 Ictaq₃ coniectos incalfacit hostia cultros.
 Iamq₃ caput rerum, Romanam intrauerat urbem,
 Erigitur serpens, summoq₃ accliuia malo
 Colla mouet, sedesq₃ sibi circumspectis aptas.
 Scinditur in geminas partes circumfluus amnis,
 Insula nomen habet, laterumq₃ à parte duorum
 Porrigit æquales media tellure lacertos.
 Huc se de Latia pinu Phœbeius anguis
 Contulit, & finem, specie cœlesti resumpta,
 Luctibus imposuit, venitq₃ salutifer vrbi.

* Ancon


 Aesculapi-
 us Romam
 venit.

nn 4

FAB.

FAB. V. ARGVMENTVM.

Iulius Cæsar factis suis præstantibus celeber, multisq; victorijs nobilitatus, cum à Cassio & Bruto per insidias interfectus esset, Venus animam eius excepit, & ad astra retulit: vtrq; memoria eius perpetuò vigeret, ac posteritati nota essent illius egregia facinora, in stellam, quam Cometam vocant, eandem transmutauit.



Hic tamen accessit delubris aduena nostris:
 Cæsar in vrbe sua Deus est: quem Marte, togaq;
 Præcipuum, non bella magis finita triumphis,
 Resq; domi geste, properataq; gloria rerum
 In sidus vertere nouum, stellamq; cõmantem,
 Quàm sua progenies: nec enim de Cæsaris actis
 Vllum maius opus, quàm quod pater extitit huius.

Iulius C.
 far in come
 ten.

Scilices

Scilicet equoreos plus est domuisse Britannos,
 Perq₃ papyriferi septemflua flumina Nili
 Victrices egisserates, Numidasq₃ rebelles,
 Cinyphiumq₃ Iubam, Mithridateisq₃ tumentem
 Nominibus Pontum, populo adiecisse Quirini,
 Et multos meruisse, aliquos egisse, triumphos.
 Quàm tantum genuisse virum, quo præsides rerum
 Humano generi superi sauiistis abunde.
 Ne foret hic igitur mortali semine cretus,
 Ille Deus faciendus erat, quod ut aurea vidit
 Aeneæ genitrix (vidit quoq₃ triste parari
 Pontifici letum, & coniurata arma moueri)
 Palluit, & cunctis, ut cuiq₃ erat obuia, diuis
 Aspice, dicebat, quanta mihi mole parentur
 Insidie, quantaq₃ caput cum fraude petatur
 Quod de Dardanio solum mihi restat Iulo.
 Solane semper ero iniustis exercita curis?
 Quam modò Tydide Calydonia vulneret hasta,
 Nunc malè defensa confundant mœnia Troie,
 Quæ videam natum longis erroribus actum,
 Iactariq₃ freto, sedesq₃ intrare silentum,
 Bellaq₃ cum Turno gerere, aut si vera fatemur,
 Cum Iunone magis. quid nunc antiqua recordor
 Damna mei generis? timor hic meminisse priorum
 Non finit. in me acui sceleratos cernitis enses:
 Quos prohibete, precor, facinusq₃ repellite, neue
 Cade sacerdotis flammæ extinguite Vestæ.
 Talia ne quicquam toto Venus anxia cœlo
 Verba iacit, superosq₃ mouet, qui rumpere quanquam

Veneris ora
 tio pro Iu-
 lio.

Ferrea non possunt veterum decreta sororum,
 Signa tamen luctus dant haud incerta futuri.
 Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes,
 Terribilesq; tubas, auditaq; cornua cælo
 Præmonuisse nefas, Solis quoq; tristis imago
 Lurida sollicitis præbebat lumina terris.
 Sæpe faces visæ medijs ardere sub astris,
 Sæpe inter nimbos gutta cecidere cruenta,
 Cæruleus & vultum ferrugine Lucifer atra
 Sparsum erat, sparsi lunares sanguine currus.
 Tristia mille locis Stygius dedit omina bubo,
 Mille locis lachrymauit ebur, cantusq; feruntur
 Audiri, sanctis & verba minantia lucis.
 Victima nulla litat, magnosq; instare tumultus
 Fibra monet, casumq; caput reperitur in extis.
 Inq; foro, circumq; domos, & templa Deorum
 Nocturnos vlulasse canes, umbrasq; silentium
 Errauisse ferunt, motamq; tremoribus urbem.
 Non tamen insidias, venturaq; vincere fata
 Præmonitus potuere Deum, strictiq; feruntur
 In templum gladij: nec enim locus ullus in vrbe
 Ad facinus, diramq; placet nisi curia cadem.
 Tum verò Cytherea manu percussit vtrag;
 Pectus, & ætherea molitur condere nube,
 Qua prius infesto Paris est ereptus Atride,
 Et Diomedeos Aeneas fugerat enses.
 Talibus hanc genitor: sola insuperabile fatum
 Nata mouere paras? intres licet ipsa sororum
 Tecta trium, cernes illhic molimine vasto

Prodigia
 quæ Cæsa-
 ris mortem
 portende-
 rint,

Cæsar in cu-
 ria à Calsio
 & Bruto in-
 terficitur.

Ex

Ex are, & solido rerum tabularia ferro,
 Quæ neq; concussum cæli, neq; fulminis iram,
 Nec metuunt vllas tuta, atq; æterna ruinas.
 Inuenies illhic* incisa adamante perenni
 Fata tui generis: legi ipse animoq; notauit,
 Et referam, ne sis iam nunc ignara futuri.
 Hic sua compleuit, pro quo Cytherea laboras,
 Tempora perfectis quos terræ debuit annis.
 Vt Deus accedat cælo, templisq; colatur,
 Tu facies, natusq; tuus: qui nominis heres
 Impositum feret vnus onus, casiq; parentis
 Nos in bella suos fortissimus ultor habebit,
 Illius auspicijs obfessa mœnia pacem
 Victa petent Mutinæ, Pharsalia sentiet illum:
 Aematiq; iterum madescent cade Philippi:
 Et magnum Siculis nomen superabitur vndia:
 Romaniq; ducis coniux Aegyptia tæda
 Non benè fisa cadet, frustra erit illa minata
 Seruitura suo Capitolia nostra Canopo.
 Quid tibi barbariem gentesq; ab vtroq; iacentes
 Oceano numerem? quodcunq; habitabile tellus
 Sustine, huius erit, pondus quoq; seruiet illi.
 Pace data terris, animum ad ciuilia vertet
 Iura suum, legesq; feret* iustissimus autor,
 Exemploq; suo mores reget, inq; futuri
 Temporis etatem, venturorumq; nepotum
 Prospiciens, prolem sancta de* virgine natam
 Ferre simul, nomemq; suum, curasq; inbebit.
 Nec nisi, cum senior similes aquauerit annos,

* inclusa
 Fatorum se
 zies in ada-
 mante.

Augustus.

Cleopatra.

* mitissi-
 mus

* coniuge

Aethe-

Aethereas sedes cognatâq₃ sidera tanget.
 Hanc animam interea cæso de corpore raptam
 Fac iubar, vt semper Capitolia nostra, forumq₃
 Diuus ab excelsa prospectet Iulius ade.

Iulius in
 stellam.

Vix ea fatus erat, media cum sede senatus
 Constitit alma Venus, nulli cernenda suiq₃
 Caesaris eripuit membris, nec in aëra solui
 Passa recentem animam, cœlestibus intulit astris.
 Dumq₃ tulit, * numen capere, atq₃ ignescere sensit, * lumen
 Emisitq₃ * simul, simile uolat altius illa, * sine
 Flammi ferumq₃ trahens spaciofo limite crinem
 Stella micat, natiq₃ videns benefacta, fatetur
 Esse suis maiora, & vinci gaudet ab illo.
 Hic sua præferri quanquam vetat acta paternis,
 Libera fama tamen, nullisq₃ obnoxia iussis
 Inuitum præfert, vnaq₃ in parte repugnat.
 Sic magnis cedit titulis Agamemnonis Atreus,
 Aegea sic Theseus, sic Peleæ vincit Achilles.
 Deniq₃ vt exemplis ipsos æquantibus vtar,
 Sic & Saturnus minor est Ioue. Iuppiter arces
 Temperat aethereas, & mundi regna triformis,
 Terra sub Augusto: pater est, & rector vterq₃.
 Dÿ, precor, Aeneæ comites, quibus ensis, & ignis
 Cesserunt, Dÿq₃ indigetes, genitorq₃ Quirina
 Vrbus, & inuicti genitor Gradiue Quirini,
 Vestaq₃ Caesareos inter sacrata penates,
 Et cum Caesarea tu Phœbe domestice Vesta,
 Quiq₃ tenes altus Tarpeia Iuppiter arces,
 Quosq₃ alios Vatis fas appellare, piumq₃ est,

Tarda

*Tarda sit illa dies, & nostro serior aeo.
Quà caput Augustum, quem temperat, orbe relicto
Accedat cœlo, faueatq; precantibus absens.*

I Amq; opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.
Cum volet illa dies, quæ nil nisi corporis huius
Ius habet, incerti spacium mihi finiat æui.
Parte tamen meliore mei super alta perennis
Astra ferar, nomenq; erit indelebile nostrum.
Quaq; patet domitis Romana potentia terris,
Ore legar populi, perq; omnia secula fama,
Si quid habent veri Vatum presagia, viuam.

Peroratio.

F I N I S.

INDEX

INDEX FABV- LARVM.

A.

A cheloi & Herculis congressus.	315
Achelous in varias formas.	295. 313. 317
Achelous ab Hercule superatus.	ibid.
Achilles Græcorum murus.	465
Achillis & Cycni certamen.	432
Achillis arma Vlysi data.	470
Acis in flumen.	495. 496
Actæon à canibus dilaceratus.	99. 101
Actæon Cadmi nepos in ceruum.	95
Adonis ex Myrrha iam arbore editus.	377
Adonidis cruor in florem purpureum.	387
Aeacus iudex inferorum.	456
Aegeria in fontem.	558
Aeneas vincit Turnum.	523
Aeneæ congressus cum Sibylla.	504
Aeneæ naues in nymphas.	523
Aeneæ nauigatio in Latium.	504
Aeneas Deus indiges factus.	526
Aeneæ pietas in parentem.	484
Aerea ætas.	9
Aesacus in mergum.	426
Aeson ex sene in iuuenem.	238
Aesculapij insignia.	563
Aesculapius in draconem.	564
Aesculapius Romam aduectus.	567
Actus	

Index.

	<i>Aetna Sicilia mons cur ardeat.</i>	177.550
	<i>Aethiopiae lacum epotum aut insaniam, aut soporem facere.</i>	549
	<i>Aglauros Cecropis filia in lapidem.</i>	79.85
315	<i>Ahenea atas.</i>	9
317	<i>Aiacis & Vlysis contentio super occisi Achillis ar-</i>	
bid.	<i>mis.</i>	455
465	<i>Aiacis cruor in florem hyacinthum.</i>	470
432	<i>Aiax in gladium sponte incumbit, eiusq^{ue} cruor in flo-</i>	
470	<i>rem.</i>	470
496	<i>Albani reges.</i>	526
101	<i>Alcyones vota pro Ceyce.</i>	418
95	<i>Alcyone in auem sui nominis.</i>	425
377	<i>Alcithoe cum sororibus in vespertiliones.</i>	140
387	<i>Amasenum Siciliae annē modo arescere, modo fluere.</i>	
56	<i>Ambracius iudex in saxum.</i>	487 (547)
558	<i>Ammon cornutus.</i>	175
523	<i>Ammonis fons die frigidus, nocte calefcit.</i>	549
64	<i>Amulius.</i>	533
23	<i>Anaxarete puella in lapidem.</i>	532
04	<i>Andromede monstro marino exposita.</i>	155
26	<i>Andromedes & Persei nuptiae.</i>	159
84	<i>Andromeda liberatur à Perseo.</i>	157
9	<i>Angues ex hominum medulla.</i>	552
26	<i>Anigras amnis dulcis in amarum.</i>	548
58	<i>Anij filia, quae omnia à se tacta in frumentum, oleum,</i>	
53	<i>vinum conuertebant, in columbas.</i>	486
4	<i>Anriphates Laestrygonum rex.</i>	509
7	<i>Annus in quatuor tempora.</i>	7.545
4		Aper

Index.

<i>Aper Calydonius.</i>	283
<i>Apes ex tauro.</i>	551
<i>Apes initio sine pedibus nasci.</i>	ibid.
<i>Apollinis adulteria.</i>	196
<i>Apollinis amor erga Leucothoën.</i>	133
<i>Apollo in Paridem.</i>	453
<i>Apollo in pastorem.</i>	78
<i>Apollo & Neptunus in homines.</i>	400
<i>Aque frigidissima in feruentes.</i>	549
<i>Arachnes cum Pallade certamen.</i>	194
<i>Arachnes tela.</i>	196
<i>Arachne puella in araneam.</i>	ibid.
<i>Arcadie lacus.</i>	550
<i>Arcas cum matre in sidera.</i>	67
<i>Ardea oppidum in auem sui nominis.</i>	524
<i>Arethusanympha in fontem.</i>	186
<i>Argentea etas sub Ioue.</i>	7
<i>Argi oculi in cauda paonis.</i>	41
<i>Ariadne corona in sidus coeleste.</i>	277
<i>Aries senio confectus in agnum.</i>	241
<i>Arne in auem monedulam.</i>	248
<i>Ascalaphus in bubonem.</i>	185
<i>Atalanta velocitas.</i>	380
<i>Atalanta in leenam.</i>	385
<i>Atalanta forma.</i>	ibid.
<i>Athamas vxorem ac filium furens interficit.</i>	146
<i>Athamantis aquis accendi lignum.</i>	549
<i>Atlas in montem.</i>	152
<i>Atlas rex Mauritania.</i>	153
	Atys

Index.

<i>Circes aula & eiusdem pedissequa.</i>	510
<i>Cleopatra.</i>	517
<i>Clytie nympa in heliotropium herbam.</i>	134. 135
<i>Clitorio de fonte potantes abstemios fieri.</i>	549
<i>Coë matrona cornuta.</i>	242
<i>Combe in auem.</i>	244
<i>Coralium sub aqua molle esse, extra aquam lapidescere.</i>	552
<i>Coronis in cornicem.</i>	69
<i>Coronis transfixa telo ab Apolline.</i>	73
<i>Coruus ex candido niger.</i>	68
<i>Crabrones ex equo putrefacto nasci.</i>	551
<i>Crathin & Sybarin amnes capillos auro similes facere.</i>	549
<i>Cyane nympa in fontem sui nominis.</i>	180
<i>Cycnus Hyries filius in olorem.</i>	243
<i>Cycnus Stheneli filius, & Ligurum rex in auem sui nominis.</i>	59
<i>Cycnus Neptuni filius in auem sui nominis.</i>	436
<i>Cyllarus adolescens.</i>	446
<i>Cyllarus cum vxore occubuit.</i>	447
<i>Cyparissus in arborem cupressum.</i>	358
<i>Cypri incola in boues.</i>	269

D.

<i>Dedalus è Creta aufugiens volat.</i>	249
<i>Dedalion in accipitrem.</i>	405
<i>Danaides.</i>	143
<i>Daphne in Lanyrum.</i>	30
	<i>Daphnis</i>

Index.

Daphnis Ideus in lapidem.	135
Dentes serpentini in homines.	94.231
Deorum potestas.	299
Dencalionis lapides in viros.	22
Dercetis Babylonia in piscem.	123
Dirces filia in columbam.	123
Diluuij descriptio.	18
Diomedis errores.	519
Diomedis socij in aues.	520
Draco obseruans aurea mala.	153
Draco Hesperius.	232
Dryope in arborem Loton.	331

E.

Eburnea statua in puellam.	365.367
Echo nympa in vocem.	105.106
Echo in syluis.	108
Electrum ex lacrymis Phaethontiadum.	59
Elementa inuicem transmutari.	546
Emathion cadit.	165
Erasinus amnis nunc subterraneus fluit, nunc emergit.	548
Erisichthonis impietas.	306
Erisichthonis fames.	309
Erisichthonis filia in varias formas.	312
Euphorbus in Pythagoram.	543
Europa à Ioue abducta & vitiata.	88
Eurylochus non mutatur à Circe.	512
Fama	

Index.

F.

<i>Fame domus descriptio.</i>	430
<i>Famis patria & descriptio.</i>	307
<i>Fatorum series in adamante.</i>	570
<i>Ferrea atas.</i>	9
<i>Flumina in continentem.</i>	546
<i>Formice in homines.</i>	256
<i>Formice in Myrmidonas.</i>	257
<i>Fulmina secunda.</i>	104
<i>Fungi pluviales in homines.</i>	244
<i>Furiarum ornatus.</i>	145

G.

<i>Galanthis ancilla in mustellam.</i>	329
<i>Generis humani reparatio iactu lapidum.</i>	23
<i>Gigantum sanguis in homines.</i>	10
<i>Glaucus in Deum marinum.</i>	486. 498
<i>Gleba in puerum.</i>	558
<i>Gorgonis caput.</i>	168
<i>Græcorum contra Troianos expeditio.</i>	429
<i>Gutta sanguinis capitis Medusæ in serpentes.</i>	151

H.

<i>Hæctoris interitus.</i>	461
<i>Hecuba in canem.</i>	472
<i>Herculis labores.</i>	322. 452
<i>Hercules in Deum.</i>	324. 326
<i>Helena forma deterior ætate.</i>	546
	90 3
	Hermæ-

Index.

<i>Hermaphroditus & Salmacis in vnum corpus.</i>	139
<i>Hippolyti mors. & Aesculapius reducit Hippolytum ab inferis.</i>	553
<i>Hippolytus in Virbium.</i>	ibid
<i>Hippomenes & Atalanta in leones.</i>	386
<i>Homines in aues.</i>	551
<i>Hyacinthus puer in florem.</i>	360
<i>Hyena modo mas, modo foemina.</i>	552
<i>Hypanis amnis ex dulci amarus.</i>	548

I.

<i>Iasonis in Colchos expeditio.</i>	226
<i>Iason aureo vellere potitur.</i>	ibid.
<i>Icarus in mare praeceps delapsus, Icariae insula nomen dedit.</i>	280
<i>Ilithyia in vetulam.</i>	326
<i>Inferorum descriptio.</i>	142.
<i>Ino & Melicerta in Deos maris.</i>	ibid.
<i>Insula in continentem mutata.</i>	548
<i>Inus comites in saxa & aues.</i>	148
<i>Inuidia domus, & ipsius Inuidiae descriptio.</i>	82
<i>Io comprimitur ab Ioue.</i>	34
<i>Io Inachi filia in vaccam.</i>	33
<i>Io eadem in Deam Isidem.</i>	42
<i>Iolaus ex sene in adolescentem.</i>	332
<i>Iouis amor & raptus Ganymedis.</i>	360
<i>Iouis adulteria.</i>	196
<i>Iphigenia immolata.</i>	462
<i>Iphis puella in puorum.</i>	349
	Iris

Index.

<i>Iris nuntia Iunonis.</i>	17
<i>Isis Dea.</i>	349
<i>Itys à matre occiditur.</i>	221
<i>Iulius Caesar in cometen.</i>	567
<i>Iulius in stellam.</i>	571
<i>Ino & Melicertes Dii maris facti.</i>	142
<i>Iuno in anum.</i>	102
<i>Iupiter in Dianam.</i> ~	63
<i>Iupiter in taurum.</i> ~	86
<i>Iupiter in aquilam.</i> ~	359
<i>Iuuenes duo ex Orionis fauilla.</i>	486

L.

<i>Lacrymæ nympharum, satyrorum & rusticorum ob Marſyam excoriatum in flumen.</i>	208
<i>Lacteus circulus.</i>	12
<i>Lancea Romuli in arborem.</i>	558
<i>Laurus Apollini sacra.</i>	31
<i>Lernæ centum capita.</i>	316
<i>Leucothoe Orcami regis filia in virgam tuream.</i>	134
<i>Leucothoe viua defoditur.</i>	ibid.
<i>Lotos nympa in arborem ſui nominis.</i>	329
<i>Lupi rabies.</i>	409
<i>Lupus in ſaxum,</i>	410
<i>Lycaon in lupum.</i>	13
<i>Lychas in ſcopulum.</i>	324
<i>Lycij coloni in ranas.</i>	205
<i>Lycus amnis hiatu abſorptus rurſum renaſcitur.</i>	548
<i>Lyncus rex Scytharum in lyncem.</i>	191

00 4

Lyncis

Index.

<i>Lyncis vrina in lapidem lyncuriam.</i>	552
<i>Lyncestium amnem potum, ebrietatem inducere.</i>	550
<i>Lyra Orphei.</i>	144. 329

M.

<i>Medusa à Perseo obtruncatur.</i>	158
<i>Medusæ caput.</i>	160
<i>Medusæ capilli cur immisti serpentibus.</i>	159
<i>Meleagri fatum.</i>	290
<i>Meleagri sorores in aues Meleagridas.</i>	291
<i>Memnonis cineres in aues Memnoniadas dictas.</i>	482
<i>Mermerontis celeritas.</i>	443
<i>Mercurius Chionem vitiat.</i>	406
<i>Mercurius in pastorem.</i>	37
<i>Mestre in varias figuras.</i>	305
<i>Mide certamen cum Apolline.</i>	398
<i>Mide contactu omnia versa in aurum.</i>	395
<i>Mide aures in asininas.</i>	399
<i>Milo Crotoniates.</i>	546
<i>Minerua in anum.</i>	192
<i>Minthe nympba in mentham herbam.</i>	388
<i>Mineides Thebanæ in vespertiliones.</i>	140
<i>Molossi filij in aues.</i>	488
<i>Mons explanitie apud Træzena factus.</i>	548
<i>Mora ex albis nigra.</i>	124
<i>Morpheus in varias formas.</i>	421
<i>Mulieres Thracia in arbores.</i>	550
<i>Mundi ornatus.</i>	3
<i>Mundus in secula sine ætates quatuor.</i>	6
Mulieres	

Index.

Mulieres Scythides in aues.	551
Muse alis sumptis Pyrenei vim in aues mutata effu- giunt.	173
Muri vocales.	327
Mutationes rerum.	545
Mycilus capitis reus factus.	539
Myrrha amor.	369
Myrrha Cynira filia in arborem sui nominis.	368
Myrrha in arborem.	377

N.

Nauis ab Alcinoö data Vlysi in saxum.	524
Naiades Nymphae in insulas Echinadas.	295
Naias nympba in piscem.	124
Narcissi amor.	108
Narcissus in florem sui nominis.	ibid.
Narcissus impatientia amoris moritur.	111
Nessi cruor in venenum.	318
Nestoris etas.	438
Niobes filiorum & filiarum mors.	202
Niobe in marmor.	203
Nisus Scyllæ pater in Halyetum auem.	268.275
Numa Pompilius ad Pythagoram.	538
Numa Deorum cultum instituit.	556
Nutrices Liberi in iuuentutem redactæ.	239
Nyctimene in noctuan.	72

Ocyroë Vates.

74
Ocyroë

Index.

Ocyroë Chironis filia in equam.	75. 76
Olenus & Lethea in lapides.	354
Oppidum in stagnum.	298
Orgiorum descriptio.	113
Orpheus discerpitur à Bacchis.	390
Ortygia Insula olim mobilis.	550
Orithyia à Borea rapta.	225

P.

Palamedes.	456
Pallas in vetulam.	193
Palladis tela.	194
Pastor in saxum.	350
Pastor Appulus in oleastrum.	521
Pegasus equus alatus, ex Medusæ sanguine.	158
Pelopis humerus carneus in eburneum.	209
Pentheï casus.	113
Pentheus à matre & materteris dilaceratus.	121
Perdix in auem sui nominis.	278
Periclymenus Nelei filius in varias figuras.	452
Periclymenus & fratres ab Hercule interfecti.	ibid.
Perimele Hippodamantis filia in insulam.	298
Perseus ex pluuiò auri concubitu.	151
Persei gest.	154
Persei & Andromedæ nuptiæ.	159
Pestilentia.	562
Phaethon præceps in Eridanum.	57
Phaethon Solis & Clymenes filius fulmine occisus.	

49. & 57

Phae-

Index.

Phaethontis sorores in arbores.	57. 58
Phaethontis sorores in populos.	58
Phœnix ex seipso nascitur.	552
Phædra Hippolyti nouerca.	556
Philomela raptâ & vitiata.	211
Philomela committitur Tereo.	213
Philomela in lusciniâ.	222
Pheneus rex, Cephei frater, & socij eius in saxum.	171
Picus à Circe amatus.	515
Picus in auem sui nominis.	516
Pici socij in varias feras.	ibidem
Pieri & Euippes nouem filia in picas.	174. 191
Philemon in arborem.	303
Philemonis casa in templum.	302
Polydectes in saxum.	171
Polydori cades.	474
Polymnestor ab Hecuba obcacatus.	481.
Polyxene immolatio.	475
Polyphemi opes.	492
Polyphemus homines deuorat.	508
Polyphemi amor & cantilena.	491
Procris Cephalis vxor.	260
Procris mors.	264
Prodigia quæ Cesaris mortem portenderint.	569
Progne in hirundinem.	222
Proetus in saxum.	170
Properides in silicem.	364
Proserpina raptus.	179
Prothésilai cades.	432
Proteus	

Index.

Proteus in varias figuras.	304
Pythagoræ dogmata.	540
Python serpens occisus.	25
Pythia ludi.	26
Pyramus sibi manus insert.	128
Pyrami & Thisbes amores.	126
Pyrenæi scelus.	174
Pyrrhæ lapides in mulieres.	22
Pythagoræ sermo.	543

R.

Ranæ ex limo.	551
Regiones quadam à loco proruptæ.	548
Rhesus ab Ulyssæ interemptus.	464
Roma condita.	553
Romæ laus.	ibid.
Romulus in Deum.	535

S.

Salmacis fons hermaphroditos amat.	136. 137
Salmacis fons semiuiros facit.	140. 549
Scironis ossa in scopulos, qui Scironides petra.	247
Scython modo vir, modo fœmina.	135
Scylla Nisi filia in Cyren auem, quæ & alaunda, & galeritis dicitur.	269. 276
Scylla Phorci filia media sui parte in canes latrantes.	489. 500
Scylla eadem in scopulum.	523
Scyllæ sedes.	496
Scorpius	

Index.

Scorpius ex cancro.	558
✓ Semele ex Ioue grauida.	201
✓ Semiramis in columbam.	123
Serpens deuoraturus faciem Orphei in lapidem.	393
Serpens alius in lapidem.	427
Sibylla Cumana etas prorogata à Phæbo.	505
Sibylla in vocem.	ibid.
Sirenes facie virginea, cætera volucres.	186
Solis comites.	45
✓ Solis regia.	44
Solis equorum nomina.	50
✓ Somni domus descriptio.	419
Spuma Cerberi in aconitum.	246
Stelles puer temerarius in stellionem.	182
Styx Deorum timor.	103
Sus prima hostia.	542
Symplegadas insulas olim moueri solitas, nunc stare.	550
✓ Syringa in arundinem.	38
✓ Syrix nympba in fistulam.	38.40

T.

Talus puer serræ, circiniq ³ inuentor, in perdicem.	
282	
Terra animal.	550
Telluris omnifera oratio.	55
Tereus linguam Philomelæ execat.	217
Terram post diluuium procreasse varias animalium formas.	25
Terra	

Index.

Terramotus.	449
Tereus rex Thracum in vpupam.	222
Theba à Cadmo condita.	95
Thebana matrona in saxa & volucres.	148
Thesçi gesta.	246
Thessali impietas.	306
Thetis nympa in varias formas.	401
Thracie mulieres in arbores.	393
Thisbes & Pyrami amores.	126
Thisbes ferro incumbit,	129
Tiresias Heueri filius in fœminam conuersus, & mox idem in marem restitutus.	104
Triptolemus agriculturam docuit.	191
Tiresias ab Iunone oculis captus, ab Ioue augur fa- ctus est.	104
Triopeis in varias figuras.	312
Turnus Rutulorum rex contra Aeneam.	519. 528
Turnus vincitur ab Aenea.	524
Tumultus elegans descriptio.	162
Tyrrheninauta in delphinos.	117

V.

Vellus aureum.	226
~ Veneris oratio à Cupidinem filium.	177
~ Venus cum Marte in adulterio deprehensa.	131
~ Veneris venatio.	379
Veneris oratio pro Iulio Cæsare.	568
Vex, Aestas, Autumnus, Hyems.	545
~ Vertumnus Pomona amore captus in anum post va- rias	



Ayuntamiento de Madrid

